



1.4.2

T. 8. 9

De Theologo, seu de ratione studii Theologici Libri IIII,

ANDREA HYPERIO autore.



Cum gemino rerum & uerborum, locorumq; Scripturæ obiter explicatorum, Indice.

BASILEAE, EX OFFICINA Oporiniana.



13881

2083 a 1987

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC Domino, D. Petro Lotichio, Abbati Solitariensi longè dignissimo, Andreas Hyperius S. D.



QVIDEM sapientiã quæ speciosо hoc nomine uerè digna est, nõ credo, Reuerẽde in CHRISTO Pater, à quo quam rectius esse cõmendatam, iustisq; ornatam laudibus, quàm à rege Solomone, qui diuino oraculo mortaliũ sapientissimus est iudicatus. Verum nanq; est quod uulgò dicitur: Vnumquenque ea de re quam optimè iudicare, cuius ipse gnarus sit. Ac fit sanè modo nescio quo, sensus eorũ qui artẽ quampiã pulchrè callent, multo aliter sunt adfecti, & ad explorandum singula, ferendumq; acre

iudicium informati, atque istorum qui eiusdem artis plane rudes sunt. Quocirca Nicostratus pictor eximius, quemadmodum apud Aelianum legimus, cum aliquãdo peruenisset, ubi in tabula erat Helena, opus nobilissimi pictoris Zeuxidis, animo non minus quàm oculis in eius cõtemplatione auidè intentus, diutiusculè perstitit. Interuenit tãdem quispiam, rogans: Ecquid nam ibi tantopere admiraretur? Sed ad hũc Nicostratus: Non me, inquit, rogares, si meos haberes oculos. Scitè profectò is declarauit, peritos quidem de rebus oblatis, rectè: imperitos uerò longè secus sentire ac pronunciare. Atqui ex his proclive est colligere, hos demum de pietate æquum ferre iudicium, qui ipsi pij sunt, & habentur. Quò haud dubiè spectat, quod dixit Apostolus: Nemo nouit ea quæ sunt Dei, nisi spiritus eius, & cui Deus voluerit reuelare. Et: Homo animalis non sapit ea quę spiritus Dei sunt. Confitetur Christus quoq; Patrem suum cœlestem arcana aperire paruulis & humilibus, ad quæ sapien-

sapientes huius mundi nulla unquam ratione penetrant. Sed tamen in his ipsis qui pij sunt, quoddam deprehenditur discrimen, si quãdo iudiciũ de negotijs pietatis dare eos oportet. Qui nanque cum egregia pietate egregiam copularunt eruditionem, quæ in optimarum disciplinarum cognitione cõsistit: hos, quotiescunq; interrogantur, audire licet multa semper dexterius, acutius & grauius respondere, quàm quoscunq; illiteratos. Tradunt Physiologi, rebus pleriscq; etiam sensus expertibus inesse occultam quãdam amicitiam, & frequenter alteram alterius uicinia habere melius. Siquidem ruta creditur lętissimè prouenire apud ficum sata, ulmus gaudet cohabitare uitibus: neq; opus est plura eius generis enumeremus. Ad eundem igitur modum, uidetur & pietatis hic esse genius. succrescit ipsa felicius, uiuidiorq; euadit, quando in hominem incidit literatum, atque cum eruditione suauem nanciscitur cõsuetudinẽ. Videmus aliquoties in nõnullis elucere pietatis simulacra, ob

quæ pij existimantur ab omnibus: at uerò quoniam à disciplinis sunt alieni, humi plerunq; repunt, nec ad rerũ paulo sublimiorũ, quęq; uulgi opinionem superant, contemplationẽ attollere caput ualent. Certè Paulus apostolus notat ac reprehendit quosdam, atq; miserandã eorundem uicem ait se impense dolere, qui quamuis ζῆλον, hoc est, studium Dei haberent, scientia tamen erãt destituti: ideoq; fieri non poterat, quin aut in dijudicandis dogmatibus, aut in uitæ actionibus moderandis, toto sub-inde cœlo aberrarent. Eruditio nimirũ quasi fulcrum & sustentaculum est ueræ pietatis: sicut ex aduerso, pietatis præsidio potissimùm munitur eruditio, augeturq;. Est igitur incredibilis quædam istarum duarum uirtutum, pietatis inquam & eruditionis, inter se cognatio: ut alterutra si absit, necessariò ea quæ sola relinquitur, imperfecta, manca, & propè inutilis maneat. Verum quidem est, ubi altera omnino carere oporteat, meritò elegerit aliquis pietatem sine literis, præ literis

sine

ſine pietate: ſed tamen & recta ratio, & uſus ipſe rerum palàm euincunt, pietatem quæ nõ habeat lateri adiunctam aliquantam eruditionem, debilem per ſe & infirmam eſſe: eruditionem uerò, ſi pietatis adminiculis non ſuſtentetur, ſubinde etiam noxiam fieri. Ergo ex his quiuis, opinor, intelligit, homines illos præ cæteris beatos eſſe, & quamplurimum Deo Opt. Max. debere, in quibus aut pietas literata, aut literatura pia enitere conſpicitur. Atq; ubi hinc quidem pietatem, inde uerò eruditionem paribus contingit incedere paſsibus, & quodammodo conſilia rationesq; ſuas cõiungere, ac operas in commune conferre, ibi certiſsima ſpes affulget, res magnas, quib. amplificetur in terris Dei gloria, queq; miſeris mortalibus cedãt ſalutariter, poſſe confici. Itaq;, quemadmodum initiò dicere cœpi, de pietate nõ ferè alij præclarè ſentiunt, quàm qui ipſi pietatis nomine ſunt cõmendati: atq; hos præ cæteris de illa pronunciantes audiri æquum eſt, quos ſingulari Dei patris

cœlestis beneficio, insigni tum pietate, tum eruditione decoratos uiderimus. Huc porrò tendunt, R.P. ista omnia. Cum exploratum habeam, te ut pietate, ita doctrina quoq; excellere: minimè dubito, quin de omni studiorum genere, quo pietas modò promoueri utcunq; queat, magnificè semper sentias: neq; id solum, uerùm etiam omnibus uiribus, omnibusq; (quod aiunt) copijs ad eadem studia euehenda, illustrandaq; enitaris. Ac sunt sanè plura argumenta in conspectu posita, quæ ita esse ut persuasum habeamus, efficiunt. Primùm enim Solitarij, ubi magna cũ laude multos annos prœes, scholam nõ modicis instituisti sumptibus: in qua delecta iuuentus elementis doctrinæ religionis, & bonarum literarum, summa optimorum præceptorum fide ac diligentia, ad omne officij munus informatur. Hac autem re, quamuis per se laudatissima, non contentus, plures adolescentes (quorum nonnullos noui, liberali planè ingenio, & expectationẽ sui egregiam concitantes) iam longo tempo-

tempore,& liberaliter,in publicis scho lis alis, & Theologiæ omnes sedulam dare iubes operam, ad Ecclesiarum gu bernationem, quàm primùm erit op portunum,admouendos. Iam uerò po pulo tibi concredito, mysteria Euan gelij IESV CHRISTI in Eccle sia accuratè ipse tradis & inculcas: nullum, sicut Apostolus loquitur, de fugiens laborem, odia,pericula, quo minus ueritatem diuinitùs reuelatam patefacias. Adhæc,erga quoscunque pauperes,quãta sis humanitate, quàm benignè hilariterq; subleuandis ipsorũ necessitatibus opes impartias Eccle siæ (quæ in primis ad ministros uerbi & pauperes alendos,fouendosq;, sunt à maioribus iuxta Apostolorum do ctrinam collatæ) norunt in uicinitati bus & confinijs habitantes uniuersi: norũt etiam procul disiuncti.quorum alij expertos se profitentur: ad aliorum uerò aures de tuis uirtutibus, ut latêre benefacta non possunt, quædam sunt fando perlata. Optimo autem iure de præclaris hisce tuis factis (nam reliqua

non inferiora taceo, quãdoquidẽ quæuis egregia uirtus plures semp habere solet comites: sicut neq; notabile ullũ uitiũ consistit solum) plura à me dicerentur, eademq; prout par erat prædicarem: sed in præsenti certis de causis prætermitto. Vnum tamen illud uerè dicam, uehementer scilicet optare me, quinetiam à Deo patre cœlesti frequentissimè precari, ut orbis Christianus quàm plurimos tui similes, non dico Ecclesiarum antistites tantùm, sed principes quoq; uiros & optimates habeat, qui in promouenda cœlesti doctrina te æquare, imò superare pro sua facultate, omni animi contentione elaborent. Certum nanq; est, si id contingeret, longè melius tã Ecclesias quàm Resp. ordinatas propediẽ cerneremus, atq; omnibus pariter rebus humanis fẽlicius quàm hactenus consultum foret. Paucis multa complector: nec dubium mihi est, quin cordati æquiq; existimatores mecum sentiant, atq; cõsilium siue exemplum tuum uniuersis religionis sinceræ amãtibus, præsertim qui in Eccle-

Ecclesia uel Repub. sunt cũ potestate, amplectendũ sequendũq; esse opinentur: si modò Ecclesias saluas habere, ac religionẽ retinere incolumẽ, desideramus. Etenim marcescat, sensimq; extinguatur religio, ac barbaries sequatur plusquàm Scythica necesse est, ubi sacrarum studia literatũ à nullis promouentur, uel excoluntur. Cũ igitur, R. P. pro exímia tua pietate & excellẽti erũditione, studiorum sacrorum semper uius sis patrocínium cupidè susc̃ipere: et quo pacto cæteri quoq;, qui potentia atq; autoritate ualent, idem facere cùm possint, tum pro officio debeant, unus luculenter & quasi signo sublato ostendas: ratus sum profectò me operæ facere precium, si contestari cupiens, quantopere mihi institutum tuũ probetur, atq; bonis omnib. probãdũ autumem, libros hos de Theologo, siue de rectè formãdo Theologiæ studio, ad te mitterẽ, tuoq; nomini dedicarẽ. Quos gratos acceptósque fore confido, non tam q̃ sancto proposito tuo, de illustranda doctrina religionis & uera pietate propaganda,

paganda, uidentur accommodi: quàm quòd bonæ expectationis adoleſcentibus, qui palæſtram Theologicam ingreſsi, ad palmam felici curſu anhelant ſuſpirantq́, in primis uerò his quos benignè in ſcholis foues, atq́ Theologiæ cupis uacare, momentum aliquod ad proficiendum ſunt, niſi uehemẽter fallor, allaturi. Ego quidem ad iuuandas ſcholas, atq́ cum ſcholis Eccleſias, quarum illæ ſunt ſeminaria, perquàm libẽter omnes meas cogitationes, labores, uigiliasq́ conuerto. Quo certè nomine uoluntatem ſtudiumq́ meum, ſpero, etiam atq́ etiam probabis.

Vale: menſe Martio,

1556.

DE THEOLOGO, SEV DE RATIONE STVdij Theologici Liber Primus.

PRAEFATIO.

CREBRO Ecclesia, tum à Prophetis, tum ab Apostolis, ciuitas Dei, eadémque ampla & multis nominibus clara describitur, & prædicatur. Quocirca æquum est, omnes qui in eadem ciuitate se ascriptos gloriantur (quod uniuersi sine exceptione faciunt Christiani) de augenda ornandáque illa, sicut probos ciues decet, sint soliciti. Quemadmodum autem de Republ. quotquot eius sunt amantes, uarijs modis bene merentur: siquidem permulta requiri ad eam bene constituendam, nullus non habet compertum: ita ad magnam illam ciuitatem Dei, quæ est Ecclesia, stabiliendam illustrandámque, pij omnes diuersa laborant ratione, atque subsidio quisque quantum licet uenit. Cæterùm de tã multis qui se quàm optimè consultum cupere Ecclesiæ declarant, hos iudicabimus nihil paruum moliri, qui de Scholis, in quibus post elementa Philosophiæ, purè tradatur sacrosancta Theologia, disciplinarum omnium princeps, instituendis dilatandisq; indesinenter cogitant: & ad tantam rem perficiendam omnes

suas

ſuas conferunt rationes, & conſilia, & autoritatem. E' ſcholis enimuero prodire ac poſtulari debent, qui ad Dei gloriam & credentium utilitatem, Eccleſiarum moderabuntur gubernacula: ac nemo ignorat, eos demum ad quodcunq; Eccleſiaſticum munus ſubeundum decerni præ cæteris idoneos, qui in ſtadio & puluere ſcholaſtico Theologicarum rerũ peritia reliquos anteuerterint. Quæ ita eſſe, teſtati ſunt ab Apoſtolorũ inde ætate multi uiri ut pietate, ſic cognitione cœleſtis philoſophiæ conſpicui. Etenim D. Marcus euãgeliſta cœtus atq; agmina philoſophantium (quẽadmodum referũt Philo apud Euſebium hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 2. cap. 17, ac Hieronymus libro de Eccleſiaſticis ſcriptoribus) & lectionibus, diſputationibus, meditationibus, interpretationibus ſacræ ſcripturæ totos dies incumbentium, coegit in celeberrima urbe Aegypti Alexandria, in qua rex Ptolemæus Philadelphus inſtructiſſimam bibliothecam, annos circiter trecentos triginta antè parauerat, repoſitis etiam in ea libris illis ſacris, quos LXXII interpretes de Hebræo in Græcum tranſtulere ſermonem. Videtur nimirum diuina prouidentia fuiſſe ordinatũ, ut ibi tot antè ſeculis iacerentur quædam ſpiritualis doctrinæ ſemina, atq; inſtrumenta ad docendum apta, libri inquam, tũ ſacri, tum cuiuſcunq; generis colligerentur, ubi prima & laudatiſſima ſchola Chriſtiana inter gentiles condi debebat. Neq; uero ſimile eſt, ex quadringentis librorum millibus nullos poſt cõflagrationem eiuſdem bibliothecæ, quæ bello accidit Pompeiano, fuiſſe reli-

reliquos. aut si quis ita esse contendat odiosius, honestè interim credemus, alios (ut Orosius ait lib. 6. cap. 15.) summa cura atq; æmulatione conquisitos, antequã ibi sedem deligerent Christiani. Dedit autem eadem schola breui tempore uiros clarissimos, Pantænum, Clementem, Origenem, Tryphonem, Heraclam, Dionysium, Anatolium, Pierium, Theonem, Athanasium, Didymum, Ambrosium Alexandrinũ, Maximum philosophum episcopum Constantinopolitanum, aliosq; innumeros: quorum alij quidem sua sapiẽtia Ecclesias in diuersis prouincijs, ad quas acciti fuerant, rectissimè ordinarunt: aliorũ uerò lucubrationibus immortalibus Ecclesiæ, quàm latè orbis terrarum patet, in hunc usque diem non mediocriter se in doctrina sana confirmatas profitentur. Nec defuerunt seculis insecutis, qui D. Marci exemplo permoti, scholas publicas hinc inde constituendo, doctrinam religionis atq; Ecclesiarum dignitatem conarẽtur augere, illustrareq;. Nam in omnibus ferè prouincijs ciuitates aliquas inuenire licet, in quibus etiamnum uisuntur ac personãt scholarum aut collegiorum Ecclesiasticorum tituli & splendidæ appellationes: atque apud easdem Christianum dogma olim strenuè tradi solitum, partim ex historijs, partim ex uestigijs minimè fallacibus, quæ adhuc superant, colligere promptum est. Videlicet in Italia, Christianæ philosophiæ officina et schola antiquissima celebratur Bononia: utpote quã paulò post mortẽ D. Augustini, imperãte Theodosio II, legimus apertã ab eiusdẽ ciuitatis episcopo Petronio:

qui

qui pari cura & scholam administrauit, et Ecclesiam. Fuit eodem tempore et Galliæ schola Christiana haud obscura in oppido Lugdunensi, ubi docendo scribendoq; tũc cæteris præluxit Eucherius. Britannia iactat his uetustius gymnasium Bannochorense (fuisse creditur, ubi nunc Cestria est) ex quo prodierat hæreticus Pelagius, aduersus quem extant D. Augustini aliorumq; doctißimorum uirorum lucubrationes. D. Hieronymus de se ipse scribit, quòd aliquãdiu apud Treuerim uixerit in Germania. Ante eum longo tempore hæserat ibidem Athanasius, quamuis exulis conditione: Paulinus uerò confessor fortißimus, de quo Tripartitæ historiæ lib. 5. cap. 15 & 16. gesserat episcopatum. unde probabile est, in ea urbe Christianos eximiè doctos plures tunc fuisse: atque congressus scholasticos, in quibus de pietate disserebatur (forsitan exemplum & consuetudinem Alexandrinorum introduxerat Alexandrinus Athanasius) habitos. Sed nunquam uno tẽpore frequentiores uel augustiores scholas audimus apparatas, quàm Carolo Magno ad Imperij clauum sedente. Huius nanq; auspicijs Papiensis & Patauina in Italia, Parisiensis & Tholosana in Gallijs, Pragensis in Boemia, atq; aliæ alibi extructæ dicuntur, uel instauratæ. Ac doctrinam religionis illum uoluisse in omnibus studiosißimè prælegi, uel hinc agnoscimus: primùm, quòd Ecclesias, quæ tunc fuerunt per Monothelitas, Arianos, Felicianos, per disceptationes de imaginibus sanctorum & cœna Domini miserabiliter cõquassatæ, necesse fuerit eo pacto

rursus erigi: ad hæc, quòd satis superq; cõstat, illũ Theologorum præcipuè, quos apud se plures & magno in honore semper habuit, hortatu fuisse ad eam rem inductum: postremò, quòd eiusdem ordinis clarissimis hominibus scholas omnes commiserit gubernandas. Theologos autem dico, insignes illius seculi episcopos & doctores, Turpinum, Ludgerum, Alcuinum, Paulum Diaconum, Claudium, Isnardum, Angelonium, Amalarium, Ioannem Mailrosium, reliquosq; quorum nomina toti orbi nota sunt. Idem porrò iudicium esse faciundum de collegijs & academijs (sic iam appellantur) quæ intra hosce trecentos annos conditæ, ac priuilegijs Pontificum Principumq; auctæ sunt & locupletatæ, nõ inficiantur, qui plerarunq; archiua lustrarũt. Liquet igitur ex his omnibus, à tempore manifestati in terris Euangelij hucusq;, semper aliquos pios homines ad ciuitatem Dei, id est, Ecclesiam amplificandam exornandamq; fuisse omnibus uiribus intentos. id autem hac potissimum uia perfecturos se speraſſe, si ut saluberrima doctrina religionis, opera eruditorum uirorum perpetuò in scholis profitentium, incorrupta retineretur, & longè lateq; propagaretur, strenuè procurarent. Cæterùm si præsentia libet intueri tempora, fateri sanè cogimur, nõnullas quidem scholas, quarum magna quondam fuit gloria, nunc desertas iacere, & propemodum ignorari: ex his uerò quæ adhuc excoluntur, quasdam nõ perinde ut olim celebres esse, & frequẽtatas, quemadmodum mirabiles semper sunt in rebus humanis uicissitudines. Sed interim ingentes adhuc Deo patri cœ

lesti debemus gratias, quòd aliquos hinc inde cœtus scholasticos dignatur seruare, in quibus tanquã in portu ac tuta statione, uiri doctrina cæteris antecellentes tranquillè agunt, uerbum Dei purè sinceriterq; explanant: & præclara illa dona quæ Christus filius Dei ascẽdens in altum dedit hominibus, prophetia inquam, linguæ, interpretationes, & his affines, quotidie in lucem proferuntur, & magna cum laude in uarijs exercitijs crebrò usurpantur. Quales cœtus quamdiu ullos in terris superesse Deus annuerit, non est quòd de Ecclesiarum recta ordinatione ac meliori successu desperemus: Etenim quæ remedia omnibus retrò seculis salutaria releuandæ & recreandæ Ecclesiæ extitere, ea nostræ quoq; ætatis calamitatibus tollendis, aut saltem minuendis, plurimum momenti allatura, minimè dubitabimus. Facient ergo ex officio pij Theologi, seq; ex animo studere ciuitatis Dei, quæ est sancta Ecclesia, dignitati testificabuntur, si in publicis scholis, apud quas docendi munus sustinẽt, quoscunq; bonæ spei adolescentes quasi classicũ canendo expergefaciant, atq; ad religiose amplectendam discendamq; doctrinam pietatis assiduè & quacunq; occasione prouocent, impellant, inflãmentq;. Ad augendum nimirum studij Theologici splendorem & speciẽ, omnia sibi quamlibet ardua ac difficilia forti pectore tentanda pij doctores existimabũt. Auditoribus porrò, quos dociles & benignos nacti fuerint, fideliter præscribent certam formandi studij rationem, cuius ductu expeditè queant progredi, et fructus decerpant neutiquam pœnitendos. Quòd si aliquos naturali

quadam

quadam ingenij bonitate præditos, ad summa aspirare eluctariq; conspexerint, hus autores erũt in sancto proposito constanter perseuerandi: dabuntq; consilium, tam diu ut cogitent apud literatorum sodalitium commorari, quoad eruditionem solidam & maturam consequentur. His autem rationibus citò effectum daretur, quàm plurimi sacrosanctæ Theologiæ se totos ut addicerent, atq; ad gubernandas Ecclesias euaderent pulchrè instructi: qua profectò ex re uchementer illustraretur Dei in terris gloria: dehinc credentes omnes in rebus spiritualibus longè supra opinionẽ proficere se sentirẽt. Sed nullus dubito, quin insignes Theologi, qui passim scholis bene cõstitutis bene præsunt, lõgè rectius me considerẽt, quæ uel ad scholas ornãdas, uel ad Ecclesiarũ dignitatẽ extollendã tuendamq; sint hoc tempore utilia ac necessaria: nec considerent modò, sed etiã (quod certò scio) pro uirili promoueant: utpote qui nõ ignorãt, cùm à se requiri talia officia, rebus præsertim adeò ubiq; exulceratis, tũ Deũ eiusmodi obsequijs coli uelle. Quod porrò ad me attinet, confido equidẽ diligẽtiam ac fidẽ, quã, ex quo tempore munus interpretandi sacras literas mihi est delegatũ, in cõmendandis studijs Theologicis apud beneuolos auditores quouis tẽpore et publicè & priuatim adhibui, Deo in primis esse abitè probatã: confido insuper tã uiros quàm adolescẽtes candidos, qui modò de ijsdẽ studijs possunt iudicare, & nõ prorsus iniq; sunt æstimatores, nõ inuitè testari, quòd pro donorum quæ clementißimus Deus pater mihi est largitus modo, si nõ quantũ uolui, at certè quãtũ potui,

efficere semper sim conatus. Cuius meæ uoluntatis ac studij argumentũ, præsens Opus esse uolo: in quo ostendo, quo pacto soleã his qui semel animũ seriò ad Theologiam appulerunt, ad maiora aditum patefacere, atq; studij rectè formandi præscribere rationem. Nam hæc altißimè animo meo semper insedit opinio, & res ipsa palàm comprobat: non prius posse auditores in ullo disciplinarum genere cum spe fructus exerceri, quàm si uia illis plana atq; expedita fuerit monstrata, simulq; impedimenta uniuersa remota. Thesei filo opus habent, qui se ex cæcis labyrinthi receßibus extricabunt. Querelæ audiuntur crebrò, impegisse quosdam etiam in ipso uestibulo, coactosq; turpiter et cum iactura retrocedere, quòd dux & magister fidus ipsis nullus obtigisset. Quocirca arbitratus sum, quàm non potest Ecclesia eruditis uiris, qui apti sint ad docendum, rectéq; secent uerbum Dei (libenter enim Apostoli uerbis utimur) carere: tam profectò necessarium esse, ut eorum qui ad ministerium Ecclesiasticum sese parant, studia statim rectè ordinentur, quo tales euadant. Sed quantopere cupiam Theologiæ studiosos consilijs & monitionibus adiuuare, & quantũ ijdem proficere per nos queant, quo clarius perspiciãt uniuersi, paucis, quot in partes siue libros hoc Opus distribuatur, & quæ singulis explicentur, edicam. In quatuor igitur libros distinguetur. Ac primo quidem, quæ ad Theologica studia accessuris sint cũ primis considerandа, atq; ex alijs disciplinis cognitu necessaria, patefiet. Neq; enim quẽuis sublimibus hisce studijs censemus idoneum: neq; fas

esse

esse ducimus, prophanos homines illotis, quod aiũt, manibus pedibusq; ad ea accedere. Iam cùm magnifica & ualde lauta sit rerum Theologicarũ supellex, ac proinde uaria quoq; parata habeantur librorum genera, quibus tanquam thesauris illa continetur: quinetiã plura sint exercitia, in quibus ingenij atq; profectus periculum facere cãdidatos decet: operæprecium est, quomodo illa accuratè euolui, ista sedulò excoli ordine quodã conueniat, demonstrari. Itaq; secundo libro consilium do futuro Theologo, ut auspicetur Theologiæ studium à sacrorum librorum, quos Canonicos appellant, assidua & pertinaci lectione: ad quorum intelligentiam accommodas notationes siue obseruationes (nisi quis uocare malit regulas) non paucas congerã. Non nihil adijciam de audiendis sacrarum literarum publicis interpretibus, ac rerum maximè memorabilium familiari repetitione. Tertius liber deducet ad illa doctissimorum quorumq; hominum solerter excutienda uolumina, in quibus dogmata & doctrinæ Christianæ præcipui loci cõmunes pertractantur. Tum admonebit, quo pacto unusquisq; sibi priuatim & locos communes, & illustrium uirorũ de ambiguis atq; obscuris quæstionibus responsa describere debeat. Post hæc etiam de Præexercitamentis, primùm quidem publicis, quæ præcipuè in disputationibus ac declamationibus consistunt: dehinc uerò priuatis, quæ stylo & domestica scriptione contenta sunt, sententiam atq; salubres commonefactiones sine dissimulatione proferam. Quarto libro, eos qui iam aliquod iudicium de doctri-

na religionis sunt adepti, exhortabor, ut lucubrationes illas sumant in manus, quæ complectuntur Ecclesiarum institutionem siue πρόξεις, atque ad gubernationem Ecclesiasticam animos informant. Quo in numero sunt historiæ Ecclesiasticæ, Concilia, siue Synodi, Decretum Gratiani, item uaria opuscula de officijs ministrorum Ecclesiæ, de ritibus ac cæremonijs, deq; similibus. Postremò quæ opinemur generatim obseruanda in sanctorum Patrum commentarijs, siue in ijs explanentur libri scripturæ sacræ, siue dogmata & loci communes, siue Ecclesiarũ institutio ordinatioq; enarrentur, succinctè indicabimus. Atque hoc sanè pacto existimauero decenter cuncta exposita, quæ ad pulcherrimam Philosophiæ cœlestis cognitionem aspirantes scire ac notare oportet, ab initio inde cum primùm uacare ei incipiunt, usque dum eò promouerint, ut utilia præscribere per sese, ac sine monitore, sibi ipsi queant. Quas autem ob causas in tribus illis librorum Theologicorum generibus euoluendis, et uarijs exercitiorum formis frequentandis, eo quem dixi sentiam pergendum ordine, haud grauatim in progressu reddam rationem. Si quibus autem quæ nos hisce libris congeremus, minus satis fecerint, licebit sanè petant ac sequantur consilia aliorum. Quemadmodum ægrotis, ita artem aliquam discere uolentibus, integrum esse debet quosuis consulere: quamuis hos audire fuerit tutissimum, quos peritos & præ cæteris iudicio sano esse constat. Equidem uehementer opto, non modò pijs adolescentibus, uerùm mihi ipsi quoque meliora ostendi: quippe

quippe qui non illibenter confiteor, quoad uiuam, discipulum in schola Christi, id est, sancta Dei Ecclesia me agnosci et uelle et debere. Quae etiam res in caussa est, ut si quod opus, pia cupiditate iuuandi studia Ecclesiastica, à me hactenus, uel posthac fuerit lucubratum, eidem Ecclesiae Catholicae & orthodoxae (quae nititur fundamento Apostolorum & Prophetarum, praeter quod poni aliud nullum potest, atque secundum Spiritum sanctũ ac uerbum Dei incorruptè iudicat) cognoscendum, recognoscendum & probandum uel damnandum nõ grauatè offeram submittamq;. Persuasissimum nanque omnes habemus, eam, quandoquidem ab Apostolo 1. Timoth. 3. columna appellatur & stabilimentum ueritatis, fidelem esse omnium nostrûm magistram: ideoq; omnia quae Spiritus sancti instinctu afflatuq; & ad sacrae scripturae normam de arduis & inuolutis negotijs pronunciat, meritò audienda. Sed eodem Spiritu sancto opitulante, & sancta Ecclesia bene fauente, ad rem ipsam aggrediamur.

FVTVRVM THEOLOGVM DIuinitùs ad cœleſtis doctrinæ ſtudiũ uocari: tum qua ratione quis ſe uocatum deprehendat. Cap. I.

REipſa cõpertum eſt, ad eã unumquemq; artem eſſe deducendum, ad quam ſe ipſe ſentit natura ferri. Quod cùm de omni artium genere, quarũ neceſſarius eſt in cõmuni uita uſus: tum de ijs maximè intelligi cõuenit, quæ ingenuis hominibus dignæ ſunt, & ad quas percipiẽdas exercendasq;, quadam ingenij dexteritate, atq; animo ſolerti opus eſt. Quocirca liberalium in primis diſciplinarũ præceptores iubentur accuratè obſeruare, ac notare puerorum mores, ſtudia, indolem, ut ſecundum ſui naturam ingenij quemq; inſtituere, nec non quò ſponte tendere uiderint, eò fideli opera ſua adhibita deducere, & quãtum licet, promouere adnitantur. Sed enim de poetis receptiſs. eſt opinio, non fingi eos, aut formari, uerùm naſci. Naturam namq; in ijs omnino plus efficere, quàm inſtitutionem. Quodq; his præclarius eſt, Plato, Ariſtoteles, Cicero, & ad unum omnes rectè de re literaria ualentes iudicare, ſenſerunt, poetas ad ſcribendum arcano quodam mentis agitari impetu, adeoq; diuinitùs adflari. Si autem de poetis, qui Gentilium habiti ſunt Theologi, adeò honorificè ſenſit antiquitas: quanto iuſtius nos, religionis noſtræ Chriſtianæ (quæ ſola uera & perfecta religio eſt) probatos Theologos pronunciabimus, non quidem ad rerum ſacrarum contempla-

templationem nasci, uerùm peculiari quadam ratione à Deo uocari, & præ cæteris hominibus deligi, instituiq; ? Et quidem ita se habere, si rem recta ratione libet expendere, oportet fateamur. Neminem namq; uideas seriò in sacris literis proficere, nisi cuius pectus Deus primùm cupiditate cognoscendorum piorum dogmatũ accenderit: deinde, ut consequi queat, spiritu suo illustrarit. Sæpe multi præstantes homines, addam eruditione & usu rerum celebres, ad Theologiæ conscendere fastigium; atq; gloriam ex rerum diuinarum cognitione sibi comparare, auidè sunt conati: uerùm quantumlibet laborarent, occulto quodam modo impediti sunt, quo minus uoti fierent compotes. Ex aduerso, nos nonnullos nouimus, qui cum diuinitùs essent uni huic studiorum generi destinati (comprobauit id postea successus) malucrunt tamen, idq; siue aliorum hortatu, siue priuata quadam ambitione adducti, animum ad aliam quampiam adijcere facultatem: ueluti ad iurisprudentiam, aut medicinam (quas profectò eximias esse disciplinas, negare nemo potest) quàm eò pergere, quò se trahi aduertebant. Verùm quid illis accidit? Cum existimarent, se sapienter, nec minus feliciter, maximo in precio habita studia aggressos: ipsi præter suam expectationem, occasione aliqua subitò enata, coacti sunt ad Theologorum scholas se recipere, in quibus solis aliquid laude dignum tandem adepti sunt. Hic autem si quis roget, unde ista hunc in modum eueniant? aliam profectò adferre causam non possumus, quàm, Deo

uisum esse, ad sacrarum literarum tractationem quosdam uocare, quosdam uerò minimè. Atque hoc illud est, quod sibi uult Apostolus, dicens: Ea quæ sunt Dei, neminem nosse nisi spiritum Dei, & cui is patefacere dignatur: 1. Corinth. 2. Eadem de causa crebrò celebratur Spiritus sanctus, uaria dona hominibus conferens: atque alios quidem constituens pastores, alios uerò doctores, alios prophetas, alios linguarum peritos, ad instaurationem sanctorum, in opus administrationis: & cum hæc omnia, tamen non nisi ubi uult spirans, & non nisi certa mensura dona sua impartiens: 1. Corinth. 12. Ephes. 4. In Euangelica historia, scriba quispiam fieri apostolus, aut certè in collegium discipulorum Christi cooptari ambiebat: Præceptor, inquit, sequar te, quocunq; abieris. Alium uerò quempiam Christus ipse uocauit, qui tamen differre cupiebat, dicens: Domine, permitte mihi prius ut abeam, & sepeliã patrem meum. Atqui Christus illum ultrò se offerentem, non recepit: hunc uerò, quamuis ad aliud properantẽ officium, statim ut se sequeretur impulit, nec non ad doctoris Euãgelici munus euexit. Sequere me, inquit: sine ut mortui sepeliant mortuos suos: Matth. 8. & Luc. 9. Fortassis in altero aduertit Christus uulpinũ animum, detestabilem arrogantiam: id namq; hisce Christi uerbis, Vulpes habent cauernas, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet: significatum, interpretatur D. Augustinus, lib. de uerbis Domini in Euangelio Matth. sermone 8: quas ob res inidoneum iudicauit. In altero uidit animum ad pietatem

tatem promptum, uidit ingenium docile & tractabile, ideóque aptum esse uoluit. Caput igitur illud est: Non fieri discipulos uel Apostolos Christi, non fieri idoneos ad tractandas res diuinas, nisi quos Deus è multis eligit & uocat, quósque impartiendo suum spiritum appositos, testante Apostolo 2. Corinth. 3. ipse facit. Quod cum ita sit, quisquis intelligit se ad Theologiam amplectendã diuinitùs excitari, is totis uiribus ad propositum sibi à Deo scopum & finem, labores uigiliásque omnes suas conuertat: is spem non dubiam concipiat, se cum laude & emolumento uersari in Theologia posse.

Sed dicit aliquis: Quibus ex rebus cognoscam, siue alium, siue me uocari diuinitùs, ut animum ad hoc studiorum genus appellam? Nam perdifficile omnino uidetur, hac in parte de Dei uoluntate statuere. Verùm non perinde id arduum, inquam, est, atq; pleriq; suspicantur, modò intenti animis adesse uoluerimus. Siquidẽ uel in ipsa pueritia, animaduerti in unoquoq; solent minimè fallacia eius uitæ generis & studiorũ, quæ adultus sectabitur, argumenta. Pueri namq; etiam in lusionibus suis, quantum fert rationis quo præditi sunt modulus, ducunt seria: nec non ad quæ à natura, seu potius naturæ principe Deo, inclinantur, ea celerrimè præstare satagunt. Itaq; alios uideas suapte sponte & crebrò per lusum uendentes, ementes: alios, hortulos & agros colentes: alios aurigantes, scaphas & scalmos trahentes: alios ædificantes, & quadrata mutantes rotundis: alios litigantes, rixantes, belligerantes: alios docentes,

canentes

1. argum. Prov. 20. 11. Etiam operib. suis cognoscitur puer, an mundũ & an rectum sit opus eius.

canentes hymnos, sacrum facientes, & quid non? Ex his autem coniecturam sagaces parentes nõnunquam faciunt, quid de liberis polliceri sibi debeant, & quod uitæ genus olim adituros credant. Qui Cyrum puerũ inter pueros uidebant mirabili prudentia, pro ætatula, fungentem dignitate iudicis siue regis, iam tum uenerari in eo incipiebant heroicum & excelsum illum animum, qui postea in ipso regnum Persarum moderante emicuit. Cassius Romanus, à quo pòst interfectus Cæsar, in pueritia Fausto filiolo Syllæ glorianti de patris Monarchia, impegit colaphum: quo quidem facto satis in tempore declarauit, se publicæ libertatis amatorem, tyrannidis uerò insensissimum hostem semper fore. Leguntur eius generis exempla non parum multa. Ad hunc igitur modũ uaria signa, quæ studium rerum diuinarum, atq; cœlestis philosophiæ amorem certissimè præmonstrant, probè oculati homines possunt in pueris & adolescentibus obseruare. Nonnulla eius generis, usitata inquam, & ordinaria (nã de extraordinarijs sermo nobis nunc nõ est) commemorabo: idq; eo libentius, quo clarius demonstrant, quomodo uitã moresq; cõponere bonæ spei pueri & adolescentes debeant. Quosdã igitur conspicimus pueros magna alacritate adire templa, summa attentione cõsiderare quæ ibi fiunt omnia: domum aũt reuersos, sacras meditari cãtiones, ceremonias religionis nostræ repræsentare, & fortè doctoris aut episcopi inter pares personam gerere. Iidem suos parentes, aliosq; de elementis doctrinæ pietatis differentes libenter audiunt:

diunt: quæ sæpius inculcantur, memoriæ student commendare: minus intellecta repeti, explicariq; sibi postulant. Vbi iam scholas frequentare incipiunt, pulchrum ducunt optimis & modestissimis quibusq; se adiungere: & quas cernunt in his commendari uirtutes, eas generoso animo exprimere laborant. Caue autem expectes futurum frugi Theologum, cui in prima ætate cum improbis intercedit familiaritas, uel qui ipse assuescit improbè agere. Ad hæc, elucet omni tempore in illis quædam quasi ingenita grauitas, iuncta admirandæ suauitati, quam etiam ignoti suspiciunt ac reuerentur. Vt autem per ætatem crescit iudicium, ita crescit quoque pietatis amor. Quocirca in studiorum curriculo plusculum progressi, sermones sacros, tam in templo, quàm in schola, sic excipiunt, sic menti infigunt, intelligere ut quiuis possit, cupere eos doctrinam auditam uitæ formādæ accōmodare, atq; orationis uim uelle ad mores transferre. Nā uitam quotidie rectius ac sanctius instituere, actionesq; omnes ad pietatis normā dirigere conspiciuntur. Non dissimulant insuper se adfectare, ut de rebus diuinis expeditè loqui possint. Quid? quòd significationem aliquam interdum dant, sibi in animo esse, ubi ad eruditionem atque ætatem iustam perucnerint, munus docendi sacra in templo, aut in schola, susciperc. Postremò, cum soleat Deus tales adolescentes eximijs quibusdam donis, ut ingenij acumine, suauiloquentia, mansuetudine, morum candore, & similibus exornare: tum uerò externa admi, nicula omnia, in quibus ponimus amicos, patronoas

pecuniem,

pecuniam, libros, loci opportunitatẽ, præceptores, monitores, condiscipulos commodos, & si quid aliud huc conducit, ijsdem prospicit, & quod satis est, suppeditat. Vsque adeò pijs adolescentibus decsse nequaquam possunt, quæ ad illud doctrinæ & uitæ genus sunt necessaria, ad quod Dominus ipsos semel destinauit. Sunt hæc igitur ordinaria, usitata ac legitima uocationis diuinæ argumenta, è quibus certum atque indubitatum iudicium de futuro Theologo peti potest. Ac ne quis temerè citráque delectum hæc congesta esse autumet, ac proinde uilipendat: equidem haud grauabor demonstrare, in quibus illustribus uiris, qui Theologorum principes euasere, eadem, cum pueri adhuc essent, & adolescentes, sint animaduersa, atque ceu digna cognitu literis etiam mandata. Nec pigebit opinor quenquam ea de nobis audire. Eusebius historiæ Ecclesiasticæ li. 10. ca. 14. refert de Athanasio, quòd puer cum pueris lusitans, episcopi munus obiuerit, fidei cõfessionem à reliquis exigendo, reddere ualentibus impartiendo de Ecclesiæ more, aquæ baptismum, cæteráque ceremonias peragendo. Quod rescisccns ciuitatis episcopus, illum ministris Ecclesiæ, sacris imbuendum literis commisit, ceu diuinans Ecclesiæ utilem futurum antistitem: cui sanè præsagitioni euentus pulchrè respondit. Apud eundem Eusebium lib. 6. cap. 2. ac 3. legimus, Origenem Adamantium paruulum, non tam parentum exhortatione, quàm propria uoluntate solitum quotidie sacra legere, quotidie aliquid memoriter recitare: frequenter à patre petijsse sibi enodari,

dari, quæ perplexa intricatáue occurrebant. Timotheum à teneris inde unguiculis institutum in literis religionis, & apud piam matrem Eunicam, & auiam Loidem piè sanctéq; educatum, apostolus Paulus testis est, 2 Timoth. 1. 3. Sed quin respicimus Seruatorem nostrum Christum? Is annos natus duodecim (quamuis in hoc omnia supra humanam sunt sortem posita) Hierosolymæ in templo, in celeberrimorum doctorum consessu, ita de rebus diuinis & interrogauit illos, & ipse disseruit, ut stuporem incusserit omnibus: necnon æstimandum reliquerit, quantus postea cœlestis philosophiæ doctor esset in publicum proditurus: Luc. 2. Memorat D. Hieronymus, se bonarum artium elementa imbibentem, admodum fuisse familiarem sui similimis: hoc est, pijs, & ad studia Theologica aspirãtibus. Nominat Bonosum, Pammachium, & Heliodorum: quorum duo posteriores etiam ad episcopi dignitatem euecti sunt. A Gregorio Nazanzeno egregia futuri Theologi indoles, in Basilij magni educatione, institutione, profectu in literis ac moribus scitè depingitur: potißimumq; ubi narrat, quomodo Cæsareæ, Byzãtij, Athenis, quibus locis tunc publicæ florebant scholæ, sese gesserit. Temporis angustia nõ patitur singula explicari. Crebrò meminit D. Augustinus, in primis Confeß. lib. 5 & 6, se diu antè quàm Rhetorica doceret, atque religionis nostræ sacris initiaretur, occulta & indeprehensibili quadam ui fuisse ad sacrorum librorum lectionem mirificè inflammatum: assiduè cum illis egisse, qui de rebus diuinis sermones miscere gau-

re gaudebant, quales præcipui Nebridius & Alipius: libentißimè deniq; eruditos Theologos, ut Helpidium Carthagini, Ambrosium Mediolani, publicè docentes audiuisse, necnon sæpenumero priuatim consuluisse. Penè prætereramus, quæ apostolus Paulus de se ipse prædicat. Se namque à prima ætate doctrinæ sacræ studio flagrasse: se educatum & institutum in scholis Hierosolymitanis, auditorémque fuisse sapientißimi doctoris Gamalielis: se profecisse præ cæteris æqualibus: se amplexatum sectam Pharisæorum, qui iudicabantur legis diuinæ sincerißimi interpretes: se deniq; uixisse inculpatum, irreprehensibilémque: Act. 22. Gal. 1. Philip. 3. Origenes, de quo paulo antè, anno ætatis decimo septimo, ut patre, ita patrimonio quoq; orbatus, extrema premebatur inopia: uerùm ne hac de causa sanctis studijs, in quibus haud infeliciter fundamentum iecerat, nuncium remitteret, Deus locupletis ac nobilis cuiusdam mulieris permouit animum, quæ bonæ spei adolescentem fouit liberaliter, atq; plenius informari in literis curauit. Quo tempore diuersis indicijs Origenes testatum fecit, se falsa dogmata olim magno animo auersaturum, solamq; puram doctrinam Euangelij IESV Christi amplecti uelle: quemadmodũ Eusebius scriptum reliquit, Ecclesiasticæ historiæ libro sexto, cap. 2. Verùm quid diu moror in his referẽdis, de quibus extant apud probatæ fidei scriptores locupletißima & frequentißima testimonia? Vides igitur nunc satis, quæ nam argumenta expectandæ eruditionis atque profectus in doctrina pietatis, in uiris

sanctis

sanctis ab ineunte ætate præluxerint. Reliquum uerò est, ut nos quoq; interpretari audeamus, nostros pueros & adolescentulos ad sacræ Theologiæ studium diuinitùs uocari, in quibus contigerit eadem, aut paria signa deprehendi. Sanè quisquis de uocatione sua ambigit, suum ipse ingenium & mores peruelim exploret propius: animi sui propositum, atq; in ipsa pueritia susceptas tum cogitationes, tùm meditationes, conferat cum sanctorum patrum, quos recensuimus, sanctis conatibus: nec dubium est, quin ubi expenderit, quousq; ad hos accedat, aut quàm longè ab his absit, facilè queat decernere, ad hoc ne, an ad aliud studiorum genus, se Deus uocarit. Porrò autem, quicunq; uocari se intelligunt, certam ij spem concipiant, se cum fructu daturos Theologiæ operam: necnon ornamentum aliquod alicui Ecclesiæ, si pergant, allaturos. Et quidem his potissimum, qui ad hũc modum diuinitùs sunt uocati, noster omnis desudat labor. Quanquam non his solis, sed omnibus adeò communiter Christianum nomen profitentibus. Cùm enim Deus uelit omnes homines ad ueritatis adduci cognitionem, & saluos fieri: par sanè est, omnes legendis atq; intelligẽdis sacris libris, quibus ueritas concluditur, inuigilare. Si non interest omnium, usq; eò uacare Theologiæ, dum doceãt in Ecclesia: at nullus est cui nõ incumbit, nosse præcipua cœlestis philosophiæ capita, quo suæ fidei reddat rationem poscentibus, quo locorum quocunq; uenerit (cõtingit autem nonnunquã eò migrare, ubi docentiũ in Ecclesia linguã non assequimur) tũ se ex-

citare, confirmare, solari: tũ suos liberos, domesticos, familiares instituere in doctrina religionis queat. Quare non est nunc plenius dicendi locus.

QVOD NOSTRA QVOQVE interest, animum ad sacras literas discendas diligenter præparare.

Caput II.

ETsi uerò futurum Theologum necesse est impri mis à Deo uocari, atq; numinis impelli motu: tamen nostra quoq; diligentia tantum in hoc negocio momenti habet, ut si ea adsit, præclara Dei dona, bonitas naturæ inquã, ingenij uis, & quæ eius sunt generis, incrementum non paruum in nobis capiant: si uerò non adsit, uehementer metuendũ, ne, tanquam ingrati, donis illis spoliemur: aut tanquam immorigeri, uocationisq; diuinæ contemptores, à præstantißimo studiorum ac uitæ genere, iusto Dei iudicio, excludamur. Obtemperantes Deus prouehit: immorigeros repudiat, ac procul arcet. Sunt autem meo iudicio certæ rationes, quibus declarare unusquisq; potest ac debet, se Deo uocanti libenter auscultare: atq; animum ad capessendum hæc studia, quantum fert infirmæ naturæ conditio, præparat. Primùm, quisquis seriò conferre se huc uolet, non irrumpet in scholæ diuinæ uestibulum illotus, & uelut semipaganus: sed mentem adferet purgatam à uitiosis adfectibus, ac religioso quodam Dei timore præditam. Nõ de nihilo est, quod Rex ille oraculo Dei sapientißimus iudicatus, dixit Prouerb. 1. Timorem Domini initium esse scientiæ. Etenim

Etenim ubi Dei timor locum non habet: ibi neceſſum eſt, ambitio, faſtus, odium, contentio, pertinacia, atq; id genus peruerſæ cupiditates regnum obtineant. Atqui hæ animorum corruptelæ, ſi efficiunt, ne uel in humanis diſciplinis rectè aliquid conſtituas: profectò officient multò maximè cupienti ſapienter de dogmatibus diuinis iudicare. Cæterùm timori Dei adiunctum ſit ardens pietatis, non cognoſcendæ modò, uerùm multo magis exercendæ deſiderium. Tum enim Deus largietur, ut ante alios ſacrorum librorum ſenſa aſſequaris, ubi ſcopum tibi præfixeris, ad uitæ tuæ inſtitutionem emendationémque omnia quæ audis uel legis conuertere. Deus Matthæi 5 ſua uoce pollicitus eſt, eos qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam, ſaturandos. In quod toto pectore incubuerimus, in eo, adiuti numinis benignitate, facilè aliquid præſtabimus. Crebrò igitur illud Apoſtoli expendas: Scientia inflat, charitas ædificat. Quòd ſi ſcientiam ad charitatis normam collimaueris, ut quantum augetur cognitio, tantum augeatur & dilectio: profectò intelligent omnes, te per ſtudia literaria non quidem uana opinione doctrinæ tumidum, ſed reuera doctum: nec tantùm doctum, uerùm etiam piũ & ſanctum: quodq; maiori admiratione dignum, etiam multi alij ſient profectus tui participes, quando partim ſermonibus, partim actionum tuarum exemplis, ad uitã corrigendã ipſi prouocabuntur. Sed interim facultas hæc ita proficiendi, in noſtra non eſt manu poſita, nec cõtingit niſi ſpiritu Dei afflatis. Nã ſicut Dei timor, ita ſanæ doctrinæ intelligẽtia, Spiritus

ſancti propria dona ſunt. Reſtat igitur tertio loco, ut Deum patrem luminum crebrò oremus, quo impartiatur nobis ſpiritus ſui aliquam ſcintillulam, quæ cor noſtrũ illuſtret, accẽdat, inflammet, mundet, purificet: per quam adfectus Theologia digni in nobis concitentur: cuius beneficio animus reddatur placidus, manſuetus, beneuolus, humilis, à curioſitate & contentione alienus, propagandæ Chriſti gloriæ & augendæ utilitati proximi magis inhians, quàm cumulandis priuatis laudibus, quæſtui, honoribus, uel alijs huiuſmodi præmiolis: quæ dum hic accipiuntur ab hominibus in terris, ferè impedimento ſunt, quo minus excellentiora olim accipiamus à Deo patre opt. max. in cœlis. Inducat autem ad frequenter orandum, tum ingens noſtra neceſsitas, tum apoſtoli Iacobi grauis exhortatio: adiunctam habẽs diuinam, quæ nos erigit, promiſsionem. Quòd ſi cui ueſtrûm deeſt ſapientia, poſtulet, inquit, ab eo qui dat: nempe Deo, qui dat omnibus ſimpliciter, nec exprobrat, ac dabitur ei. ſed poſtulet cum fiducia, nihil hæſitans. Iacobi 1. Poſt hæc, cum eis uide aſsiduus ſis, per quos ſentis te ad cœleſtis philoſophiæ cultum excitari poſſe. Ex ijs qui iam decurrere hoc ſtadium cœperunt, uiam diſcas licet, qua tibi quoq; ſit ingrediundum. Legimus in Prouerbijs: Qui ambulat cum ſapientibus, fit ſapiens, Prouerb. 13. Quemadmodum plerunq; mores bonos corrumpunt praua colloquia, ita interdum etiam mali emendantur bonorum conſuetudine. Impius Saul ad prophetas concedens, prophetici ſpiritus portionem aliquotam ad tempus

pus accepit: quid ni igitur confidat pius adolescens, se fructum aliquem reportaturum, qui discēdi cupidus, se pijs doctisq; adiunxerit? Quintò & postremò non parum huc cōducet, si selecta quædam è sacris Biblijs capita, subinde quanta animi potes attētione repetas, quæ cum ad rerum diuinarum admirationem, tum ad exercitium Christianarum uirtutū te allicient. Quod consilium eo libentius proponimus, quo certius compertum habemus, quibusdā sanctis patribus usurpatum, non mediocrem peperisse utilitatem. D. Ambrosius uoluit ab Augustino, quo paratior aptiorq; fieret percipiendæ diuinæ gratiæ (sic enim Augustinus ipse loquitur Confeß. lib. 9. cap. 5.) diligenter legi Iesaiam prophetam. Testatur idem Augustinus, se scriptis Pauli Apostoli lectis, quamuis non intellectis, uehementer fuisse immutatum, et ad mysteria nostra exactius perueστiganda miris modis accensum: Confeß. lib. 7. cap. 21. Quod etiam illustri rhetori Victorino usuenisse, idem autor est, dicēs hunc lectione quorundam librorum sacrorum ad religionis Christianæ professionem adductum: Confeß. lib. 8. cap. 2. Quod autem magis miremur, eundem Augustinum Ciceronis liber inscriptus Hortensius, in quo excellentißimus orator, iuxtaq; philosophus, ad philosophiam gentilem amplectendam suos homines hortatur, extimulauit ad inquisitionem philosophiæ Christianæ: Ille, inquit, liber mutauit preces meas, & uota ac desideria mea fecit alia. Viluit mihi repentè omnis uana spes, & immortalitatē sapientiæ cōcupiscebā æstu cordis incredibili: et surgere

gere iam cœperã,ut ad te redirem. Confeß.lib.3,ca.4. Si uerò ad tantam rem præbuit occaſionem lectio ſcripti,editi ab homine gentili:quid non pollicemur nobis de ſcriptis ſanctorum Prophetarum & Apoſtolorum,quorum ſpiritus ſanctus ipſe autor eſt:in quibus ſpiritus ſanctus etiamnum hodie latenter ſpirat,et per quæ in legentium animos gaudet uim ſuam idem ſpiritus tranſmittere? Legat ergo pius adoleſcens,ad noſtra ſtudia ſeſe præparans, in primis aliquot Chriſti conciones: quales illæ quæ ab Euangeliſta Matthæo deſcribuntur,cap.5.6.7. Adderem eam,quam Chriſtus habuit ad diſcipulos peracta cœna nouiſſima,Ioan.15. 16.niſi arbitrarer,prouectis & firmis magis quàm teneris conuenire. In D. Pauli epiſtola ad Romanos legantur cap.12,13,14. Prioris ad Cor.12,13,14. ad Gal.6. Prioris ad Tim.4. poſterioris ad Tim.2,3,4. Iacob.1. Prioris Petri 1.Ioan.4. Legat inquam,ac relegat pius adoleſcens, uel hæc omnia, uel ex his aliqua:paulatim haud dubiè percipiet occultos quoſdam Spiritus ſancti igniculos,ad pietatis ſtudium inuitantis, immò trahentis,& inſtigantis. Memini audire nonnullos, una ſententia paulo penitius excuſſa prorſus immutatos, & ad felicius ſtudiorum,uitæq; melioris genus,ſubitò cum magna omnium admiratione pertractos. D. Antonium excitum, dum fortè ſuperueniens audit recitari hæc uerba Chriſti: Vade & uende omnia quæ habes,& da pauperibus,et habebis theſaurũ in cœlis,et ueni et ſequere me;teſtatur Auguſtinus, Confeß.lib.8. ca.12. Refert eodem loco D.Auguſtinus,ſeipſum grauiſſimè

uissimè aliquando commotum ijs uerbis quæ extant Rom. 13. Non comessationib. & ebrietatibus, non cubilibus & lasciuijs, non contentione & æmulatione: sed induamini Dominũ IESVM Christũ, & carnis curã ne feceritis ad concupiscentiã. Itaq;, aut ego uehementer fallor, aut his omnino rationib. bonæ expectatiõis adolescẽs se ad discẽda sacra dogmata ritè præparabit.

QVO RACTO QVIS CONFIRMABITVR, VT HOC STVDIORVM GENVS FELICITER INGREDI, NEC NON IN EODEM CONSTANTER PROGREDI POSSIT. CAPVT III.

CAeterùm qui iã in studiorũ sacrorum prodire incipit stadium, operã in id ponet omnem, obfirmato ut animo constanter perseuerare ac progredi in eodẽ semper poßit. Superuacaneũ fuerit, iácere fundamentũ, si non superstruantur reliquæ ædificij partes. Itaq; pius tyro ad excitandum, erigendum et confirmandum animũ, tam cum incipit, quàm cum pergit, studioſè ea colliget, & perpetuò ob oculos defixa habebit, quæ ut magnificè de Theologia, eiusq; professoribus semper sentiat, efficiunt. Primus est ad proficiendũ in quocunq; artiũ genere gradus, magno ea ipsa studia habere in precio, ad quæ animũ adieceris. Neq; enim quisquã multũ laboris in ijs collocabit, aut seriò admodũ se exercebit, quæ ipse alijs rebus omnibus non anteponit. Quædã proinde quæ Theologiæ dignitatẽ præ cæteris disciplinis monstrant, hoc loco, sed breuiter cõgeremus. Nefas quidẽ, disciplinas ullas

contemnere, cum sint eximia Dei dona: sed concedant tamen omnes, uelint nolint, oportet, si iusta trutina illæ examinentur, alteram alteri præponderare: ideoq; sicut in cæteris rebus, ita in his quoq; debere ordinem quendam retineri dignitatis. Ratum igitur in primis esse debet, quantum diuina præstāt humanis, cœlestia terrenis: tantum Theologiam reliquis disciplinis esse anteponendam. Etenim doctrina libris sacris comprehensa, non est ab hominibus in Græcia aut Italia agentibus prodita, ampliata, uel illustrata: sed à Deo ipso edita, & è cœlo selectis quibusdam uiris reuelata. Pater cœlestis sua uoce patriarchis atq; prophetis eam explicauit: Hebr. 1. Vnigenitus, qui est in sinu patris, ad nos descendens, eandem enarrauit: Ioan. 1. Spiritus sanctus omnibus seculis, quosdam præstantes afflauit homines, qui Theologiā incorruptè traderēt: 2. Pet. 1. Illud noueritis, inquit Petrus, quòd prophetica scriptura non sit priuatæ interpretationis. Non enim uoluntate hominis allata est olim prophetia: sed à Spiritu sancto impulsi, loquuti sunt sancti Dei homines. Quamobrem Paulus 1. Corint. 1, Theologiam definit, sapientiam non seculi huius, neq; principum huius seculi, qui abolentur: sed sapientiā Dei in mysterio, quæ est recondita, quam præfinierat Deus ante secula, quā & per spiritū suum reuelauit. Quòd si antiquitatē in disciplinis putat aliquis spectandam, nulla est hac una antiquior: quippe quæ prima, & quidē cum primi illi uniuersi generis mortaliū parētes in paradiso adhuc cōstituti agerent, exposita est. Si de certitudine quæ-

stio

stio est: sola hæc certa appellari meretur. Reliquarum disciplinarum exigua fuere initia, paulatim multa in illis sunt aucta, interdum admixta absurda, & cum uero pugnantia, non pauca deinde mutata: Theologia aũt statim ut tradi cœpit, perfecta fuit exhibita, perpetuò manet eadem, & ubiq; sui similis, nihil ei additum, nihil in ea uariatum, nihil à ueritate alienum. Et quid 'ni ita & loquamur, & sentiamus, cum Deus sit eius autor, qui est ipsa ueritas, qui est incommutabilis, qui nec fallere nec falli potest? Ad hæc, ubi reliquæ disciplinæ numerosis comprehenduntur uoluminibus (quanta obsecro moles operum Galeni? quantus acer uus Legum?) in quibus & multa subtili perplexóque sermone inuoluta atque obscura, ut planè ignoret lector, quomodo se unquam possit extricare: Theologia paucis & exiguis libris contenta est, ijsq; eo conscriptis dicendi genere, quod ab omnibus facilè percipi queat. Vt nõ dicam, quòd Deus, qui mandat libros hos legi, facultatem etiam dat, qua possint citò intelligi. Iam uerò, si multiplicem consideare libet utilitatem, scias nullum doctrinæ genus hac in parte cum Theologia esse comparandum. Vt multo amplissimum, ita & uerissimum est, quod Apostolus ait 2. Timoth. 3. Sacræ literæ (& solæ inquam) te possunt eruditum reddere ad salutem, per fidem quæ est in Christo IESV. Cuius pronunciati quo fidem faciat, addit: Omnis scriptura diuinitùs inspirata, utilis est ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem quæ est in iustitia, ut integer sit Dei homo, ad omne

opus bonum apparatus. Quibus sanè uerbis omnia Apostolus complectitur, quæ ad hominis salutem sunt necessaria. Etenim uita hominis uniuersa consistit, si bene aduertimus, in doctrina sana, & sanctis actionibus: quarum illa quidem fidei, hæ uerò charitati seruiunt: quamobrem exacta istarum duarum rerum cognitione in primis eget. Cum autem doctrina alia sit uera ac retinenda, alia falsa atq; explodenda: ut certò scias, quicquid de doctrina desiderari possit, in sacris literis contineri: ait Apostolus, scripturam utilem esse, primò ad doctrinã, id est, abundè monstrare quæ nam sint uera dogmata, & quomodo ea discerni, comprobari, defendiq; debeant: deinde utilem esse ad redargutionem, id est, ad confutanda euertendaq; falsa dogmata. Quod porrò ad actiones attinet, aliæ sunt laudatæ, aliæ reprehensionem merentur. De utroq; autem genere Apostolus differere cupiens, ait, scripturam esse utilem ad institutionem: quòd nimirum quæ opera Deo accepta sint, quæ uitæ officia omnes homines decent, pulcherrimè tradat. utilem insuper esse ad correctionem: siquidem præscribit, quomodo quæ corrupta aut luxata sunt, emendari ac sarciri debeant. Et quoniam ipsi quoque pij, qui tam in doctrina quàm in actionibus decorum studiosè semper seruant, subinde perturbantur uarijs aduersitatibus, quarum magnitudine adigi forsitan possent ad deficiendũ in altero, hoc est, aut in doctrina, aut in actionibus: ideo prouidit Deus, ut scriptura referta esset efficacissimis consolationibus, quibus animus aduersus impenden-

pendentes casus muniri, adeoq; armari, necnon in sancta doctrina & sanctis actionibus constans retineri queat. Quod Apostolus non tacuit, dicens ad Rom. 15. Quæcunque præscripta sunt, in nostram doctrinam præscripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Quando igitur in sacris literis in promptu habes, quicquid ad doctrinam, quicquid ad actiones, quicquid ad consolationes pertinet: quid amplius desideres? Quod uerò dabis disciplinæ genus, ex quo hæc simul omnia, & tam largiter quidem, tamq; certò hauriantur? Per multas ambages & molesta spineta philosophi inquirunt, quódnam sit summum bonum, & quis hominis finis: uerum dũ alius hoc, alius illud asseuerat, fit ut incertiores dimittãt suos discipulos, quàm acceperant. Sola autẽ sacra scriptura honorarij arbitri dignitatem assecuta, controuersias dirimit, erroribus & contentionibus finẽ imponit: atq; perspicuè definit, in cognitione unius ueri Dei summum hominis bonum consistere: quam cognitionem ipsa quoq; in publicum producit, atq; studioſè comparandam commendat. Sic autem Christus ad patrem, Ioannis decimoseptimo: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deũ, & quem misisti IESVM Christum. Quapropter Ieremias propheta declarare uolens, nihil præstabilius, nihil gloriosius hac cognitione Dei posse homini in uita obtingere, multo antè ita ait: Hæc dicit Dominus: Non glorietur sapiens in sapientia sua, neq; glorietur fortis in fortitudine sua, nec glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc

glorietur,

glorietur, qui gloriatur, si intelligat & cognoscat me: Ierem. 9. Cæterùm haud difficile foret, plura cùm ex libris sacris, tum ex sanctorum patrum commentarijs accumulare: quinetiam possemus nonnulla ad Theologiæ laudem ex illorũ depromere scrinijs, qui in alia professione uersati sunt: sed minimè opus esse ducimus, rati bonæ spei adolescentibus hæc paucula, de re alioqui non ualde obscura, sufficere. Vnum illud adijciemus, dignum sanè quod omni tempore altissima mente expendatur. Tria bonorum, quæ homini cedunt, recensentur genera: quædam animi, quædam corporis, quædam externa. Et quidem homo anima & corpore constat: sic tamen, ut externis bonis carere haud magis quàm communi luce possit. At ucrò si de dignitate partium & bonorum hominis quæritur: nemo non primas dabit animo, secundas corpori, tertias bonis externis. Quem ordinem sicut naturalis ratio, ita Christus ipse, cuius autoritas rationem humanam multis parasangis anteit, apertè comprobat. Sic namque apud Matthæum ca. 6. definit: animã pluris esse quàm corpus, corpus ucrò pluris esse quàm uestimentum. Iam uerò cũ Theologia propriè incumbat procurandæ saluti immortalis animi, medicina ualetudinẽ tuea tur corporis, iurisprudentia conseruet bona externa fortuitaq;: cõficitur sanè ex his, Theologiã tãto interuallo anteponendã cuicunq; alij studiorũ generi, quãto anima corpori rebusq; fortuitis præstat. Quo quid augustius, qd magnificẽtius, de nostris studijs dici que at? Et quantulum, quæso, prodest homini, inquit Christus

stus Lucæ 9, si uniuersum mundum lucretur, animæ interim suæ iacturam faciat? Quæ cũ ita sint, meritò iubet idem Christus, primùm quæramus regnum Dei: promittẽs, id si fecerimus, cætera ad uitam necessaria, facilè successura. Itaq; hæc secum frequenter reputet bonæ expectationis adolescẽs: his adductus rationibus honorificè de studijs pietatis & sentiat, & loquatur. Hanc uerò persuasionem de Theologiæ excellentia, nunquam patietur sibi eripi: quin potius petet hinc omni tempore, quo pectus suum confirmet, ad constãter pergendum in sacrarum literarum studijs, ad quæ iam intelligit se diuinitùs uocatum. Hanc uocem Christi in chartis, in libellis, in parietibus, in fenestris descriptam, semper occurrere sibi, atq; in auribus sonare cogitet, Scrutamini scripturas: illæ enim sunt, quæ testimoniũ perhibent de me: Ioan. 5. Hanc uocem Christi, præ cuiuscunq; hominis rationib. siue argumentis, audiat ac sequatur. Quisquis autem sic, ut diximus, animo adfectus, præceptori Christo parebit: haud dubiè ex laboribus, quos in hæc studia impenderit, fructus suauissimos, iuxtaq; amplissimos reportabit.

QVARVM ARTIVM SCIENtia futuro Theologo sit necessaria: ac primùm de ea parte philosophiæ, quam appellant Logicen.

Cap. IIII.

QVia uerò non minus ad percipiendum, quàm ad tradendum alijs res graues & sublimeis, quales in Theologia permultæ occurrũt, magnoper-

gnopere conducit bonarum artium, ut uocant, seu philosophiæ cognitio. ideo breuiter est à nobis explicandum, quarum potissimum artium scientiam futuro Theologo necessariam arbitremur. Minimè uerò illos audiemus, qui obganniunt, sic à Spiritu sancto expectandam uniuersam intelligendi atq; explicandi sacras literas facultatem, ut neutiquam opus sit, nos discendis ullis artibus operam nauare. Maneat, inquam, sua Spiritui sancto dignitas: atque cognoscamus illum, sicuti uerè est, spiritualium donorum omnium datorem. At interea desidibus esse nobis haud licebit. Omnium namque rerum parandarum Deus certa ueluti instrumenta ordinauit, quæ à nobis negligi non uult. Labore nostro diligentiaq; opus est, ubi quid cõsequi desideramus. Abundè nouit pater cœlestis, antè etiam quàm postulemus, quibus rebus nobis opus sit: ac pascit ipse aues per inane uolantes, quæ, ut inquit Christus, ad parandum uictum molestiam nullam subeunt. Veruntamen idem Christus nequaquam docet, legem, quam Deus ad uniuersum genus mortalium semel tulit, ut nimirum in sudore uultus nostri uescamur pane, esse abrogatam. Imò uerò per Apostolum suum pronunciat, eum qui non laborat, non debere manducare. Quemadmodum autem istud appositè, de parando cibo corporis: ita iuxtà rectè de cibo animi statuemus. Enimuerò prouenit à Deo omnis diuinarum rerum cognitio: ac solus Deus est qui corda illuminat, qui sensum reconditum in lucem profert: sed interim à nobis quoq; exigitur, ut artes liberales, linguas, cæteraſq;

rasq; disciplinas multis uigilijs addiscamus: eas, cum res postulabit, ad expeditè intelligendum sermones diuinos, in consilium adhibituri. Deus hominem condidit, qui loqui per sese possit, qua in primis re discernitur à brutis animantibus. at interim linguam, nisi quam cum nutrices docuerint, miser homo nullam sonat. Itaque ut demus, aliquos planè ad rerum diuinarum contemplationem esse natos & factos: minimè tamen confident res sacras se plenè percepturos, nisi eas artes, quæ uiam ad omnes grauiores disciplinas sternunt, prius ex fidis præceptoribus imbiberint. Quid uerbis opus est? Euincit experientia, multo perspicacius in obscuris locis, qui apud quoscunq; scripto res occurrunt, negociorum causas, initia, progressus, fines, circumstantias, & quæcunque alicuius sunt momenti, ab illis obseruari, qui bonis artibus sunt imbuti, quàm ab alijs qui has nunquam degustarunt. Itaque quisquis ad studia Theologica iam formatur, dũ ætas, dum occasio fert, ingenij uires liberalibus intendet artibus, & discipuli non ignaui partes in his subibit. Auditione, repetitione, lectione, stylo, quoad fieri poterit, se indefessè exercebit, labore improbo uincere omnia conabitur. Atq; ubi tandem aliquid profecerit, necessariò res huc redit, numinis bonitati, quicquid illud est, oportet acceptum ferat. Siquidem & humana philosophia, Dei donum est: neque in ea quisquam seriò promouet, neque, quod post cognitionem paratam cum primis necessariũ est, rectè ea utitur, nisi cui Dominus id ut possit largitur. Minimè uerò in id philoso-

phia

phia discitur, ut ad eius leges examinentur sacra scripta: multò minus, ut ab ea iudicium de religionis nostræ dogmatibus petatur: sed tantùm ad subleuandam nostri captus imbecillitatem, utq; illius adminiculo alter alteri possimus clarius certiusq;, quæ mente conceperimus, exponere. Itaq; famulæ quidẽ & pedissequæ loco Philosophia admittitur: non aliter quàm olim pio Abrahamo iuncta est ancilla Agar, cum qua ἐγκυκλοπαιδία uenustè confertur. at uerò ius dominæ integrũ Theologiæ, quam pro Sara (ut eruditè discernit Philo, tam in libro de Cherubim, quàm in opere de congressu quærendæ eruditionis gratia) agnoscere possumus, relinquetur. Quas igitur philosophiæ partes Theologum didicisse conueniat, & quatenus ei futuræ sint usui ad res diuinas facilè percipiendas, explicemus.

Triplex constituta est philosophandi ratio: Logice, quæ agit de sermone: Physice, de rerũ naturis: Ethice, de moribus, ac uitæ institutione. Prima hasce habet partes: Grammaticen, Dialecticen, Rhetoricẽ, de quibus iam dicendum. Grammaticæ peritum esse debere Theologum, notius est, quàm ut admoneri oporteat. Neq; in Latina tantùm lingua uolumus doctũ, uerùm in illa quoq;, in qua res sacras apud populum tractare, si ita aliquando res feret, decreuerit. De lingua Græca & Hebræa paulo pòst pronunciabimus.

A' nonnullis Grammaticæ adiungitur poesis. In hac aliquot horas collocasse, ad parandam orationis copiam & splendorem, haud fuerit

pœni-

pœnitendum: maximè si in manus sumantur autores casti, qui animum impijs de Deo opinionibus non inficiunt, atq; in quorum scriptis tum de communi hominum uita, & personarum factorumq; decoro utiliter multa expressa conspiciuntur, tum quæ fabularum inuolucris tecta sunt, ad naturas tamen rerum explicandas, uel ad aperiendam doctrinam morum conducunt. Quorum posterius quomodo aptè fieri debeat, eleganter (ut omnia) D. Basilius in libello Ad nepotes, de legendis scriptoribus gentilibus, cõmonstrauit. Multi autem sancti patres in poesi clari extiterunt. Apud Hebræos in Hiob & Psalmis quædam uersibus sunt exarata: apud Græcos, Nazanzenus & Nonnus clari extiterunt: apud Latinos Prudentius, Ambrosius, Damasus, Iuuencus, laudem non mediocrem sunt consecuti, res sacras uersibus pertractantes. Atq; utinam tempus edax, aut hostium nostræ religionis malitia, non inuidisset nobis poesin Apollinaris Syri, qui ad imitationem Homeri, heroicis uersibus, & libris 24 historiam sacram ad imperium usq; Saulis persequutus est. Comœdias deinde & Tragœdias atq; Hymnos edidit, argumentis sumptis ex diuinis scripturis, in quibus Menandrum, Euripidem, Pindarum, excellentissimos poetas expressit: necnon, ut Sozomenus Tripartitæ historiæ lib. 6. cap. 37, & Nicephorus Callistus lib. 10. cap. 25, scriptum reliquere, numeris, uirtute, charactere dicendi, dispositione, atq; omni sermonis Græci ornatu et lauticijs æquauit. Hæc inquam scripta si essent in manibus, aliorum non ualde de-

siderauemus. Cæterùm si quis poetarũ prophanorum figmenta uelit per allegoriã accommodare ad res religionis nostræ: sciat se citra pietatis iniuriã id nõ factu rum. Quo iudicio libenter utor, quando D. Augustino quoq; De doctrina Christiana li. 2. c. 17 probari uideo.

» Dialecticum uerò, qui prorsus Aristotelicus sit, nõ
» expetimus. Sufficerit, qui definitiones, diuisiones, ar-
gumentationes, aptæ num sint, an secus, possit examinare, atque expeditam inueniendi iudicandiq; uiam teneat, qua cum docere alios uolet, uel thema quodpiam excutere, ingrediatur: deniq; qui cauere queat, ne ab aduersarijs, ueros similia pro ueris subinde adferentibus, capiatur. Extant multi libri, & à doctissimis hominibus conscripti, qui quod satis est, paucis complectuntur. Nec improbatur mihi eorum diligentia, qui in gratiam tyronum Theologiæ, artis præceptionibus exempla accommodant, è sacris hausta fontibus: quod Bedam in libro de Schematibus & tropis, Albinum in dissertatione de Rhetorica & uirtutibus, & quosdam alios illustres utros facere solitos, compertum habemus omnes. Vsus autem disputandi, differendiq;, quæ artis sunt augebit, & confirmabit. Si quis
» tamen certamina olim susceptur um se cum hæreticis
» arbitratur, hunc tempestiuè præmonitum uolumus,
» omni ut instrumento et apparatu Dialectico egregiè se instruat, armetq;. Placet interea Gellianum dictum, lib. 16. cap. 8: Huic studio si modum non feceris, periculum non mediocre erit, ne, ut plerique alij, tu quoque in illis Dialecticæ gyris atque mæandris, tanquam

tanquam apud Sirenios scopulos consenescas.

Rhetorice, siue Oratoria, in eo qui aliquando docturus est populum, uel primo loco requiritur. Reperimus, patres diligẽter sese in hac exercuisse, quosdam etiam publicè professos. quod de Origine, Cypriano, Malchione, Pierio, Arnobio, Lactãtio, Augustino manifestum est. Etiamsi magis optabile, adesse bene dicendi facultatem ingenitam, quàm præceptionibus acquisitam. Quod interim natura non suppeditauit, studio atque arte pensari æquũ est. Ars naturæ æmula, naturam adiuuat. Certè cùm libri sacri, in primis à Prophetis atq; Apostolis conscripti, schematibus ac tropis undiq; scatcant, atq; omnia in sese affatim largiterq; continent, quæ ad docendum, suadendum, mouẽdosq; affectus creduntur prodesse: sunt profectò hæ duæ artes, Rhetorice inquam & Dialectice, ubique in consilium adhibendæ, utpote quarum potißimùm ductu certas & perspicuas sententias licet eruere, easdemq; fideliter, & quàm fieri potest simplicißimè, alijs explicare. Cuius rei argumenta in patribus cùm Græcis tum Latinis, qui sacros codices susceperè enarrandos, uidere licet. Hi enim è paucis uerbis crebrò excerpunt plurima & grauißima argumenta, quæ ibi latuisse alius earundẽ artium ignarus haud fuisset suspicatus. Rursus uerò quod fusè, perturbatè, intricateq; dictum uideri poterat, illi strictim & concisè exprimunt: mirabilem rerum spiritualium uarietatem, quæ antea nõ animaduertebatur, depromentes. Quæ omnia nos exẽplis prolatis redderemus manifesta, nisi tam in uete-

ribus (maximeq; Origene, Chrysostomo, Augustino, Hieronymo) quàm in recentioribus quibusdam, passim multa occurrerent, quæ quod dicimus luculenter comprobant. Augustinus disertè & copiosè, lib. 4. De doctrina Christiana, euincit, in sacris literis consummatam reperiri eloquentiam: tandemq; definit, Theologo omnia ferè cum Oratore esse communia. Ambrosius uerò non dubitauit, Epistolarum lib. 8. epist. 63, asseuerare, eos qui primi de arte dicendi scripserunt, præcepta omnia ex diuinis libris collegisse.

DE ARTIBVS QVAS MATHEmaticas uocant. Cap. V.

ARtibus autem Logicis adnecti solent quæ nominantur μαθηματικὰ: Arithmetica uidelicet, Geometria, Musica, Astronomia: utpote è quibus frequenter quædam exempla ac demonstrationes in illis admiscentur. Ac Grammatice quidem et Musice, quondam iunctæ, si Fabio credimus, fuerunt. Nec admittebant ueteres in scholam Dialectices, qui Mathemata non prægustasset, cum ad demonstrationes, quas se traditurũ pollicetur Dialecticus, magnopere conducant. Qui oratorem formant, uolunt Musicæ harmoniæ & Geometriæ peritum. Arithmetica nullum propè uitæ genus carere potest. Quæ proinde ex his ipsis disciplinis necessaria sunt Theologo, strictim subiungam.

Arithmetices eam partem calleat, quam nonnullis λογιστικὴν appellari placet: quæ & facillima est, & omnibus usitata. Crebrò autem res postulat, præcipuè quando

quando leguntur historiæ, ut diligenter anni & tempora numerentur, atque diuersæ inter se conferantur eruditorum hominum supputationes.

Geometria non uidetur Theologus magnopere egere, nisi qua parte tenuia principia subministrat ad Geographiam introducentia. nam in hac probè uersatum esse Theologum conuenit. Nisi enim partium terræ descriptionem, multarum prouinciarum & regionum, in primis autem Palæstinæ situm teneat, neq; ullam historiam sacram, neq; prophetarum uaticinia & conciones plenè percipiet. De discenda Optice, quæ ex Geometria fluit, non erit noster tyro solicitus. Cætera harum artium elementa, præsertim subtiliora illa, ad Theoriticen pertinentia, equidem non uideo quid Theologo conducant. Non me latet, in prima & celeberrima Christianorum schola Alexandrina sanctos patres (in quibus facilè principes Pantænus, Ammonius, Heraclas, Origenes, Didymus, Anatolius) nihil harum partium omisisse. Sed scire decet, id fecisse eos, non quòd ad Theologica studia censerent artes illas necessarias: uerùm partim, ut tradentes eas auditoribus gentilibus opportunè admiscerẽt, per quæ hi ad nostram religionem amplectendam perducerentur: partim, ut nostris uiam monstrarẽt, quemadmodũ testantur Euseb. Eccl. hist. lib. 6. cap. 15, & Theodoretus lib. 3. cap. 29, qua aduersarijs, non tam hæreticis quàm philosophis, occurrere, ac falsa dogmata erudite cõfutare, si quãdo urgeret necessitas, possent. Etenim circiter illa tẽpora, Artemonitæ hæretici Geometricis de-

monſtrationibus Euclidis, præterea Ariſtotelis, Theophraſti, Galeni argutijs ſacra inuoluebant & obſcurabant dogmata: ante quos etiam Valentiniani, Marceſij, Heracleonitæ, de numeris neſcio quæ fuerant ſolidè imaginati: alij alias ſubtilitates infrugiferas inuexerant. Hos autẽ nouorum errorum architectos nemo tunc oppugnare poterat cum ſpe uictoriæ, niſi qui eodem genere armorum iiſdemq; artibus uti nouiſſet. Hac igitur de cauſa nonnulli noſtrorum hominum eas artes tunc diligenter diſcebant. At uerò nunc, ubi non adeſt eiuſmodi occaſio, uenari in numeris myſteria, ex diagrammatis Geometricis allegorias frigidasq; probationes ducere, in ſcholis ſanè fuerit ſuperuacaneũ, in Eccleſia uerò etiam ridiculum. Cæterùm ex Muſica decerpere poterit Theologiæ candidatus, quod ad iudicandum de hymnis & cantionibus in ſacro cœtu uſui fore exiſtimat. Quod quidem citra magnum negocium efficiet. Patres templorum cantum non magnifecerunt, plerique ignorarunt. Nam Athanaſij temporibus, Flauianus & Theodorus apud Antiochiam canendi ritum primi in Oriente (uti ex Caſſiodoro Hiſt. Tripar. lib. 5. cap. 32. accepimus) induxerũt. Quos deinceps alij in alijs prouincijs, tandemq; Occidentalibus, ſunt ſecuti. Auguſtinus meminit, ſua ætate ſub Ambroſio in Eccleſia Mediolanenſi modulationẽ receptam. Vetus illa Muſica θεωρητικὴ, quam mirificè celebratam audimus à ueteribus, & de qua aliquoties Plato, nonnihil etiam Ariſtoteles in Politicis, prorſus obſoleuit. Aſtronomia obiter, adeóque uelut oblectan-

lectandi animi causa, poterit attingi. Haud scio an in libris sacris, præter paucos locos in Iob, & in Regum uolumine, nonnulla de Horologijs, apud Euangelistas autē de horarū diuersitate, aliqua occurrant, in quib. Astronomi opem implorari necessum sit. Iudiciaria autem, seu diuinatoria, cū omnibus suis partibus explodituR. Caussas reddunt, Epiphanius disputās aduersus Pharisæos & Manichæos, Basilius Hexaemeri homilia 1 & 6, Chrysostomus in Genesin homilia 5 & 6. in Matthæum homilia 6. Certè Augustinus, qui ipse Astrologiæ operā nauauerat, Confessionum lib. 4. cap. 3. lib. 5. cap. 3. 7. & lib. 7. cap. 6, De doctrina Christiana lib. 2. cap. 21, 22, 23, 24, De ciuitate Dei lib. 5. ab initio ad 8 usq; caput, cōtra Academicos lib. 1. cap. 7. modò quidem grauiter queritur se deceptum, qui arti illi aliquid tribuisset: modò uerò in eam eiusq; professores acerrimè inuehitur. Pontificum insuper Canonibus non semel prohibita est. Cōcilij Toletani primi cano. 21, Bracarensis cap. 9, 10, & 26. quæstione 2, 3, 4.

QVAE COGNOSCENDA THEOlogo ex Physice. Cap. VI.

PArs philosophiæ, quā Physicen uocant, non pauca habet, quæ turpe foret à Theologo præteriri. Subtiles quidem illas disputationes de principijs, de motu, de infinito, de uacuo, de generatione et corruptione, quæ ostentationis plus habent quàm utilitatis, et quorū bona pars probabilil. potius quàm necessarijs nititur rationib. sinet, si uoluerit, ualere: neq;

reprehẽdi à quoquam iurè poterit. Cætera uerò quæ de cœlo, de igne, aere, aqua, terra, de meteoris proferuntur: tum disputationes de homine, de anima, eiusq; facultatibus ac diuersis functionibus: item quæ rerum naturas, in primis plantarum, lapidum, animalium, & similium explicant, plus sanè momenti adferunt, & cũ honesta quadã uoluptate à generosis animis percipiuntur. Palàm namq; est, ex istarum rerum uisibiliũ cognitione, in notitiã inuisibilium nos deduci, necnon quasi per gradus quosdã à creaturis ad creatoris potentiam, sapientiam, bonitatem contemplandam paulatim nos ascendere: Rom. 1. Occurrunt autem modò in Psalmis atq; Hiob, modò in alijs libris, permulti loci, de rebus sublimibus, de arcu cœlesti, de uentis, de phasmatibus, de coloribus in aere, de tonitru, grandine, tempestatibus, de pluuia quæ in terra Canaan, non autem in Aegypto decidere ad irrigãdam terram describitur, de terræ motu, deq; similibus: item de montibus, de mari, de aquis amaris dulcibus´ue, & quibusdam languores depellentibus. Frequens insuper herbarum, fruticum, arborum fit mentio: ueluti mandragoræ, hyssopi, sinapi, frumẽti, palmæ, cedri, oleæ, ficus, uitis. Ad hæc, gemmarũ nõ paucæ species, tũ ubi de sacris uestibus, de noua ciuitate Hierusalẽ, tũ alibi quoq; enumerantur. Postremò, ex animalibus quadrupedes, aues, pisces, serpẽtes describũtur, et mũda ab immũdis separari cernimus. Quinetiã morbi, ut lepra, paralysis, hydropis, fluor muliebris, febris cũ quibusdã alijs, locũ in libris sacris habẽt. Passim uerò, ubi istarũ rerũ natu-

naturalium obueniunt nomina seu descriptiones, aut factũ aliquod insigne narratur, aut latet retrusa quædam rerum spiritualium significatio, aut similitudo siue comparatio texitur. Nunquam igitur aut simplicem uerborum sententiam, aut reconditum mysteriũ, aut similitudinis rationem propriè ac dextrè eruet, qui in illis quas cõmemorauimus Physiologiæ partibus tempus aliquantũ non triuerit. Atq; hinc factũ opinor, quòd nõnulli patres uitæ sanctimonia cõspicui, uidentes istarũ rerum cognitionẽ à se exigi, ita perdiscendis ijs inuigilarunt, ut etiã in medendi facultate iudicium sibi non mediocre pararent, atq; Medicinã cũ Theologia cõiũgerent: utranq;, hãc quidem ad animorum, illam uerò ad corporum curationem, publicè cũ laude tractantes. quod de Iesaia & Luca testãtur literæ sacræ, de Basilio Ancyrano episcopo Hieronymus, de Eusebio episcopo Alexandrino Rufinus, de Basilio magno Gregorius Nazanzenus: de Boazane episcopo Persidis, de Theodoto Laodicensi episcopo, de Cyro Alexandrino, alijsq;, historiæ Ecclesiasticæ.

AN ETHICE, POLITICE, OEconomice, Metaphysice, necessariæ sint Theologo. Cap. VII.

EThice, quæ disputat de uita & moribus, ita ut à philosophis, præcipueq; Aristotele, quem methodi magistrum nuncupant, tradita est, habet quædam non aspernanda. Sed quando quæ ad cognitionem unius summi boni, nec non ad uerè

bonas actiones pertinent, (ex quibus ut non tantùm coram mundo, sed etiam coram Deo iusti sanctiq; reputemur, iudicium fieri solet) exponuntur in scriptis sacris, idq; cùm sparsim in diuersis libris, tum uerò multo expeditißimè in Ecclesiaste: est sanè ab his petendum omne de summo bono uerisq; uirtutibus iudicium. Quæ autem in libris philosophorum præcipiuntur de rebus externis, numerandisq; inter medias seu adiaphoras, ea discenda retinendaq; admittentur, quamuis nec citra salem & condituram doctrinæ Euangelicæ. Enimuerò philosophia perquàm accuratè ostendit rationem disquirendi actionum caussas omnes, atq; circunstantias, quod reuera magnũ est: Theologia autem his non contenta, ulterius penetrat, ac docet inuestigare, utrum proficiscantur actiones ex fide in Deum? utrum impellantur homines ad bene agendum uirtute spiritus sancti, an non? utrum scopum sibi proponant, gloriæ Dei illustrationem, & proximi utilitatem? Itaq; aliud est bene agere ciuiliter, & philosophicè: aliud bene agere Christianè, & ad normam doctrinæ Euangelicæ. Sed non est quod de discrimine inter uirtutes philosophicas siue ciuiles, atq; Christianas, in præsenti uberius disputemus. Si cui libet exactiora cognoscere, legat Origenem cõtra Celsum, Tertullianum in Apologetico cap. 45. Cyprianum lib. 4. epistola 2. Augustinum cõtra Iulianum lib. 4. item De ciuitate Dei lib. 19, cap. 25. Etenim cum indesinẽter ac fastidiosè obijcerẽt religionis nostræ aduersarij, nihil de uirtute præcipi in Euangelio, quod non tradatur

pari

pari modo in libris philosophorum: neque ullas celebrari præclaras Christianorum actiones, quas non liceat conspicere in gentilibus: cõprobarunt pij illi patres ualidis argumentis, multo aliter differere de summo bono atq; uirtutibus Euangelium, quàm id facit philosophia: & multis parasangis distare honestas actiones credentium, ab honestis actionibus gentilium incredulorum.

Oeconomicen opportunè discet Theologus, ex sanctorum patrum Abrahæ & similium uitis, præterea ex Prouerbijs Solomonis, & Paulinis epistolis, deniq; ex mediocri domesticarum rerum usu. Operæpreciũ est & hic aliquo modo discernere præcepta, quæ de officio mariti & uxoris, domini & serui, de parandis honesta ratione facultatibus præscribuntur à philosophis, ab ijs quæ edita sunt à Prophetis & Apostolis. Aliud enim in multis sapit caro, aliud spiritus.

Idem de Politicis est statuendum. Nam Theologi non est, se curiosè rerum politicarũ tractationi immiscere: ne iuxta prouerbiũ, in alieno choro uideatur pedem ponere. Præsenti rerũ statu, ac recepta confirmatáq; Reipub. forma utatur, ac gaudeat: sciat deinde, quæ ad inculpatè uiuendum apud ciues & populares sunt necessaria: haud dubiè in politicis probè doctus habebitur. Virtutes uel uitia, si quæ in ciuitatũ administratione existũt, rectius aduertet ætate prouectus, quàm iuuenis. Similiter quæstiões obscuras & graues, de quibusdam institutis, consuetudinibus, cõtractibus, atq; id genus alijs, excutere, prudẽter differet in illud

tempus,

tempus, quo tam Theologorum quàm Iurisconsultorũ sententias audire, deq; ijsdem iudicium ferre poterit. De consumendis aliquot annis in Aristotelicis Metaphysicis, quod nonnullos nostra memoria factitasse in Italia habemus compertum, adolescenti Theologicis studijs destinato in mentem non ueniat: sed ijs omißis, cogitet uera absolutaq; Metaphysica in sacris literis sibi esse proposita.

Sed ad finẽ semel ut decurrat oratio, futuro Theologo satis fore arbitramur, si has Cyclicas disciplinas paucis, & uelut ad maiora utilioraq; properans, percurrat. Quod quidem celeriter efficiet, si ea tantum seligat, decerpatq;, quæ semper in prõptu haberi debent, & quorum usus quàm latißimè patet. Si detur fœlix ingenium, quod quas recensuimus perdiscere omnes queat, minimè reijcimus: quin imò amplectimur, exosculamur, terq; quaterq; beatum prædicamus, & nihil non de eo nobis pollicemur: sed tamen nec reijcimus, quod tale non est. Enimuerò admitti cõuenit sine cõtemptu ad sacrarium Domini, etiam inferioris notæ homines: cum in cõfesso sit, sæpenumero spiritum sanctum suppeditare, ad rectè iudicandum, quod nõ ualet artium humanitatis præsidium: deinde fieri haud posse, ut oẽs summi euadant, sed alios debere cõsistere in medio, alios inferiore cõtẽtos fore loco. Quanquã eos quoq; excellere in Theologia posse cõfidimus, qui nec diu, nec multum, in illis circularibus sunt uersati. Exemplo sunt, Athanasius, Basilius, & plures alij. Sic autem de Athanasio Nazanze-

nus

nus: Aliquantulum, inquit, circularibus operam dedit artibus, ne illarum penitus esset ignarus, quas cõtemnendas esse censeret. Haudquaquam enim sustinebat, ut animæ generosior & præstantior pars uanis exerceretur studijs: ne idem ei usuueniret quod inexpertis athletis, qui cum aerem sæpius uerberant quàm corpora, à certamine principali excidunt. Et addit: In Testamento uerò tam nouo quàm ueteri, tantum se exercebat, quantum nec alius in uno. Idem in oratione de Basilio Magno, cum eum appellasset Rhetorem inter Rhetores, philosophũ inter philosophos, de eloquentiæ studio ita subijcit: Eloquentiæ studiũ ei supervacaneum erat. ex ea tamen tantum decerpsit, quantum illi ad nostram philosophiam opus erat: quoniam & uis huius ad intelligendorum demonstrationem est necessaria. Hæc ille. Quocirca non possumus non detestari quorundam præceptorum morem, qui, haud scio an augendi priuati quæstus, an alterius rei gratia, iuuentutem per se docilem, tractabilẽ, & ad optima natam, ac iam sublimioribus destinandam studijs, gaudent ad annos plures, nempe septem aut octo, in pistrimo Cyclicarum disciplinarum detinere, propè dixeram enecare. Quid prohibet, quo minus pius tyro, quem ad Theologiam formandũ suscepimus, postquam exactè perceperit Grammaticen, simul audiat unius & dimidiati anni spacio Dialecticen & Rhetoricen: quas duas artes palàm est ita esse coniunctas, ut altera sine altera perfectè addisci ægrè queat? Adiungere hisce studium linguæ Græcæ eodem

tempo-

temporc,nõ opinor grauc futurũ. Quantulũ enim id fuerit,tres uidelicet horas ſingulis dieb.auditioni impẽdere?Atq; erit interea adhuc aliquis repetitioni, erit ſtyli exercitio,erit diſputationib.locus. Tantũdem uerò tẽporis,id eſt,annũ,& dimidiatũ dabimus Phyſicis atq; Ethicis,cũ quib. & Mathematũ guſtus aliquis propinabitur.In quib.diſciplinis ſi autores quidã prælegãtur Græci,fiet eadẽ opera,ut Græca familiaria fiãt,atq; uſu ipſo cõfirmẽtur,ſine tædio,et ſine moleſtia. Cũ aũt adoleſcẽtes hoc ipſo tempore aliquouſq; progrediantur,necnon creſcat in eis iudiciũ,placeret mihi,ſi tertio anno Theologũ audire quotidie incipe rent, ita quartã horã percipiendis rebus diuinis tribuentes.Qua quidem ratione,quarto demũ anno,ſeſe totos ſacris addicant literis licebit.Ac poſſent proculdubio per fideles ac diligentes profeſſores tãtillo tempore,quæ ex uniuerſa philoſophia cãdidato Theologiæ neceſſaria ſunt,q̃ cõmodiſſimè tradi. Certè ita tradi poſſent, ut qui uellent in poſterũ tempus, per ſeſe, citra præceptoris operã, cætera omnia ad eaſdẽ artes pertinentia, & uel abſtruſiſſima cõſequi citò poſſent. Quid,quòd lectiſſima quæq; ex Phyſicis,Ethicis,Mathematicis, ab erudito & graui quopiã uiro poſſent ſuccinctè in unum uolumen cõtrahi, eademq; cõpendioſè & magno cũ fructu in ſcholis enarrari? Quod conſiliũ ſi quis putat aſpernandum, is uelim ſciat non eſſe meũ,uerùm longè doctiſſimi Theologi Auguſtini, De doctrina Chriſtiana libro 2.ca.39. quo quidem loco refert, excellentis ingenij uirum Euſebium ea ratione

tione collegisse, edidisseq;, quæ ex temporũ historia cupientibus sacros libros legere, cognitu digna sunt. Neque præterea tyronem nostrum exactis tribus illis annis sic uolumus in uniuersum auocare à studijs philosophicis, quasi nullum amplius debeat cum ijs habere commercium: quin potius hortamur & suademus, ut Theologorum scholas iam ingressus, certos ipse sibi præstituat dies et horas, quib. dudũ audita ex præceptoribus perceptaq;, uel priuatim legẽdo, uel apud inferioris classis cõtubernales explicãdo, repetat. Certissimũ nanq; est, si istud fecerit, ampliss imã inde commoditatẽ sentiet, ac mirabilẽ in disciplinis humanioribus progressum eo pacto faciet. Quinetiã in disputationibus quas frequentes intra scholæ parietes habere oportet, post θέσεις siue proposita Theologica, subinde utiliter unum alterúmue thema ex naturali aut ex morali philosophia attexetur excutiẽdum. Quæ res nõ modò ad repetendũ, & cõmendandum memoriæ, sentẽtias philosophicas, antè in scholis exceptas, uehementer proderit: uerùm etiã ad inuestigandũ grauiores subtilioresq; tractationes Theologicas, alacrem atque instructam iuuentutem reddet. Postremò decebat iuniores Theologos uel animi causſa, quoties uacat, philosophorum, in primis, Platonis, Aristotelis, Ciceronis scripta haud oscitanter euoluere: quò nimirum, quæ bene per hos sunt prodita, ad nostrum usum, nostræq; religionis ornamentum, quoad eius fieri queat, conuertere assuescant. Siquidem laus erit non modica (ut scitè Augustinus libro secundo de

Doctrina

Doctrina Christiana, capite 40.) spoliare Aegyptios uestibus, auro, argẽto: atq; ad ornatũ tabernaculi Domini ea cõferre, quibus illi ad luxum & fastum, necnon ad fana falsorum deorum fucanda, indignè abusi sunt. Ad hunc igitur modum, quæ ad philosophiam humanam pertinẽt, ita pertractari meo iudicio possent, ut interea quàm minimum temporis decederet grauiori studio philosophiæ diuinæ.

DE HISTORIA, ARCHITECTONIca, Agricultura, atq; alijs quibusdam artibus. Cap. VIII.

Historiam penè præterieram. Hæc per se animos uoluptate demulcet, atq; ad lectionem pertrahit. Hanc uerò ab adolescente non requiro. Tantùm illud monere lubet: Qui sacram leget historiam, opportunè adhibebit tanquam confabulandi caussa aliquem scriptorem, regnorum & imperiorum externorum tempora atq; mutationes complectentem. Monarchiæ namq; aliæ alijs longo seculorum ordine successerunt, atq; diuersarum fit in libris sacris mentio. Itaq; utiliter fiet historiæ sacræ cum scriptis aliorum collatio: atq; prudẽter inquiretur, qui reges, & quàm diu apud Babylonios, inde qui apud Aegyptios, hinc apud Medos, tum apud Persas, deinde apud Græcos, tandem qui apud Romanos, imperium tenuerunt. Quæ diligentia lucem nõ paruam cupienti res sacras intelligere conferet. Sed de hac ipsa re alibi dicemus. Extat hodie breue Chronicum Ioannis Charionis, quod tyroni sufficiet: nisi fortè placeat

etiam

etiam Eusebij librum de eodem argumẽto adiungere. Artium, quas mechanicas, sedentarias, ac manuarias uocant, peritiam, ad intelligendos sacræ scripturæ codices non ducimus necessariam. Describuntur quædã ædificia, ut tabernaculum Mosæ, cum omni apparatu, templum, regia Solomonis, ciuitas noua: sed ita describuntur, ut sine architecturæ cognitione percipi omnia satis queant. Incidunt interdum exempla uel similitudines, de re rustica, aut alio quopiã artificio: atqui de ijsdem rebus ut rectè iudices, modica experientia apud artifices, solá inspectione parata, sufficiet. Qui ignorat quid sit, surculũ oleastri inseri in oleam, ex eo qui agros uel hortulos colit, audire poterit. Si obscuriũ tibi est, quid sit modico fermento totã massam uitiari, in pistoris officina fies certior. Vis intelligere locũ Hieremiæ 18. aut ad Rom. 9. de figulo, qui ex luto omnis generis uasa format, & subinde in idem lutum uarias inducit species: figulinam ingredere, et quid Propheta siue Apostolus sibi uelint, statim peruidebis. Sic autem & de cæteris mechanicis artibus iudicandum.

MAGNOPERE PROFVTVRAM Theologo cognitionem linguarum, præsertim Hebraicæ & Græcæ. Vbi & exhortatio ad studium linguæ Hebraicæ. Cap. IX.

QVemadmodum uerò omnes homines Deus uoluit peruenire ad uoluntatis suæ cognitionem: ita singulari consilio sacros libros, in quibus uoluntas hæc explicatur, ijs linguis descriptos

scriptos extare curauit, in quibus ab omnibus intelligerentur. Hæ autem linguæ sunt, Hebræa & Græca, quæ quondam toto orbe erant celeberrimæ, & summo habitæ in honore: quarum priore conscripti sunt omnes libri instrumenti Veteris, altera omnes instrumenti Noui. Imò in posteriorem, quando ita uisum fuit Deo, uiam sternere ad uocandos gentiles ad Euangelij cognitionẽ, omnes illi opera LXXII interpretum, ad uotum Ptolemæi Philadelphi regis Aegypti, fideliter sunt conuersi, annis, ni fallor, ante Christum in carne manifestatum 330, si Epiphanio lib. de Mensuris & ponderibus fidem habemus: etiamsi paulo aliter Eusebius in Chronicis, & Iosephus Antiquitatum Iudaicarum lib. 12, qui annos supputant 280. Ex his uerò linguis postea in alias transfusos esse nouimus.

Fuerunt autem Patres pleriq; libris sacris, lingua quam ipsi optimè callebant, seu Græca ea esset, seu Latina, seu alia legendis contenti: & quod negari non potest, fructum haud paruum retulerunt. Cæte rùm si quis ex nostris ad summa conscendere, & inter Theologos quasi arcem tenere cupiat, hunc admonendum excitandumq; putamus, summis ut enitatur uiribus ad aliarum quoque linguarum, Hebrææ in primis & Græcæ, cognitionem comparandam. Id uerò plures, et minimè leues ob caussas. Primùm: nunquam quis rectius assequitur alterius mentem & germanam sententiam, quàm qui ipsas loquentis uoces & proprium sermonem audit, intelligitq;. Habet namq; nõ Hebræa uel Græca modò, sed omnino quælibet lingua, selecta

quædam

quædã & peculiaria uocabula: habet suos idiotismos, habet metaphoras, allegorias, et id genus tropos: quos in peregrinã linguã nullus interpres, quamlibet alioqui fidus & solers, pari cum gratia queat reddere. Ac nescio quî fit, nunquã sic satis facit afficitq; oratio uel elaboratissima interpretis, ut simplex sermo primi autoris. Sed & quoties amphibolia, uel quacunq; ratione obscura in Biblijs latinis, siue peregrina lingua redditis occurrit sententia: hic te protinus cogit necessitas, diuersa exemplaria ac diuersos interpretes in consilium adhibere. At si & hi, quod sæpenumero solent, ipsi dissentiunt, nihil aliud quàm nouos scrupos tibi injciunt, & incertiorem te reddunt quàm antè fueras. Quid igitur restat, nisi ut ipse adeas archiua Græca, & præcipuè LXXII interpretum? Nam horum amplissima est apud omnes Ecclesias authoritas: etiamsi Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, præterea quæ Quinta appellatur, quæ item sexta, apud Neapolim Orientalem inuentæ, uersiones, minimè sint, si modò haberi possent, aspernandæ. Quòd si ne hi quidem dubitationem omnem ex animo reuellũt, postremum refugium, tanquam ad sacram ancoram, habes ad ueritatem Hebraicam, quam Deus mirabili prouidentia per tot secula incorruptam seruauit. Itaq; ex limpidissimo hoc fonte suauem, & siti sedandæ accommodum liquorem hauries, quem ex procul inde deductis riuulis nunquam eras percepturus. Qua quidem ratione & D. Augustinus De doctrina Christiana lib. secundo, cap. 11, 12, 13, 14, 15, in obscuris locis ueteris Te-

stamenti adire libros Hebræos, in nouo autem Testamento Græcos monuit: cuius & uerba quædam relata sunt in Canonibus, distinct. 9. cano. Vt ueterum. Nec uerò credemus absq; graui causſa factum, quòd totum uetus Testamentum Hebraicè, nouum uerò Græcè, uoluerit Deus euulgari. Iccirco nimirum id factũ, ut harum linguarum discendarum cura perpetuò teneremur. Nec dubium, quin ideo plura Hebraicè quàm Græcè, ut illi linguæ candidati Theologiæ æquè studioſè atq; huic animum intenderent. Et uenerandum elogium cruci Christi impoſitum, tribus conſcriptum linguis, Hebraica inquam, Græca & Latina, tameiſi adumbrarit, ex omnium gentium nationibus accerſendos fore aliquos ad Christi regnum, quod eſt Eccleſia: tamen ſignificauit quoq;, harum trium linguarum dignitatem & ſtudium retineri in Eccleſia ſemper debere. Quod & conſenſus iſte Eccleſiarum mihi uidetur approbare, quo multis abhinc ſeculis receptum cernimus, in templis, præter Latinas, etiam Hebraicas & Græcas uoces (quales הושיעה נא Hoſianna, κύριε ἐλέησον, & ſimiles) ſacris hymnis admiſceri. Quas profectò uoces quoties qui in religionem noſtram bene ſunt animati audiunt, toties ad earum linguarum comparandam peritiam accendi debebant. Cæterùm cum uideam ſic ſatis multos linguæ Græcæ gnauiter incumbere, pauciſſimos uerò Hebraicæ dare operam, libet nonnulla adijcere, quibus pij adoleſcentes ad hanc quoq; excolendam inuitentur.

Tria igitur ſunt, quæ meo iudicio maximè debent

Theo-

Theologiæ candidatos prouocare ad linguæ Hebrææ studium. Primum est, eius dignitas atque excellentia: alterum, necessitas (nam magis omnino necessaria est, quàm pleriq; suspicantur) tertium, facilitas. Dicam de his ordine. Hæc illa est lingua, quam Deus primam (ut referunt Origenes in lib. Numerorum, Homil. 11. & Augustinus de Ciuitate Dei lib. 16. cap. 11.) mortalium intellectui indidit, quamq; ceu naturalem, ad mutuam societatem & charitatem alendam, communem esse omnibus uoluit. Hac lingua Deus cum sanctis patribus colloquens usus est, neglecta planè Græca Attica, qua Iouem locuturum finxerunt Græci: neglecta Latina Plautina, quam Varro dicebat Musas electuras, si Latinè loqui uellent. Hac lingua religionis doctrina iussu Dei primùm euulgata, & conscripta libris est. Hæc lingua omnibus religionis synceræ antesignanis, patriarchis, prophetis, iudicibus, regibus familiaris fuit, qui cũ puritate linguæ puram etiam retinuerunt religionem. Quas quidem ob res Lingua Sancta dein ceps appellata est. Nec prius eorundem sanctorum po steri ad superstitiones, siue ad idololatriam sunt dela psi, quàm sese peregrinarum gentium linguis paßi sunt prophanari & inquinari. Quocirca si nos quoque optamus priscam & uerè sanctam religionẽ, qua lis fuit illorum patriarcharum, restituere: cogitemus, magnum ad id nos habituros adiumentum, si primùm pares in nobis fuerint, atq; quondam in illis, fidei ac charitatis adfectus: dehinc, eam quoque teneamus & excolamus linguam, qua religio ipsa apud illos edita,

& immenso propè tempore conseruata est. Quã linguam quisquis didicerit, uidetur sanè ad Dei ipsius admitti colloquium: uidetur sanctorum prophetarum iucundissimo interesse cœtui, atq; de rebus religionis uiua uoce dissrentes audire. Quod an non planè beatitudini cœlesti est proximum? Si quid interea Græci, uel alij, de uno Deo, de prouidentia Dei, de immortalitate animorum, de præmijs bonorum, de supplicijs malorum, hanc uitam secuturis, rectè dixerunt: id omne ex Hebræis mutuati sunt, à quibus quasi per manus, omnes omnium terrarum nationes, doctrinam de rebus diuinis accepere. Quò pertinet, quod Pythagoras, Plato & quidam alij Philosophorum gentilium facilè principes, atq; omnium synceriſsimè docentes, creduntur (testantibus, Iustino in exhortatione ad gentiles, Clemente Alexandrino Stromatum lib. 1. Theophilo Antiocheno ad Autolycum libro 2. ac 3. Augustino de ciuitate Dei lib. 8. cap. 11) partim Hebræorum legisse commentarios, et (quod dicere quidam audent) prophetas aliquos concionantes audiuisse, partim usos fidis rerum Hebraicarum interpretibus: ex his uerò omnibus, sua omnia, quæ modò cum ueritate sunt consentanea, hausisse, & Græcis sua lingua quoad potuerunt impartitos esse. Quacunq; tandẽ lingua aliquid de religione conscriptum extat, tutum nõ est pro certo confirmatoq; dogmate recipere, quod non ad normam doctrinæ & linguæ Hebrææ sit examinatũ, atq; ad amussim eius conuenire deprehensum. Vel minima ab ea lingua discessio, siue additione hæc fiat, siue detractione,

tractione, ingens statim adducit periculũ. Alijs linguis, & Græca maximè, edita sunt permulta, quæ animos prius inficiant uitijs, quàm ad uirtutem informent: at hac lingua, quicquid per eximios illos patres proditũ legitur, sanctum planè ac inuiolatum mancre debet. Porrò sicut Hebræorum philosophia mater est omnis sanæ philosophiæ: ita linguam Hebræam matrem esse omnium linguarum, doctis persuasissimum est. Id uerò non solùm quia antiquissima est, & sola multis seculis cognita: uerùm etiam quia cæteræ linguæ omnes ab ea aliquid participant. Hieronymus testis est, in Syra, Aegyptia, Arabica, Persica, cæterisq; orientalium gentium linguis, pleraq; ex Hebræa permixta inueniri. Augustinus linguam Punicam ei affinem asseuerat. Ab alijs nõ dissimilia afferuntur. Vnde profectò, si Hebræi ad sese recipere denuò uellent suã à singulis gentibus supellectilem, certum est, multæ in morem corniculæ Aesopicæ plumis quas aliunde sumpserunt spoliatæ, confiteri inopiam suam cogerentur, & fortassis risum spectatorib. mouerent. Quid, quòd reliquæ linguæ ab irato Deo terris immissæ uidentur, ad societatẽ et concordiã, quæ unius linguæ commercio optimè coaluerat, dissipandam: ad gentium prouinciarumq; mutua odia serenda? Nota est historia nefarij conatus, cupientiũ turrim Babel erigere: ad quorum temeritatẽ compescendam, Deus linguarum confusionẽ, quasi paratum flagellum, subitò induxit. Ac tanto quidem euidentius iræ Dei argumentum ea in parte tunc eluxit, quãto nunc maius agnoscitur Dei donũ, si quem-

piam diuersis loqui linguis contingat. Quæ cum ita sint, æquum sanè est, ut quantū philosophiæ Hebraeæ, tantum & linguæ eidem honoris deferatur: nec non huic assiduam dent operam, quotquot seriò cupiunt in philosophia cœlesti ac diuina se cum fructu exercere. Apud ueteres Romanos, antequam Cicero & Varro res philosophicas Latinis auribus donarunt, nemo agnoscebatur philosophus, nisi qui Græcas literas, quibus philosophia erat comprehensa, calleret: quare nunc quoq; uix dignus erit consummatis annumerari Theologis, qui Hebraicum sermonem, ex quo Theologiæ fontes scaturiunt, non attigerit. Tantum de linguæ Hebraicæ dignitate ac præstantia.

Sed audio nonnullos dicere, minimè necessarium esse, ut quis in addiscenda lingua peregrina se fatiget: quando in nostrates linguas, Latinam, Italicam, Gallicam, Germanicam, & similes, traducti omnes libri sacri in manibus nunc habentur: & quidem tanta fide diligentiaq; traducti, ut qui post hos interpretes meditetur aliquid concinnius reddere, peræquè reprehensionem uideatur incursurus, atq; qui post Homerum nouā moliatur Iliada. Propter hos sanè, qui ignauiæ & inscitiæ uidentur quærere patrocinium, commonstrabimus, cognitionem linguæ sanctæ, cupientibus rectè de rebus sacris iudicare, esse maximè necessariam, expetendamq;. Ante omnia tritū est illud: Multum referre, an è fonte bibas, an è lacunis. Sicut aqua initio scaturiginis suæ dulcior, & salubrior est, quàm ubi procul per multos anfractus & obliquos cana-

les

les excurrit: ita gratior est sententia in ea lingua qua primùm est enunciata, quàm in alienam transfusa. Deinde nunquam potest interpres, quamlibet laboris prodigus, pari cum uenustate, & eadem acrimonia aliquid reddere, qua primùm sonatur. Si enim ad uerbum reddit, illicò perit omnis gratia, propter duras horridasq; phrases, quæ teretes aures offendunt magis quàm permulcent. Si tantùm ad sensum reddit, metuitur ne à natiua uocum significatione usquam discedat: cum semper emineat aliquid in prioris linguæ uocibus, quod in aliena abditum manet. Animaduertimus insuper in autoribus, etiam qui eadem lingua, Græca inquam uel Latina, libros à se conscriptos reliquerunt posteritati, mirabilẽ quandã uarietatem, & unicuiq; aliquã peculiarem in dicendo uirtutẽ obtigisse: ad eundem igitur modum par est statuamus, in libris sacris insignes uirtutes, atq; ornamenta dicendi uaria esse sparsa: at interim de ijs iudicare posse neminẽ, nisi qui ipse genus dictionis, phrases, tropos, uniuersumq; orationis Hebrææ habitum, exploratũ habeat. Quã ob caussam nonnulli existimantes se rem gratã Theologiæ candidatis facturos, laborem nõ paruum exantlarunt in phrasibus et Hebraismis quibusdã explicandis. Sed demus, aliquem multo fœlicissimè libros omnes conuertisse: atqui generosi homo spiritus tẽtabit, ut de bonis faciat meliora. Non debemus tã effœminato esse animo, quin speremus, posse nos aliquid uidere, quod alius non uiderit. Pudendum quoq; est, si quas alij opes nobis cumularunt, eas ornatiores

& auctiores nõ ſtudeamus reddere. Nimis quàm puerile eſt, ſemper alienis deduci brachijs, nunquam propria uirtute ingredi. Et multo iucundius eſt, cernere aliquid oculis proprijs, quàm audire dũtaxat ex alijs, ut ſibi placet, narrantib. Ad hæc, habet latentẽ neſcio quam ἐνέργειαν oratio eius cum quo nobis res eſt, præ oratione cuiuſcunq; interpretis. Vt uirum illuſtrem et fama ſuper æthera notum uideas, audiasq; lõgum iter haud grauatim ſuſcipis: uerùm quando ad eum uenis, nec potes loquentem intelligere, niſi per interpretem, id tibi uehementer dolet: quia nimirum nunquam tantam dulcedinẽ ex interpretis oratione percipis, quantam ſentires, ſi mutuis notisq; uerbis ille tecum colloqueretur, et ipſe uti apud illũ poſſes. Accedit his, quòd omnes ueneres, lepores, lauticias ſermonis, numeroſam compoſitionẽ, uocum harmoniam, & uniuerſum apparatũ qui ex dicendi diſſerendiq; artibus peti ſolet, in libris ſacris denſim confertimq; (teſtẽ habeo Hieronymũ) licet inuenire. Quinetiam poeticã grandiloquentiã ſi quis requirit, quoſdam pſalmos, aliquotam partem Hiob, uidebit uerſibus decantatã. Verùm nulla ex his omnibus uoluptas ad delicatas aures redit, quandiu tantummodo inſiſtitur libris de Hebræo tranſductis, atq; ipſi archetypi Hebræi negligũtur. Quanto igitur creditis precio redemptũ uoluiſſet Ptolemæus Philadelphus, nominatiſſimæ bibliothecæ Alexandrinæ conditor, ſi libros ſacros lingua Hebræa audire & intelligere loquẽtes potuiſſet: qui tantos fecit ſumptus (ô uerè regiã magnificentiam) ut eos græcè loquentes

conuer-

conuersos acciperet? Sed inest præterea multis uocabulis Hebræis quædã uis occulta, qua nõ solùm rerum quas significant qualescunq; imagines, uerùm etiã naturæ & causſæ animis intelligentiũ tacitè obtrudũtur, atq; ingeruntur. Quodq; maiorem admirationem meretur, sunt nonnunquã ueneranda mysteria in illis recondita. Ex quo factum apparet, quod Euangelistæ & Apostoli, tametsi sua Græcè conscribentes, tamen Hebraicas cùm phrases tũ uoces quasdam (quales sunt, Abba, Rabbi, Hosianna, etc.) studioſe retinuerint. Postremò, frequẽter in grauioribus disputationibus, ubi minimè creditur, ex parum propria uersione malè feriati homines, fœdi erroris aut impij dogmatis pertrahunt firmamentum. Heluidius, ignorans uim uocis עד ad, id est, donec, quas non offudit tenebras uirginis matris gloriæ: abutens illo Matthæi 1, Non cognouit eam donec peperit filium primogenitum? Augustinus quadam epistola ad D. Hieronymum scribit, episcopum alicubi, ob uocem קיקיון kikaion, in Iona prophetu, aliter in sacro cœtu redditam, quàm tunc sparsa habebant exemplaria, uulgi seditione periclitatum. Ergo huius generis incommoda ubi obueniunt, hoc solũ superest remediũ, atq; alleuamentũ certißimum, ut Hebraicã consulas ueritatem (neq; uerò sine causſa ueritatis nomine honestatur) quæ in hac parte iudiciũ ferre debet, atq; ex cuius sententia dubia definiri, obscura illustrari, aspera molliri, abdita erui, deprauata restitui oportet. Vides igitur iam plus satis, quàm sit linguæ huius peritia futuro Theologo necessaria.

Iam

Iam uerò proclive est demonstrare, haud ita impe
ditum, asperum & implicatum esse sermonem Hebræ
um, atq; nonnulli falsò imaginantur. Caussantur eum
abundare uocibus polysemis: unde usuuenit, ut exer-
citatißimi etiam homines crebrò hallucinentur, atque
inter se de recta interpretatione dissentiant. Quasi ue
rò eius classis dictiones, tam apud Græcos quàm Lati-
nos, non offendantur innumeræ: atq; uti apud hos uel
orthographiæ, uel accentus, uel quantitatis, uel senten
tiæ ratio, eruēdæ significationi præbet adminiculum:
ita non idem præstet apud Hebræos punctorum mu-
tatio, literarum seruilium appositio, reiectio, aut ali-
ud huiusmodi. Si cui animus est Græcis incumbere,
Deus bone, quantum tædij deuorandum in latè effusis
coniugationibus ac declinationibus uerborum et no-
minum: maximè uerò, cum discrimen quæritur iuxta
multiplices dialectos, Atticā, Ionicam, Doricam, Aeo-
licam, communem? At lingua Hebræa nullas habet hu
iusmodi intricatas Labyrinthos: pauciſsimis coniuga-
tionibus, ordinibus, atq; id genus accidentibus conten
ta est. Adhæc, tam apud Græcos quàm Latinos, sæpe
mutatæ sunt dicendi formulæ, dictiones nouæ ciuitate
donatæ, aliæ iussæ exulare, quoties peßimus rerum ad
ministrandarū magister usus uoluit. Apud scriptores
Hebræos, Canonicorum librorū autores inquam, tale
nihil inuenias, utpote à cupiditate nouandi sermonis
alieniſsimos: & sicut in doctrina, ita in dicēdi ratione,
similitudinis & cōcordiæ studioſisßimos affectatores.
Quòd quidā cauillantur difficilem esse eius pronun-
ciationem,

ciationem, perquàm sanè ridiculum est: cum constet, à natura omnibus esse insitam: quam & omnes per sese sonarent, nisi aliud sermonis genus teneris animis per matres & nutrices instillaretur. Cuius rei experimenta aliquando accepta esse, nonnulli commemorant. Quemadmodum uerò apud Romanos Cato senio cõfectus Græcas, ita noster Hieronymus grandis natu Hebræas perdidicit: & sic perdidicit, quasi in his maximam ætatis partem contriuisset. Qua igitur fronte caussabitur se eã nõ posse addiscere iuuenis, cui docile adhuc ingenium, & tenax memoria? Ausim uerò polliceri, cum qui uel sex menses Hebrææ Grammaticæ impendere non grauabitur, id consecuturum, ut deinceps sine cortice, quod aiunt, nare, id est, sine præceptoris opera, quóuis penetrare queat. Sed uereor, ne iusto longius nostra excrescat oratio. Reliquum igitur est, candidati Theologiæ in has rationes animum intendãt, atq; ad amplectendam discendamq; linguam sanctam ea accedant promptitudine, qua hæc à nobis in medium sunt allata. Excellentia eius, unumquenq; ad magnificiendum eam meritò impellat: multiplex eius usus atq; necessitas, alacres reddat ad subeundum discendi laborem: facilitas laborem molliet, ac certam profectus spem ostendet. Quàm uellem equidem proponerent sibi adolescentes illustrium patrum, tam Græcorum quàm Latinorum, exempla sedulò imitanda. Etenim in prima & frequentissima Christiani nominis schola Alexandrina, Græci patres, Pantænus, Heraclas, Origenes, literas Hebræas diligentissimè

& di-

& didicerunt, & docuerunt. Pantænus Euangelium Matthæi Hebraicè scriptũ, eò ex India usq; attulit. Origenes Hexapla & Octapla exemplaria non dicendis uigilijs concinnauit. Prior illa appellatio ijs tribuebatur, teste Epiphanio in li. de Mensuris & ponderibus, in quibus quatuor uersiones Græcè, nempe Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, et LXX singulis columnulis digestæ conspicie bãtur, addita præterea Hebraica ueritate, semel characteribus Hebræis, iterũ characteribus Græcis: posterior uerò ijs, in quibus præter easdẽ duæ aliæ Græcæ incertorum tamen autorum editiones, quinta inquam & sexta, illa quidẽ in Hiericonte circiter annũ Christi 215, hæc uerò in Nicopoli Orientali anno fortè 225 inuenta. Mox uerò elaborata illa exemplaria quóuis terrarũ diuulgata, omnium cœperunt teri manib. Quocirca etiã seculis insecutis quàm plurimi Hebraicis cognoscendis insudarunt: quod licet uidere in Epiphanio, Theodoreto, alijsq;, quorum monumentis passim Hebræa admixta cernas. Post hos ex Latinis, ob trium peritiam linguarũ laudem egregiam meruit D. Hieronymus: quẽ & alij in eodem certamine, longo pòst tempore, strenuè sunt secuti. Annis annos uerò 250, intelligẽtes Ecclesiarum præsides, ex inscitia linguarũ nec pauca nec parua incommoda in Ecclesijs exoriri, sanciuerũt in concilio Viennensi trecenti Episcopi, ut in publicis scholis, quas nũc Vniuersitates siue Academias appellant, uiris doctis constituerentur stipendia, qui linguas, Hebræam, Chaldæam, Græcam, Arabicam, publicè profiterentur. Extat decretum

cretum Clement.li.5.tit.de Magistris. Hæc igitur maiorum nostrorũ exempla atq; iudicia, ne quid addã amplius, pondus apud iuuentutẽ habere debent, atq; ad capessendũ linguarũ studiũ calcaria subdere. Quamuis præceptorum quoq; in publicis scholis docentium munus est, bonæ spei adolescentes crebrò harũ rerum admonere. Cæterùm discet quiuis (ut obiter istud adijciam) quæ ad linguã græcam attinent, tunc peropportunè & faciliter, cùm philosophicis disciplinis adhuc nauat operã: quas, ut à Græcis hominib. primùm sunt perscriptæ, ita eorundẽ proponi ac tradi lingua multis de caussis, in præsenti nequaquã per nos recensendis, expedit. Ad Hebræa satis fuerit eo accedere tempore, quo sacra Biblia in manus euoluenda sumuntur. Quo quidem pacto, cũ uerbis res, cum linguis multiplex doctrina, si modò adsit industria aliqua et sagacitas, cõparabitur: nec non (polliceri audeo) prius fructũ aliquantũ in iudicando, quàm laborẽ uel molestiã in discendo, pius tyro sentiet. Atq; hactenus quidem de artibus, quibus adolescentẽ, antequã in aream nostræ scholæ admittatur, informari oportet. Ac fuimus, fateor, hac in parte aliquanto prolixiores: sed meminisse decet, præcipuũ laborẽ impẽdi debere, in eo qui rudis atq; informis aduenit, ritè ad Theologiã præparãdo. Certè studio excitãdi alios æstuãtes, opinione longius deducti sumus. Nunc demonstrandũ, quomodo, qui sic satis est primis hisce disciplinis imbutus, exercere se in re Theologica incipiet. Institutũ autẽ nostrũ est, quod semel præfati sumus, sic partiri studiorum labores ac

tempora:

tempora: quemadmodum incrementa in profectu pietatis & cognitione rerum spiritualium decet obseruari, & uti discentium ingenijs maximè conducere arbitramur. Itaq; ante omnia de legendis sacris Biblijs, nec non de audiendis eorundem publicis interpretibus, disseremus: qua in parte decet eum qui inter Theologos aliquo tandem uult esse loco, aut numero, summâ & diu & multum adhibere diligentiam.

DE THEOLOGO; SEV DE RATIONE STVdij Theologici, Liber Secundus.

CONSVLTVM ESSE, STATIM AVspicari à lectione sacrorum Bibliorum: & qui in ijs libri Canonici, primiq; euoluendi. Cap. I.

QVa ætate idoneum ad discendum sacris quempiã arbitremur, nõ est scrupulosè inquirendum. Nunquã intempestiuè fit, quod salutariter fit. Siue à teneris incipias, siue in ephebis, aut etiam aliquanto pòst accedas: semper id opportunè feceris. Paulus in suo Timotheo uehementer prædicat, quòd à pueritia sacras nouisset literas. Quod etiã de Origene, Sophronio Hieronymi contemporaneo, Petronio episcopo Bononiẽsi, Honorato Maßilienſi, & quibusdã alijs, scriptores nõnulli affirmarunt. Ego uerò præcipuè cõsiderandũ existimo:

existimo: primum, quãdo quis se sentiat Dei spiritu admirãda sacra afflari, impelliq; hinc, quantũ à parentibus, siue ijs qui parentũ loco sunt, præceptoribus incitari contigerit: deniq;, quantũ in disciplinis illis, de quibus hactenus egimus, promouerit. Ab hisce, ni fallor, rebus potius quàm ab annorum numero, aptus ne quis sit, an ineptus, iudiciũ peti cõuenit. Sed quocunq; tandẽ tempore quispiã huic philosophiæ addicere se cõstituerit, eum statim ab ipsis sacris Bibliis initiũ discendi facere uolumus. Ab ijsdẽ quippe petenda ducimus elementa, in quibus & cõsummata inuenitur eruditio. Eadem statim legi, relegi, repeti, anno primo, secundo, tertio, adeoq; per omnẽ uitã oportet ab eo, qui seriò & cum emolumento Theologicari desiderat. In his discipulos nos esse spiritus sancti, quãdiu uiuimus, necesse est: cum semper occurrat, quod salubriter discamus. Quod igitur Deut. 17. olim ad reges dictum, ut nimirũ apud se haberẽt uolumen legis, inq; eo cunctis diebus uitæ suæ legerent ac meditarentur: idem pius tyro ad se uel maximè pertinere iudicabit.

Nec temerè quidem primò oblatum Bibliorum exemplar sumet in manus, sed comparabit quàm emendatiß. quod semper familiare habere, circumferreq;: in quo manus, oculos, os, animum aßiduè exercere: ex quo deniq; in posterum, quoties res postulabit, sententias, probationes, & firmamenta depromere constituet. Hic autem consultum fuerit, certam uersionem probati, & ad Hebraicam ueritatem quàm proximè accedentis interpretis deligere. Patres pleriq;

rię consueuere sequi Septuaginta interpretes, ex quibus singuli ferè (ut erant græcè periti) propriā interpretationē concinnabant: id quod tum ex ipsorū scriptis, ubi testimonia è sacris Biblijs cernūtur uariè producta: tum ex Augustino (referente de Doctrina Christiana lib. 2. cap. 11. qui ex Græco sermone in Latinum conuerterint, fuisse innumeros) facilè deprehenditur. Nostra ætate uulgò circumfertur editio quædā inscripta D. Hieronymo, sed quæ ab Hebraicæ ueritatis tramite crebrò digreditur: ut nū Hieronymi sit in libris omnibus, permulti in dubium reuocent. Extant hoc tēpore uersiones Sanctis Pagnini, et Sebastiani Munsteri, summa diligentia pariq; fide propè ad uerbū ex fontibus Hebræis redditæ. Horū alterius exemplar tyroni tradi mallē: certè Hieronymianum nolim sine adiectis ad marginē castigationibus, quæ, ubi discessum sit ab Hebræo, et quomodo ijdē loci restituendi, commonstrant: cuiusmodi castigationes superioribus annis in Gallia et Germania editas memini. Laudantur etiā quòd magna cura, nec minori religione interpretati sint Biblia, Theologi Tigurini, & Sebastianus Castellio. At qualecunq; tandē exemplar delegeris, cura interim eiusmodi habeas, in quo singulis libris, imò singulis librorū capitibus, præfixa sint breuia argumenta, summam rerum descriptarum comprehendentia. Quod quantam utilitatē adferat, paulo pòst fiet apertius. Varias interdum adhibere uersiones, incipienti non expedit. Satis commodè & tempore id tandem fiet, ubi grauioribus causis propositis, ex scripto et

sententia

sententia, ex ambiguo, aut definitione, orientur controuersiæ, atq; sententiam ferre rogaberis.

Iam uerò nactus pro animi sententia nitidum & probè correctum uolumen, priusquam progrediaris, debes sacrorum librorum uulgatissimũ tenere discrimen, quo alios uocant Canonicos, alios Apocryphos. Canonici sunt in utroq; Testamento, tam ueteri quàm nouo, plures. Significat autem Testamentum (ut, uelut aliud agentes, id explicemus) fœdus, pactum, ordinationem, quã Deus ratã haberi uoluit: prorsus uti conditiones & pacta percutientium fœdera, aut quæ morientium extrema uoluntate sunt constituta, uiolari nephas est. Cum autem passim in libris sacris potissimum doceatur, quomodo Deus humanũ genus promiserit se seruaturum, atq; ad id perficiendum missurum etiam semen benedictum, id est, proprium filium IESVM Christũ: rursus uerò, quomodo homines qui beneficentiæ Dei futuri sunt participes, uicissim obstringantur ad præstandũ certa fidei & charitatis officia ad Dei gloriã: appositè sanè omnes libri, in quibus his de rebus disseritur, Testamenti appellatione honestantur. Est autem unicum tantũ Dei testamentum, immutabile, æternũ, sicut ipse quoq; immutabilis atq; æternus existit: uerùm testamentum Vetus nominatur pars illa, cui libri accensentur, in quibus modò apertis uerbis, modò typis & figuris, de salute tantùm promissa, siue de Christo mittendo sermones instituuntur. Testamentum autem Nouum libros habet, in quibus de salute exhibita, déque Christo iam misso agitur. Extat

uerò hæc de duobus testamentis distinctio (ne quis calumniator sugillandum sibi esse quod hic dicimus arbitretur) in sacris literis, Dei ipsius uoce expressa: Ieremiæ 31. ad Hebræos 8. Matthæi 26. 1. Corinth. 11. 2. Corinth. 3. & alibi. Nunc ad institutum regrediamur. In ueteri igitur Testamento libri alij sunt Canonici, alij Apocryphi. Prioris ordinis sunt hi:

Genesis	Micha
Exodus	Nahum
Leuiticus	Habacuc
Numeri	Zephonia
Deuteronomium	Haggai
IEHOSVA	Zacharia
Iudicum	Malachi
Samuelis 1. & 2.	Psalterium
Regum 1. & 2.	Prouerbia Solomonis
Iesaias	Iob
Ieremias	Cantica Canticorum
Iehezkel	Ruth
Daniel	Threni Ieremiæ
Hosea	Ecclesiastes
Ioel	Esther
Amos	Ezra
Abadiah	Nehemia
Iona	Annales, seu Paralipomena.

Vocant hos Canonicos, quòd uniuersæ doctrinæ ad salutem nostrã necessariæ, regula in ijs plenißimè contineatur: quòd Spiritus sancti afflatu conditos, certum sit: quòd regula sint atq; amußis, ad quã cuncta exami

nari

nari religionis dogmata debent: quòd deniq; fas non sit, de eorum dubitare authoritate. Christus Matthæi 7.11.22. eosdem partitur in legem, Prophetas & Psalmos, uetustissima sanè & receptissima consuetudine. Nam Hebræi, quos secuti sunt deinceps Apostoli, ac sancti patres, primos quinq; libros legem appellarũt, aliàs quinarium πεντάτευχον Mosæ. Libros sequentes ad Psalterium usq; dixerunt Prophetas: & ex his alios priores, nempe Iehosuæ, Iudicũ, Samuelis duos, Regum totidem: alios uerò posteriores, quos ipsos nostri in classes distribuunt, Maiorum & Minorum: ac maiores quidem numerant quatuor, Iesaiam, inquam, Ieremiam, Iechezkelem, Danielem: minores uerò, duodecim sequentes. Reliquos autem, Psalmorum uidelicet librum cum subiectis (quibus & Daniel ab Hebræis interponitur) solebant scriptos siue ἀγιόγραφα nuncupare: quòd seorsum à uiris sanctis, & de rebus sanctis, conscripti appareant. Qui sequuntur libri, dicti sunt ἀπόκρυφοι:

Sapientia Salomonis
Ecclesiasticus
Thobias
Baruch
Cantica trium puerorum
Susanna
Belis historia
Iudith
Ezræ 3. & 4.
Fragmentum è libris Esther.
Machabæorum 1.2.3.

Nomen Apocryphorum perinde sonat, ac si dicas latentes, seu occultos. ἀποκρύπτειν occultare est, & abscondere. Sic igitur hos nominarunt, quòd ex ijs publicè & in sacris conuentibus nihil recitabatur, sed

tantùm à legendi cupidis asseruabãtur domi. Neq; e
his licet ad dogmatis alicuius confirmationem, arg
menta seu probationes mutuari. Alij, ut Cyprianus,
tiam Ecclesiasticos appellarunt. Porrò in Nouo testa
mento Canonicos hos habemus:

Euangelium Matthæi,	Colossenses
Marci,	Thessalonicenses 1. & 2.
Lucæ,	Timotheum 1. & 2.
Ioannis.	Titum
Acta Apostolorum	Philemonem
Epistolas Pauli ad Romanos,	Hebræos
	Iacobi unam
Corinthios 1. & 2.	Petri 1. 2.
Galatas	Ioannis 1. 2. 3.
Ephesios	Iudæ unam
Philippenses	Apocalypsim.

Nullos alios libros Canonicos Ecclesia agno
qua de re Origenes apud Eusebiũ, Ecclesiast. hi
6. cap. 18. Epiphanius in opere contra Hæreses li
Tomo 1. rursumq; lib. de Mensuris & ponderibus
larius in præfatione ad commẽtarios in Psalmos:
ronymus in Epistola ad Paulinũ de omnibus libris
cris, item in præfatione ad libros Regum & Dan
prophetã: Augustinus de doctrina Christiana libro
cundo, cap. octauo: in Concilio Laodicensi, Canone

Cæterum ex hac librorũ sacrorum partitione,
superq; intelligis, amplissimã esse eorum quos Ca
nicos nominãt, authoritatem: ac proinde dignissim
quibus legendis cognoscendisq; diligentia longè

xima adhibeatur. Itaq; sacra Biblia sumens in manus, implorata Dei ope, nec nō religioso quodā timore imbutus, semel atq; (si fieri posſit) iterū libros omnes, in primis Canonicos, à capite ad calcē, quod aiūt, attētissima mēte perlegito. Nō quidē ueluti sperans te subitò assecuturū omnia (quomodo enim id uel optare audeas?) sed hāc saltē referre utilitatē enitēris: nēpe ulde re ac memoriæ cōmendare incipies singulorū librorū cùm ordinē, tum uariam materiā. Quo pacto in libro Geneseos animaduertes agi de prima uniuersi mūdi, hominisq;, propter quē cætera omnia, cōditione: tum de eiusdē lapsu, & mox promissa restauratione. Præterea de initijs Ecclesiæ, de doctrina fidei & charitatis in ea tradita, de eiusdē gubernatione, incremēto ac decremento, de Ecclesiæ hostibus. Hinc, de Noha prædicante pœnitentiam: de immisso, propter peccata hominum nolentium resipiscere, diluuio: de rerumpub. & regnorum quorundam initijs: de sanctis patribus Abrahamo, Isaac, Iacob, à Deo electis Ecclesiæ instauratoribus: & quomodo hic tandē, prouidentia Dei admirabiliter uniuersa ordinante, relicta Canaan, in Aegyptum commigrauerit. Deinde in Exodo, & libris reliquis multa præclarè de Ecclesiæ & populi Dei statu explicātur, quæ omnia paucis adnotari præsens locus non patitur.

Cæterùm ubi hūc in modū summā librorum digesseris, paulatim etiā singulorū in ijs capitū argumenta studebis mēti infigere: ut quod de re quapiā memorabili usquā legisti, proferre, et ueluti exerto digito cō-

mõstrare, cũ opus fuerit, sine mora queas. Ad hanc rẽ apprimè conducet, præstantißimorũ aliquot librorũ, in primis Mosæ atq; aliorum prophetarũ, argumenta capitum numero digesta, contrahi in tabulas, ut ad paretem suspensa, omni tempore oculis obuersentur, atque ita frequenti meditatione penitus animo imprimantur. Hic labor multum laborem adimet. Non mediocriter ad perficiendum quod suademus iuuaberis, si, uti suprà dictum est, eiusmodi Biblia sint ad manũ, quæ singulorum capitum res summatim comprehensas in promptu exhibent.

Hinc porrò altius decet cõtendere. Edoctus omniũ librorum numerum, ordinem atq; argumenta, animũ adijcies ad quosdam libros selectos, totos plenè exacteq; intelligendos: à quibus deinde ad alios sublimiores, difficilioresq;, quasi per gradus progredieris. Ego uerò, à quibus auspicandum, nec non quomodo progrediendum existimem, candidè pronunciabo: sic tamen, ut cuiuis liberum faciam, aliter pro ingenio atq; captu suo (de quo certè oportet unusquisq; sibi ipse iudex sit) constituere. Nequaquam illis assentior, qui tyroni, præsertim adolescenti, statim proponunt librũ Geneseos, epistolam Pauli ad Romanos, aut aliud sublimioris argumenti opus. Non possum quin referam cõsilium atq; propositum ueterum Hebræorum. Hi, teste Gregorio Nazanzeno in Apologetico, non omni ætati sacra omnia legenda discenda ue permittebant: id uerò, simul quòd non expediret omnes omnia statim nosse, simul quòd non omnes omnia possent capere,

re. Itaq; ea quæ facilia sunt, qualia in primis quæ apertis narrationibus historicis constant, omnes uel à puero statim discebant, eas uerò scripturas quæ sub uili pãniculo literæ preciosa intrinsecus contegunt sacramẽta, nullum patiebantur ante uicesimum & quintum annum cognoscere: quod quidẽ ueluti munus & præmium quoddam uolebant propositum exercitio uirtutis, his in quibus ad illud ætatis & uita probata, & suauitas morum, & intelligentiæ capacitas elucebat. Eôdem pertinet, quod scriptum reliquit Hieronymus in præfatione ad Ezechielem, & ante eundem Origenes in Canticum canticorum, Homil. 1. Lege cautum apud Hebræos, ne quis minor annis 30, quædam initij Geneseos capita, Cantica canticorum, partem aliquotã Ezechielis, nempe principiũ de Cherubin, et finem de ædificatione templi, legeret: tantum abest, ut curiosius rimari liceret: propterea quòd in illis occurrunt nõnulla, quæ humanæ rationi et peruersis nostræ carnis affectibus absurda cogitandi præbere uidentur occasionem. Placet autẽ ac probatur mihi hæc Hebræorum sanctio, non tam quòd tempestiuè prohibet pericula errorum & falsarum opinionũ, quàm quòd inducit animos ad reuerenter ac religiosè de sacris libris sentiendum & loquendum. Iisdẽ igitur de causis censeo et ego, nobis contradito adolescenti nõ esse statim quosuis libros proponendos: sed eos deligi debere, qui & rerũ et uerborũ facilitate sunt in primis commendati. Quemadmodũ enim ualde improuidè eũ agere omnes meritò dicerẽt, qui amplã ædificij molẽ erige-

re uellet, ubi nondum iactum sit solidum fundamentum: ita præposterè, si quid ego intelligo, ij faciũt, qui molestiam magnam subeunt in perscrutandis arcanarum literarum locis difficilibus, priusquam perceptos habeant eos qui minore negocio addiscuntur, & teneri ab omnibus incipientibus debent. Et quomodo obsecro sensa eruet sublimis illius epistolæ Pauli ad Romanos, qui nondum diuinare potest, quid sibi uelit Apostolus in breui epistola ad Galatas: quæ argumenti uice, illi ad Romanos præfigi non ineptè queat? Aut qua spe inuestigare aggredietur mysteria de Christi natura diuina in Euangelio Ioannis, qui nondum assequi ualet, quæ perspicuè ab alijs Euangelistis traduntur de Christi natura humana? Ergo constitutum sit, à minutioribus, magisq; peruijs ducendum lectionis & studij theologici initium. Primo igitur loco exlibris ueteris Testamenti euoluat Prouerbia & Ecclesiasten Solomonis: quibus ex Nouo testamento adiunget quasdam Paulinas epistolas, quales ad Timotheum & Titum, ad Philippenses & Colossenses. Hinc etiam libros historicos, in primis trium Euangelistarũ, Matthæi, Marci & Lucæ, & Actorum apostolicorum: illibros Iehosuæ, Iudicum, Samuelis, Regũ, Annaliũ, & similes. Pòst ueniatur ad libros Mosæ, Iob, Psalmos, Prophetas: & in his primo ordine quos Minores, deinde quos Maiores (à quãtitate uidelicet opusculorũ) uocant. Ex nouo autem Testamento, ad epistolam ad Galatas, Romanos, Ephesios, Corinthios: ad Euangelium Ioannis, & postremò Apocalypsin Ioannis.

Quòd

Quòd si iam rogas, an primis istis meditationibus adhibere conueniat uarios Commentarios: dicã breuiter, quæ mea sit sententia. Placet ante omnia, tuopte marte aliquandiu coneris simplices & planas sententias inuenire, pijsq; cogitationibus animũ hac in parte diligenter exerceas, excolasq;. Argumenta adiecta in toto sacrorum Bibliorum opere, monitoris, aut, si mauis, Commentarij uice erunt, & aliquo modo ad præstitutum scopum deducent. Quòd si omnino animus est, sicubi hæsitans substiteris, enarrationem cuiuspiam cõsulere: equidẽ nõ magnopere refragabor: dum tamen contingat aliqua exquisita, eademq; breuis, & hominis ut eruditi, ita uerè pij. A` pluribus uerò, aut prolixis, aut insulsis commentarijs, quantum potes, quandiu tyrocinium facis, abstineto. Multiplex & uaria interpretatio citius obruit ingenium, quàm adiuuat: indocta uerò, etiam in errorem abducit.

QVOMODO, QVOTIES AD legenda sacra accedimus, adfectos esse oporteat. Cap. II.

PRopositum quidem est, candidè & bona fide monstrare uiam, qua quis per sese, qui modò aliquantam ingenij bonitatem, iudiciumq; incorruptum, Dei opt. max. beneficio adeptus fuerit, dum sacros libros attentè perlegit, & citò, & haud magno negocio, simplicẽ, germanã & perspicuã sententiam in ijs posit colligere, atq; cum opus fuerit, clarè reddere. Sed id, quàm est reuera magnũ, atq; omnibus uotis ex-

tis expetendum: tam etiam difficile esse, oportet fatea-
mur. Quis enim, præsertim paucis, et in paruo opere,
ea omnia congerat, quæ huc sunt necessaria? Deinde
quamlibet multa, & accommodata, hanc ad rem tra-
dantur: nisi tamen is contingat tyro, qui gnauiter la-
boret, & tanquam Argus poeticus omni ex parte sit
oculatus scrutator, perparum adhuc promouerimus.
Postremò, neq; docētis, neq; discentis solertia multum
efficietur, ubi Spiritus sanctus nō adiuuerit pios utri-
usq; conatus: de cuius unius auxilio ei qui seriò uelit
theologicari, est omni tempore cogitādum. Quæ cum
ita se habeant, non pollicemur nos alia prolaturos in
medium, quàm quæ ad præsens succurrunt, quæq; fere
semper debent in conspectu esse posita. Quibus inte-
rim theologiæ candidatum ita speramus iri adiutum,
ut temporis progressu factus exercitatior, ipse plura
eius generis possit suapte industria adnotare: modò
laboris sit utcunq; patiens, & bonarum artiū (de qui-
bus antè egimus) non planè rudis. Itaq; hoc loco osten-
demus, quomodo, quoties ad legenda sacra pius adole-
scens uult accedere, affectū ipsum esse deceat. De quo
nisi constet, & in quo si non ponatur statim aliquid
diligentiæ, uix est quòd speres quenquam cum fructu
legēdis sacris posse insistere. Et quia quæ dilucidè, nec
non iusto traduntur ordine, citius percipi, memoriéq;
mandari cuncta possunt: ideo nos quæ ad institutum
pertinent, certis notationibus seu obseruationibus
comprehensa proponere decreuimus. Sit igitur hæc
prima obseruatio.

Obser-

Obseruatio I.

Quando sacra libet legere, animus sit oportet ab omnibus molestijs & curis, præsertim rerum terrenarum, uacuus. Nullius potest mens, eodem tempore, uarijs & pugnantibus distringi negotijs. Pugnant autẽ terrena & cœlestia, carnalia & spiritualia. Sanè in quo efficere aliquid utiliter desideras, in eo uno par est ut totus, quantus es, occuperis. Si tibi sermo est habendus de rebus priuatis & fortuitis, cum amico, aut quocunq; homine authoritate prædito: teipsum protinus colligis, das operam ut uerba singula idonea accersas, & aptè colloces, pro statu negotij de quo colloquium instituitur: quanto iustius animo eris sedato, præsenti et attento, quando colloqui paras cum Deo, & quidem de rebus ad æternam animæ tuæ salutem pertinentibus? Etenim sacros libros legere, quid quæso est aliud, quàm cum Deo colloquium habere?

Obseruatio II.

Satis tibi sit, simplicem, necessariam, & natiuam uerborũ sententiã eruere. Quisquis ad altiora curiosè anhelat, nunquam ad ueritatem peruenit. Multi, tanquam si res leuicula foret simplicẽ tantùm sententiam tenere, implumes euolare conantur ad altissima: et nescio quibus non necessarijs commentationibus consarcinandis, ueluti allegorijs, & id genus alijs, se fatigant, è quibus gloriam uenantur apud imperitos. Sed talibus ferè usuuenit, quod Icaro poetico: cadũt nimirum præcipites in errorum fluctus, quibus merguntur. Aut certè idẽ eis accidit, quod sibi accidisse dolet ac queritur

ritur beatus pater Hieronymus. Ait namq; in proœmio Commentariorum in Abdiam prophetam, se admodum iuuenem attentasse Abdiam interpretari allegoricè, cum tamen nondum intellexisset simplicem historiam: cuius audaciæ postea senem factum uehemẽter pœnituit & puduit. fassus etiam est, se admiratum, quòd tale opusculum lectorem aliquẽ inuenisset. Tanti igitur uiri exemplo moueamur, & simplici propriáq; explicatione contenti simus. Omni tempore nobis ob oculos uersetur eiusdem memorabile dictum lib. 1. aduersus Iouinianum: Est in uerbis simplicibus semper diuinarum scripturarum sensus augustior. Recte quoq; ab Augustino dictum de Genesi lib. 1. cap. 21: Cum diuinos libros legimus, in tanta multitudine uerorum intellectuum, qui de paucis uerbis eruuntur, & sanitate catholicæ fidei muniuntur, id potissimùm deligamus, quod certum apparuerit cum sensisse, quem legimus.

Obseruatio III.

Quæ intellexeris, scopus sit ad spiritualem fructũ conuertere. Cuius rei usum est omnes præmonere, quòd qui sacros libros non euoluunt purgatis adfectibus, sed fortè ad contentiones, rixas, dissidia, impij dogmatis defensionem, aut simile quippiam sese armant: ij rarò solent respectare ad genuinam scriptoris sententiam: ac plerunq; obliquè ad id detorquent omnia, quod maximè probatum cupiunt. Hinc fit, quòd subinde adeò fœdè labuntur hæretici, & Scripturæ mentem non assequuntur: nempe affectibus suis corruptissimis

ptißimis plus nimio indulgent, atq; ita quo minus ueritatis cernant lucem impediuntur.

Obseruatio IIII.

Cæterùm quia trãquillo esse animo, simplicem & propriã eruere scriptorũ sententiam, ea quæ legimus ad fructum spiritualẽ traducere, non est nostrarũ uirium: adsuescamus, quotiescunq; libros sacros in manus sumimus, spiritus sancti opem ardẽtibus uotis implorare, cuius solius beneficio quæ iam diximus contingunt. Quemadmodum enim nemo hominum nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus qui est in eo: ita quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi spiritus Dei, & cui is reuelarit. Solus spiritus sanctus in tradenda ueritate magister est: 1. ad Corinth. 2. Ioan. 16. Ergo ab oratione lectiones tuas omnes auspicaberis. D. Chrysostomus in sermone quodã, de Patientia & consummatione huius seculi, formulam aptißimam præscribit: Cũ ad sedendum, uel legendũ, uel etiam audiendũ alium te apparas, ora (inquit) primùm Deũ, dicẽs: Domine IESV Christe aperi oculos meos, & aures cordis mei, ut audiant eloquia tua, & intelligant, & faciant uoluntatem tuam. Domine, quia incola ego sum in terra, ne occultaueris à me mandata tua: sed reuela oculos meos, et cõsiderabo mirabilia de lege tua. In te enim speraui, Deus meus, ut tu cor meum illustres. Cõmendatur à Socrate Cõstantinopolitano, Tripart. hist. libro 8, cap. 9, Pyterius, orare ante prælectionẽ semp solitus. Hieronymus expositurus locum Micheæ cap. 1, In Geth nolite annunciare: optat se adiuuari à Spiritu S.

Idem

Idem faciundum ei qui docet populum in Ecclesia, demõstrat Augustinus, de Doctrina Christiana li. 4. c. 15.

Obseruatio V.

Quæ non statim intelligis, ea ne pigeat aliquoties repetere, atq; accuratius rimari. Hac ratione, quicquid obscurum est, paulatim eluceſcit. Non tantũ dies diem, ut in prouerbio est, uerùm etiam momentũ momentum docet. Testem habemus experientiam, uel apud pueros, quibus & Horatianum illud salubriter inculcatur:

Lectio lecta placet, decies repetita placebit.

Obseruatio VI.

Quòd si aliquoties repetita non datur intelligere: at idcirco non debes desperare, multo minus librum de manibus abijcies. Quæ pertinent ad philosophiam humanam, & ad res terrenas, non percipimus citra præceptoris operam, & assiduum longumque nostrum laborem: nonnulla uix post multos annos. mirabimur igitur, aut indignabimur, quòd res diuinæ & cœlestes non continuò sunt nobis expositæ, exactéque à nobis intelliguntur? Profectò res diuinas non decet statim cuiuis esse peruias. Ad sacrarij spiritus sancti penetralia, non debet cuiuis recens appellenti patêre aditus. Certo Dei consilio pleraque in sacris literis inuoluta ac tecta manent: ac ne expediret quidem, nos omnia in primo ingressu peruidere. quinetiam quædam utiliter & nostro bono ignoramus. Quæ de re nonnihil dicemus alibi. Itaque quòd quædam in arcanis libris nos lateant, tantum abest ut ægrè feramus,

mus, ut æquum sit etiam boni consulere: nisi de patris cœlestis uclimus sapientia arroganter præiudicare. Neque hinc datur nobis occasio resiliendi à lectionis proposito: sed potius, ut multo quàm antè progrediamur alacrius, ac speremus temporis successu quod salutare fuerit cognituros, excitamur.

Obseruatio VII.

Postremò lectionem finiens, pro ijs quæ consecutus es, Deo agas gratias. Huic uni decet omnem ueri cognitionem acceptam feramus. Ea est nostri captus imbecillitas, si ille nos non illuminat, qui est lux uera, omnem hominem uenientem in hunc mundum illuminans: caligant oculi nostri ad rerum diuinarum contemplationem, sicut ad iubar solis oculi noctuæ. Quæ uerò est illius bonitas, si quando animaduertit grati animi ulla apud nos argumenta, tunc ubertim auget sua in nobis dona. quæ autem est eiusdem iusticia, si ingratos uidet, aut fastuosè tribuentes paratam cognitionem ingenij uiribus: tunc grauiter mulctat, nec nō ijs etiam quæ antea contulerat beneficijs exuit. Humilibus Deus impendit gratiam: superbis autem resistit. 1. Petri 5.

Has septem notationes seu obseruationes Theologiæ candidati habere debēt probè meditatas, quotiescunq; ad legenda sacra sese parant. Certum uerò est, quicunq; ita, ut his præscribitur obseruationibus, adfecti animis fuerint, commoditatem non mediocrem, & quidem intra breue temporis spacium, è lectione scripturarum percipient.

QVIBVS EX REBVS NASCAtur in libris sacris obscuritas: tum, quo ordine obseruationes, remouendę obscuritati utiles, tradere sit propositum. Cap. III.

IAm explicare incipiamus, quemadmodum genuina atq; aperta sententia, in quibuscunq; locis scripturarũ aliquid difficultatis præ se ferẽtibus, possit perueſtigari atq; inueniri. Sicut autẽ medici primũ laborant, morbum, eiusq; causas, tam προηγουμένας quàm προκαταρκτικὰς, cognoscere, quàm tentent, ad eum tollendum, siue intra corpus, siue extra, aliquid adhiberc: ita operæprecium est, nos quoq;, antequam proferamus obseruationes uel regulas remouendæ obscuritati idoneas, distinguere, notareq;, quibus ex rebus difficultas siue obscuritas in libris sacris nascatur. Cognita obscuritatis causa, inueniri facilius ratio potuerit, qua tolli illa, atq; cognitionis lux inferri queat. Contingit igitur lectorem subsistere alicubi, uarijs de causis. Aliquando ob argumenti ignorationem, quãdo nimirum non tenet lector quibus de rebus oratio sit instituta, seu quis sit orationis status atq; scopus. Interdum propter mendum scripturæ: ueluti si litera, aut syllaba, aut uocabulum sit prætermissum, superadditum, transpositúmue. Nonnunquam ob distinctionem factam non in loco, uel alio modo deprauatam. Alicubi propter pronunciationis habitum minus accõmodum: quod genus est, si interrogationis sono legatur & pronuncietur, quod simpliciter asseritur. Frequen-

te

ter etiã impeditur aliquis, quòd de dictionis cuiuſpiã ſignificatione oritur dubitatio. Aliquoties occurrit dura, aſpera, & auribus noſtris inſolens diuerſarum dictionũ cõſtructio, collocatioq;. Deniq;, in tota ſentẽtia ſubinde ſcrupus aliqua ex cauſa inexpectata obuenit. De unius porrò dictionis ſignificatione ambigendi naſcitur occaſio, quia latet ſignificatio eius uel propria ac natiua, uel trãslata, qua nimirum diuerſis rebus accõmodari eadẽ uox, & fortè per tropum aliquãdo ſolet. Plures dictiones iunctæ difficultatem inducunt, ſimiliter duobus modis: nempe aut quòd linguæ Hebrææ ſua ſunt idiomata, ac phraſes multũ remotæ à phraſibus tũ Græcis, tũ Latinis: aut quòd ſchema aliquod ſubeſt, ueluti hyperbole, enallage, metaphora, ſynecdoche, periphraſis, imago. In tota aũt ſentẽtia oboritur difficultas tribus plerunq; de cauſis. Primò, quãdo ſermo incidit figuratus: in quo genere ſunt ænigmata, parabolæ, allegoriæ, paræmiæ. Secundò, ex ignoratione, uel minus attẽta cõſideratione rerum de quib. differitur: ueluti quãdo natura arboris aut herbæ, quando hiſtoria, quando artis cuiuſpiam opus aut officiũ latet: quando item nõ ſatis accuratè cogitateq; expenduntur circumſtantiæ, cauſæ, antecedentia, ſequentia. Tertiò, ob ignorantiam cõſuetudinis ſcripturarum. Habet namq; ſacra ſcriptura, ſicut unaquæq; diſciplina, quædam in ratione docendi, explicandi, narrandi, demonſtrandi, diſputandi, peculiaria: quæ qui non obſeruarit, perdiditeritq;, facilè in errorem labitur. Cæterùm quæ ad conſuetudinem pertinent

tinent scripturarũ,ita ueniunt rursus distinguenda,ut alia quidem statuamus communia libris sacris uniuersis:alia uerò tantùm quibusdam libris quasi propria, ueluti historicis,propheticis,item Psalmis,& Paulinis epistolis.Nam hos libros in suo quoq; genere,cum diuersa in ijs insit partim materia,partim docẽdi ratio, aliquid obtinere propriũ, quod diligenter obseruare is debet qui cupit intelligere,extra cõtrouersiam est. Siquidem nullus non nouit philosophos,oratores,poetas, historiographos, sicut in diuersis occupantur argumentis, ita alia atq; alia uti docendi dicendiq; forma:ac singulos quædam sibi uendicare, quibus à reliquis distinguuntur,peculiaria. Itaq; his de causis solẽt pij lectores sæpenumero hærere: & modò hoc, modò illud incidit,quod eos remoratur, atq; faceßit negotium.Erit autem cõsultum, & tyronũ captui in primis accommodatum,obseruationes siue regulas (nam utramq; uocem animaduertimus Augustino in eadem causa probari & usurpari,in libris de Doctrina Christiana) quas ad eruendam natiuam & perspicuã sententiam cõducere arbitramur,eo tradamus ordine,ut ad certa relatæ capita, & quasi in sedibus collocata, citò adiri,atq; in consiliũ adhiberi, aut etiã memoriæ mandari queãt.Placet igitur,imitari hac in parte medicos.Solent namq; hi in suis libris,quibus cõplectuntur θεραπευτικὰ, singulos morbos qui à capite ad calcem infestãt humanum corpus,recensere,expositis subinde eorundẽ causis:mox uerò idonea, eaq; uaria, adijcere medicamẽta.Eodẽ inquã pacto et nos ordine

digeremus

digeremus singulis capitib. singulas obscuritatis causas: quibus statim subnectemus obseruationes, quibus probabile est tolli difficultatē omnē posse. Quod ubi fecerimus, nostro uidebimur abūdè perfuncti officio.

Obscuritas siue hæsitatio in lectione sacrorum librorum, uascitur

1. Ob argumenti ignorationem.
2. Ob mendum scripturæ.
3. Ob distinctionem non in loco factam.
4. Ob pronunciationis habitum minus accommodum.

5. Ex una dictione, dum uidelicet ignoratur significatio eius, aut
   - 1. Propria & natiua.
   - 2. Translaticia, & per tropum contingens.

6. Ex pluribus dictionibus, quæ euenit propter
   - 1. Hebraicam cōstructionē, siue phrasim.
   - 2. Schema aliquod latens.

7. Ex totius sententiæ habitu, quæ quidem prouenit
   - 1. Ob figuratum sermonem.
   - 2. Ob rerum ignorationem, siue minus attentam earum consideratione.
   - 3. Ob ignorantiam consuetudinis scripturarum, quæ ipsa consuetudo alia est obseruanda
     - 1. Vniuersis libris sacris communis.
     - 2. Quibusdam libris peculiaris.

DE DIFFICVLTATE NATA ex ignoratione argumenti. Cap. IIII.

SAepenumero igitur usuuenit, ut quidã non intelligant quæ legunt, quòd non satis accuratè considerant initiò, qua de re sermonem scriptor instituat. Ne quis igitur hac de causa impediatur, est hæc regula, siue obseruatio retinenda.

Obseruatio.

Prima cura sit, ut libri, cuius lectionem aggrederis, argumentum, atq; autoris scopum, ad quem omnia diriguntur, teneas: deinde, in lectionis progressu crebrò ad eundem scopum respicias. Quidam prudenter monet, uolenti aliquod opus lectu dignum in lucem edere, sæpe animo uersandum operis titulum: quo subinde recordetur, quantum studij in rebus congerendis sit ponendum. At nos idem ei quoq; faciundum ducimus, qui ab alio edita uelit cum iudicio perlegere, intelligereq;. In sacris autem libris non tantùm titulum uel argumẽtum libri, sed singulorum capitum, rectius dixero singularum concionum, narrationum, disputationum, quæ aliæ atq; aliæ passim instituuntur, argumenta hoc pacto obseruare operæprecium est.

DVBITATIONEM INTERDVM prouenire ob mendũ scripturæ, quidq; tum faciendum. Cap. V.

HAeret aliquis, nec potest se extricare, & fortè non ob aliud quàm quòd mendũ occurrit in codice. Ad uitãdum igitur hac ex parte incommodum, quædam obseruatu digna adscribamus.

Obser-

Obseruatio I.

Diligenter expendito, nũ in loco obscuro errorem inducat, codicis in literis, uel syllabis, uel dictionibus depravatio. Aliquãdo enim aliquid ex his prætermittitur, uel superadditur, uel trãsponitur. Vt autẽ restituas, consulere oportet exemplar aliud castigatius: uel recurretur ad fontes ipsos, id est, libros Hebræos, siue Græcos: uel postremò adhibebuntur aliquot melioris notæ cõmentarij. Huc pertinet, quod D. Augustinus de doctrina Christiana lib. 2. cap. 14. adnotauit: Codicib. emendãdis primitus debet inuigilare solertia eorum, qui scripturas diuinas nosse desiderãt: ut emẽdatis nõ emendati cedant, ex uno duntaxat interpretationis genere uenientes. Et paulo pòst: Latinis quibuslibet emendandis Græci adhibẽdi sunt. Hac uerò de causa nos suprà suasimus, ut tyro sibi cõparet exemplar Bibliorum, quàm inuenire posßit, emendatißimum.

Obseruatio II.

Non ignorare insuper debent tyrones, nomina propria frequẽter alijs literis describi apud Hebræos, quàm apud nostros interpretes. Cuius rei admonẽdos duxi, ne si fortè incidãt in diuersos interpretes, quorũ alius nomina propria descripserit totidem ferè literis quot apud Hebræos, alius uerò eadem exhibuerit cũ quadam ad Græcum aut Latinum sermonem deflexione, suspicentur protinus mendum in literis syllabis ue inesse, aut fortè res prorsus diuersas significari. Huius generis est, quòd apud alios quidem legimus Sædom, Aemora, Kyriat Arba, Mamre, Median,

dian, Nebaioth, Iehosua, Schlomoth, Pæsah: apud alios uerò, Sodoma, Gomorra, Arbec, Mambre, Madiã, Nabaoth, Iosue, Solomõ, Pascha. Infinita possent proferri. Hinc uerò nascitur hæc uarietas, quòd Hebræi quasdã literas habent à nostris nõnihil pronunciationis proprietate dißidẽtes: quales in primis apud eos sunt quæ adspirationẽ subeũt, aut cum rasura gulæ proferũtur. Habẽt geminas adspiratas: ה he, & ח het. habẽt duas nostrũ A quodammodo repræsentantes: א aleph, & ע ain. quas quatuor, ob soni modũ, gutturales appellãt. Habent insuper triplex S, uariè enunciandum: ס samech, צ zadde, ש schin, ubi Græci & Latini unũ tantùm habẽt, quod Hieronymus quoq; adnotauit in epistolæ ad Titum caput tertium. Punctorum quoq;, quæ illis uocalium uice funguntur, dißimilitudo non parũ hic efficit, dum alios apparet sine punctis quædam legisse, alios cum punctis, quæ priscis (ut quorundã fert opinio, atq; subindicat Hieronymus in caput tertium Habacuk) fuêre ignota.

Obseruatio III.

Vide insuper, num eiusmodi incidat figura, quæ defectum unius alterius ue dictionis aut membri admittit. Fieri namq; istud solet in anacoluthis, eclipticis seu defectiuis, aposiopesi (quam reticentiam nostri dicunt) & similibus. Ad Romanos cap. 5. ἀνακόλουθος siue ἀνανταπόδοτον est: Quemadmodum per unum hominem peccatum in mundum introijt, ac per peccatum mors, & sic in omnes homines mors peruasit, quatenus omnes peccauimus. Addendum alte-

rum

rum cœptæ collationis membrum, hoc pacto: Sic per unum hominem allata est iustitia in mundum, & per iustitiam uita æterna, cuius omnes homines fiunt participes, quatenus in Christũ uerè credunt. Eodem capite eclipsis est: Et nõ sicut per unum qui peccauerat, ita & donum. Desunt priori membro hæc uerba: Venerat mors. Ad Galat. 5. Vos in libertatem uocati fuistis fratres, tantùm ne libertatem in occasionem carni. perficitur, addendo: De tis. Ac solent interpretes Latini, ubi paucarum uocũ substitutione id fieri potest, libenter supplere. Ad Romanos 9 occurrit, quemadmodum adnotauit Origenes, ecliptica oratio: Quòd si Deus, uolens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, tulit multa animi lenitate uasa iræ, apparata in interitum, & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ erga uasa misericordiæ, quæ præparauerat in gloriam. Hic subiungi necessariò aliquid debet, ueluti: Num propterea dicendus erit Deus iniustè agere? uel, Habéntne impij quod obtendãt, aut cum Deo disceptent? Aposiopeses non raræ sunt. Christus Luc. 19 prædicens ac deflens ruinam & excidium Hierosolymorum: Si cognouisses, & tu: subaudi, fleres. Psal. 4. Filij uiri, quousq; gloria mea in ignominiã? intellige, Per uos cõuertitur, uel simile quippiam. Harum igitur figurarum oportet lectorem subinde meminisse, ne perturbatus hæsitet, atq; ibi mendosum codicem esse suspicetur, ubi tamẽ mendum nullum subest: sed studiosè, idq; amplificandi ac mouendorum adfectuum gratia, aliquid est prætermissum.

QVOD DISTINCTIO NON IN loco facta, aliquando remoretur lectorem: & quomodo huic impedimento occurratur. Cap. VI.

INterdum fallit lectorem inepta & transpositа distinctio. Veluti si hoc pacto inuenias distincta illa in Euangelio: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, et Deus erat: ut hic fiat πῶλον. Deinde subijciatur: Verbum hoc erat in principio apud Deum.

Ex hac incõmoda distinctione, non modò obscuritas oritur, uerumetiam firmamẽtum colligi potest, ad stabiliẽdum periculosum dogma eorum, qui negarũt uerbum hoc esse Deum: asseruerunt́q;, tantùm apud Deum fuisse. Perstringuntur hi à Cyrillo in Euangelio Ioannis lib. 1. cap. 3. Scitè dictum est à quodam, Distinctionem aptam esse cõmentarij uice. Quod de paribus nõ maioribus modò, uerùm etiam minoribus pari est intelligi. Cautos igitur nos reddat hæc obseruatio.

Obseruatio.

Placet explorari in loco dubio, num fortè distinctio non suo loco posita, scrupum pariat. Quòd si omnino coniectura est, distinctionem esse interuersam, ante omnia uolumen emendatius adhibitum, error medebitur. Quòd si ne hac quidem ratione satisfit, expendatur, iuxta D. Augustini consilium de doctrina Christiana lib. 3. cap. 2. utrum distinctio inducat, quod religioni aduersatur. Quod si fit, remoueri illa, atq; eò transponi debet, ubi constabit fidei consentiens oratio. Quòd si non inducit contrarium fidei, poterit

restitui

restitui aut ex obseruatione uocum propinquarum, aut ex ipsa sermonis serie: aut certè nihil oberit, quo minus pro diuersa distinctione, diuerso modo sententia explicetur, dum tamen à principali scopo non discedatur.

HABENDAM ESSE RATIONEM pronunciationis: quòd hæc quoq; scrupum in lectione pariat. Cap. VII.

PRouenit aliquãdo absurditas ex pronunciatione minus conuenienti. Quod dico, est huiusmodi. Legit quispiam & pronunciat cum interrogatione, seu percunctatione, quod simplici enũciatione dictum debet accipi. Sic uerba Christi ad Pilatum, Tu dixisti, Rex sum ego: si cum interrogatione leguntur, statim pariunt sententiam ueritati contrariam, atq; declarãt Christum nõ agnoscere suũ regnum, sed negare. Quo quid absurdius? Similiter istud Pauli Ro. 7. cap. Ergo quod bonum erat, mihi factum est mors: si cum sono asserentis recitetur, & nõ forma percunctandi, impiam audis sententiã: nimirum, legem esse per se malam. Eodem aũt pacto, dum quæ per subiectionem addita sunt, connectit quispiam præcedentibus: dum quæ per admirationẽ, aut uotum, aut ironiã, aut mimesin dicũtur, recitat aliquis tanquã simpliciter atq; cũ asseueratione in persona loquẽtis dicta, necessariò alienus à mente authoris sensus prodit. Ironia usus est Pilatus dicens, Ecce rex uester, Regem uestrum crucifigam? Vbi si ironiã dißimules, uox fuerit

planè

planè seditiosa, maximè si respectũ habeamus ad mentem impiorum Iudæorum, à quibus Christus regnum appetisse fuerat insimulatus. Ex pronunciatione autẽ ironiam esse iudicandam, testatur D. Augustinus de doctrina Christiana lib. 3. cap. 29. Illa porrò ex Col. 2. Ne tetigeris, ne gustaris, néue contrectaris: per mimesin referuntur, in persona aduersariorum & hypocritarum. Quòd si mimesin non admittis, uidetur Apostolus contrà, atq; alibi docet, usum & contactum quorundam ciborum prohibere. De qua mimesi differit D. August. epistola 59 ad quæstiones Paulini. In his igitur & similibus, est quædam uocis adfectusq; tum mutatio, tum moderatio necessaria: quæ nisi, uti debet, ita adhibeatur, fieri nõ potest, quin subitò incommodum non mediocre in sententia proueniat. Quid? quòd accentus mutatus, adspiratio addita uel sublata, sententiam planè uariat? Ergo nõ abs re, qua harum rerum omnes admoneantur, adijciemus obseruationem.

Obseruatio.

Caue, ne hæsitandi occasionẽ præbeat inepta pronunciatio. Placet autem D. Augustino (cuius uestigiis libenter ingredimur) de doctrina Christ. lib. 3. cap. 3. quid hic peccetur, corrigi aut ex regulis fidei, si quando pronunciationis mutatio aliquid cum sana fide pugnans sonat: aut ex ipso sermonis contextu, quem antecedentia & consequentia declarant. Addamus nos, utiliter etiam dispici, utrũ figura aliqua, ueluti ironia, mimesis, sarcasmos, aut similis incidat, ob quam non unum adhiberi sonum ac gestum necesse foret.

QVOD

QVOD VARIIS MODIS NAscantur errores ex una aliqua dictione: & quomodo euitari queant. Cap. VIII.

HActenus de ijs disseruimus difficultatibus, quæ quodammodo fortuitò & casu in scriptis emergunt: superest nunc de illis dicamus, quæ sæpenumero obueniunt in ipsis uerbis atq; sententijs. Cum autem, modò in una quapiam dictione, modò in pluribus simul iunctis, id est, in ipsa constructione cõtingat hærere lectorem: operæ uidemur facturi precium, si primo loco explicemus, quæ ad discutiendam dubitationem, unius dictionis caussa enatam, conducere arbitramur. Quemadmodum autem uarijs modis error in dictione nascitur, ita æquum est, plures quoq; obseruationes, regulas, siue admonitiones cõgeramus.

Obseruatio I.

Errorem frequenter gignit uox è peregrina lingua non propriè nobis reddita. Istud non est insolens, in illa præsertim editione D. Hieronymi nomine euulgata. Interpretes nonnunquam dormitant, nec semper habent in promptu quo uim uocis hebrææ, uel græcæ, significanter satis exprimant. Propter hanc causam monuimus deligendam eiusmodi uersionem, quæ ueritatem hebraicam dilucidè refert. Nã ipsi LXX interpretes habent non pauca, quæ his quoque dubitationis præbent materiam, qui sunt non uulgariter eruditi. Extremum autem perfugium hic

est

est: in Veteri testamento inquirere uocis hebrææ, in Nouo aũt græcæ, natiuã significationẽ. Quocirca D. Augustinus cõtra Faustum lib.11.cap.2.censuit, si de fide exemplarium quæstio uertatur, sicut in nonnullis quæ & paucæ sunt, & sacrarum literarum studiosis notissimæ, sententiarum uarietates: uel ex aliarum regionum codicibus, unde ipsa doctrina commeauit, nostra dubitatio dijudicetur: uel si ibi quoq; codices uariant, plures paucioribus, aut uetustiores recentioribus præferãtur: & si adhuc est incerta uarietas, præcedens lingua, unde illud interpretatum est, consulatur. Sed multo est præsenti instituto accommodatissimum, quod idem scriptum reliquit de doctrina Christ. lib.3.cap.4. Rarissimè, inquit, & difficillimè inuenitur potest ambiguitas in propriis uerbis, quantum ad libros diuinarum scripturarum spectat, quam non aut circunstantia ipsa sermonis, qua cognoscitur scripturum intentio, aut interpretum collatio, aut præcedentis linguæ soluat inspectio.

Obseruatio II.

Interpres nonnunquam unam rem diuersis reddit uocibus: ex quo fit ut lector subsistat, suspicans fortasse rerum diuersarum mentionem fieri, ubi tamen de una tantùm sermo habetur. Exempla sunt huiusmodi. Hebræis uox est בְּרִית berith, significans fœdus sive pactum, ac uertunt eam (testante Hieronymo, in commentario ad 3 caput epistolæ ad Galatas) modò fœdus, modò pactum, alibi uerò etiam testamentum: unde & nominant frequenter fœdus, pactum, testamen-

tum

tum uetus: & fœdus, pactum, testamentum nouum: Genes.17.Leuit.26.Deut.7.Ierem.31.ad Hebræ.8. Itē λόγον, de filio dei Christo, alibi redditum legimus sermonem, alibi uerbum. Et in Psalmis, lex, mandatum, præceptum, item iudicium, iusticia, pro eadem propè re sæpenumero usurpantur. Cæterùm quisquis utcunq; potest iudicare de synonymia, aut uidere quomodo uoces quædam affines sibi sunt inuicem, nec nō altera in alterius locum subinde substituitur: is nullo negocio se hic expediet.

Obseruatio III.

Rursus quando uoces admodum affines adducuntur in medium, existimat aliquis diuersum nihil significari: cum tamen in rebus ipsis, de quibus sermo instituitur, discrimen haud paruum sit positum. Hac igitur de causa solertis lectoris officium fuerit, diligenter excutere uocum, quæ affines uidentur, proprias differentias. Prioris ad Timoth.cap.2. Adhortor, inquit Apostolus, ut ante omnia fiant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus. Nonnulli uerò arbitrātur δέησιν, προσευχὴν, ἔντευξιν, εὐχαριστίαν, plane inter se cōuenire, nullumq; discrimē inter eas ponē dum. Atqui Augustinus in epistola 59. ad Paulinum, docet, δέησιν deprecationem propriè esse, cum petimus prohiberi atq; auerti à nobis mala, ne eueniant: obsecrationē uerò, cū oramus ut dentur bona: interpellationē, cū nō pro nobis modò, uerūetiā pro alijs ueluti intercedere cupientes precamur, ut quādo populus à

mini-

ministro ecclesiæ benedicitur: gratiarũ uerò actionem fieri post beneficia impetrata, acceptáq;. Quo pacto etiam alij nonnulli easdem uoces discreuerunt, quemadmodum meminere Theophylactus atq; Primasius. Sic uerò et illas uoces, lex, præceptum, mandatum: uel iudicium, iusti cia m: uel uerbum, testimoniũ, eloquiũ, quanquam affines admodum appareant, tamen recti quidam adm onuerunt, quãdo conspiciuntur inuicem sibi adiuncte, uti sæpe Psal. 119. esse prudenter discernendas. Lex generale est uocabulum: præceptum est, quod lege ipsa iubetur: mandatum est, præcepto adiunctum, ueluti appendix, aut certè interpretatio. Verbum, similiter generale est: eloquium, respicit præcipue promissiones: testimoniũ, additur ad comprobandum easdem. Iudicium est, quo damnantur fontes: iusticia, qua insontes absoluuntur, siue pronunciantur iusti.

Obseruatio IIII.

Interdũ occurrit dictio πολύσημος, id est plura bens significata, nec statim uides qua significatione loco qui in manibus est, accipi debeat. Hic iterum ipsa orationis series, uel aliud uocabulum non proinde constitutum, de cõueniente significatione te tiorem faciet. Videmus quosdam ponentes uocabu Spiritus, modò pro flatu seu uento, modò pro Spiri sancto: prorsus ad exemplum uocis Hebrææ רוח Ruha, quæ illas ipsas quoq; res diuersas significat. Ver qui aduertit antecedentia & sequentia, facilè decernet, quomodo accipi uocabulum Spiritus oporte-

Q

Quòd si sese offerat dictio, de cuius ui ac potestate cõ trouertitur etiãmter eruditos, dũ alius hoc notare eã cõtendit, alius diuersum quiddã: est sanè hic cautione et moderatione quadã opus. Sunt aũt eiusmodi uoces, Iesaiæ 14. ספּד quipod. Iesa. 41. שׁיטה, schitah. Ionæ 4, קיקיון kikæon. E' quibus primam nonnulli interpretantur ericium, alij erinacium, alij echinũ, alij noctuam, alij animal degens in aquis, alij deniq; fibrum. Vtcunq; autem sit, prophetã animal intelligere, quod solitudine gaudeat, sententia ipsa loquitur. Secundam autem uocem, quidam conuertunt spinam, quidam uerò buxum, quidã adhuc aliter. Tertiam autem uocem aliquibus placet cucurbitam, nonnullis hederam, quibusdam alium esse fruticem. In his igitur, et similibus, noli te scrupulosa inquisitione macerare. Sequere quod uides ab eruditis pluribus receptum, aut certè quod doctißimus aliquis ualidis & perspicuis argumentis euicerit sentiendum. Neq; illud ignorandum, apud Hebræos frequenter unam aliquam uocem ijsdem depictam literis Hebraicis, uarias quidem res significare: atqui certam significationem ex accentibus atq; punctis uocalibus cognosci posse. Comprobat id Hieronymus, dum enarrans Iezechielis cap. 27. ait, Dã mascum significare bibentem sanguinem, item sanguinem cilicij, & sanguinem oculi. Tandemq; subijcit: Frequenter Hebræa nomina pro diuersitate accentuum, mutatione literarum, uocaliumq; uel maximè, quæ apud illos habent proprietates suas, uariè interpretãtur. Exemplum idem ponit Abacuk 3. רבר uox,

si adiungantur puncta, דָּבָר dabar, sonat uerbum: autem דֶּבֶר dæbær, pestem. Ergo retinendum memoria est, sæpenumero apud Hebræos ipsa puncta uocalia, ambiguæ uocis idoneam & conuenientem significationem aperire.

Obseruatio V.

Crebrò etiam uox quæ nõ est πολύσημος, neq; instituta ad significandum res plures, pro pluribus affinitatem aut similitudinem aliquam habentibus usurpatur. Quod plerunq; fit aliquo tropo. ut, brachium quid proprie significet, unicuiq; tenenti partes humani corporis notũ est: at interea crebrò pro fortitudine, robore, uiribus, per metonymiam ponitur. ut Psal. 4. Brachium nõ seruabit eos. Sæpius etiã Deo tribuitur brachium, quomodo & alia membra, quadam similitudine. Luc. 1. Præstitit robur per brachium suum, dispersit superbos cogitatione cordis ipsorum. Aliquando significat per analogian & proportionem eum qui proximè iungitur, & uicinus est. Iesa. 9. Manducabit unusquisq; carnem brachij sui, id est sui proximi, comedet. Anima partem hominis præstantiorem significat, alibi uerò per synecdochen, totum hominem. Gen. 14. Da mihi animas: id est, homines captiuos. Ad Rom. 13. Omnis anima potestatibus sit subiecta: id est, omnis homo. Aliquando per metalepsin pro uita hominis ponitur, cum uitæ causa sit. Iob. 2. Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dat pro anima sua. Ibidem. Animam eius ne tangas. Psal. 40. Qui quærunt animam meam: id est, insidiantur uitæ meæ. Sic mundus, caro,

loco, serpens, aqua, oleum, fermentum, regnum, ciuitas, domus, & innumera id genus, frequenter in scripturis magna cum gratia, per metaphoram, metalepsin, synecdochen, metonymian, antonomasian, catachresin, à propria & natiua significatione sua ad aliam demigrant. Quinetiam eædem uoces alibi quidem ad laudem, & in bonam partem: alibi uero ad uituperationem, & in malam partem accipiuntur. Christus leo describitur Apocalypsis 5. Diabolus similiter leo appellatur, 1. Petri 5. Fermentum capitur in bonam partem, ubi Ecclesia comparatur cum fermento repositio in farina: Matthæi 13. Rursus in malam, ubi describitur fermentum pharisæorum, fermentum maliciæ: Matthæi 16. 1. Corinth. 5. Galat. 5. Antiphrasin etiam obseruat Augustinus libro Contra mendacium, cap. 10. in illis uerbis Iob 2. Si non in faciem benedixerit tibi. Ait namque, benedicere tibi, positum pro maledicere. Eodémque uerbo, confictum crimen Naboth, à calumniantibus nominatum. Dixerunt enim, quòd benedixisset regi: id est, maledixisset. 1 Reg. 21. Scatent igitur omnis generis tropis sacri libri omnes. Quid, quòd eadem uox post modicum interuallum nonnunquam recurrit: atque altero quidem loco spectari debet significatio eius natiua, altero translatiua? Ioan. 4. ait Christus: Da mihi quod bibam. Et paulo pòst: Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: quisquis autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. ubi, Bibere posteriore loco, aliud quiddam

significat, quàm in prioribus: facta nimirum transla-
tione à corporali ad spirituale. Eodem capite idem
Christus: Non´ne uos dicitis, Adhuc quatuor menses
sunt, & messis ueniet? Ecce dico uobis, attollite ocu-
los uestros, et uidete regiones, quoniam albæ sunt iam
ad messem. Posteriori loco sermo est de messe spiritua-
li, qua accersendi colligendiq; sunt proposito Euan-
lio omnis generis homines in sanctam Dei Ecclesiam.
priore loco de messe corporali agitur, qua fruges re-
tuntur, & recõduntur horreis. Docebit igitur te, q
sensu positæ sint eiusmodi dictiones, primùm ipsa
tionis sententia: deinde inter legendum diligens ob
uationem nec nõ collatio locorũ inter sese, quibus ea
uoces recurrunt, alia atq; alia significatione usur
tæ. Qui autem tropos calluerit à Grammaticis tr
solitos, facilè hac in parte aduertet, quæ ad recte i
ligendam sententiam pertinent.

Obseruatio VI.

Permultæ insuper uoces in Scripturis fiunt ob
quæ per se & absq; tropo apud Hebræos magna
sono & significatione habent gratiam: simplicite
tem ab interpretibus in Latinum conuersæ sermo
neq; parem gratiam, neq; eandem prorsus signifi
tionem obtinent. Enimuerò in unaquaq; lingua c
modi uoces licet multas obseruare. Quid dico in u
quaq; lingua? immò uerò in una eademq; lingua
dias subinde, pro diuersitate populorum & pro
cialium ea utentium, diuersa hinc inde circumfe
uocabula. In Italia, cum omnes profiteantur se Ita

Italicè, tamen Tuscis, qui omnium purissimè loqui iudicantur, inueniãs nonnulla usitata, quæ ignorare se agnoscunt Insubres & Ligures. Apud Gallos in Aquitania, in Belgis, multa animaduertes uocabula, quæ non probantur Lugdunensibus, uel Turonibus. Per Germaniam quàm latissimè diffusi populi, linguam Germanicam omnes sibi uendicant: non pauca interim uocabula proferuntur à Saxonibus, quæ ingrata forent auribus Sueuorum, Heluetiorum, aliorumq; populorum. Quæ igitur ad hunc modum propria sunt gentis alicuius uocabula, si quis etymon aut genuinam significationem spectans, latinitate donare studeat: planè monstra uerborum parturire nonnunquam uidebitur. Atqui scire oportet, eâdem prorsus ratione linguæ Hebrææ esse domestica uocabula, tum sono, tum significatione mirè grata: quæ quando in peregrinam transfunduntur linguam, horridum & stridulum quiddam repræsentant, necnon facessunt imperitis negocium. In quam sententiam rectè à D. Augustino dictum est libro de Vera religione, cap. 50. Habet omnis lingua, inquit, sua quædam propria genera locutionum, quæ cum in aliam linguam transfunduntur, uidentur absurda. Quam quidem ob causam nonnulli interpretes eiusmodi uoces præterire sunt conati, alijs uocabulis, quæ latinis auribus magis accepta sunt, & sentẽtiæ explicandæ satis cõueniũt, in locum illorum suffectis. Nonnulli uerò malunt, ita ut Hebræis significant, bona fide, & habita ratione etymi, exactè reddere. Hæc igitur res difficultatem ijs

qui minus assueti sunt, interdũ gignet. Addito exem-
plo, fiet, quod dicimus, magis perspicuũ. Hebraica uox
est ברך berech, simpliciter significans benedicere. Q
aũt hæc uox non perinde sit auribus Latinis usitata
gaudet interpres aliquis pro ea usurpare has uoces
laudare, prædicare, fortunare, beare, bene ominari se
precari, fauere. Alius uerò pro his omnib. significat
uerbum Benedicere ubiq; retinet, hac fretus ratione
quòd id ita postulet idioma et phrasis Hebraica. Qu
circa nominãt etiã istiusmodi locutiones, Hebraismos
atq; phrases Hebraicas. Igitur cum occurrit, Bened
Deo: idem pollet hæc phrasis quod, lauda Deũ, pr
dica Deum. Benedicat nos uel nobis Deus noster: i
est, faueat nobis, fortunet nostra omnia, beet nos. Isa
benedicit filijs: id est, bene ominatur ac precatur. Sub
ijciam autẽ plures huius generis Hebraismos, ut ty
habeat rationem quandam similes quoq; colligendi.

Ambulare pro uiuere, uitã instituere. Psal. 119. Be
ti qui immaculati sunt in uia, & ambulant (id est, u
tam instituunt) in lege Domini. Quo loco uia signi
cat uitam, seu mores atq; actiones.

Aedificare pro docere, instituere: 1. Corinth. 14. O
mnia ad ædificationem fiant.

Verbum pro re, facto uel negotio. 1. Samuelis
Quod est uerbũ quod Deus locutus est ad te? id est
qua de re Deus locutus est tecũ? Iesa. 2. Verbũ quod u
dit: id est, res, negociũ. Luc. 2. pastores aiũt, Videamu
uerbũ hoc quod factũ est ad nos. Luc. 1. Nõ erit impos
sibile apud Deum omne uerbum. Aliquando uerbum

significat legem diuinam, præcepta, decreta Dei, prophetias, promissiones Dei: ut Psal. 119. Verbum tuũ Domine permanet in æternũ. item Matth. 24. Cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Psal. 119. Memor esto uerbi erga seruum tuum.

Timor, pro religione, reuerentia, cultu, amore. Ioanæ 1. Dominum deum cœli ego timeo: id est, colo.

Affligere, pro eo quod est humiliari, fastum deponere, pœnitentiæ signa edere. Leuit. 16. Mense septimo in decima mensis affligetis animas uestras. Sed hoc pacto plurima recensere, & singulis adijcere è scripturis locos, prolixum foret. Breuiter igitur uocabula quædam adhuc proferemus.

Panis, pro omni genere cibi.

Aqua, pro omni genere potus. Videri tamẽ possint hæ uoces ita usurpari per synecdochẽ, aut metalepsin.

Nomen, pro potentia, dignitate.

Vas, pro instrumento, machina, ministro.

Manus, pro quocũq; instrumẽto, opera, nutu, iussu, potentia.

Iniquitas, pro quouis crimine, pœna.

Misericordia, pro beneficentia, benignitate.

Beneplacitum, pro fauore, beneuolentia, obsequio, iucundo, grato.

Pacificum, pro placido, fœlici, saluo.

Pax, pro prosperitate, tranquillitate, quiete, salute.

Gladius, pro bello aut cæde: quamuis metonymia hic subest. Dicitur & os gladij, pro ijsdem.

Iudicare, pro regere, punire, ulcisci.

Confiteri, pro celebrare, gratulari, gratias agere.

Respondere, pro exordiri, enunciare.

Visitare, pro cognoscere, causam inspicere, uindicare, ulcisci, rationem habere, salutem quærere.

Cognoscere, pro concumbere.

Filij, pro hominibus quibuscunq;, pro genere, posteritate, natione, pro gnatis, nepotibus, item pro discipulis.

Filij, pro oppidulis & uicis: sed non citra tropum & metaphoram.

Facies, pro tractu, ora, regione, conspectu, præsentia, ira, furore, &c.

Frangere, pro atterere, destruere, uastare, occidere.

Frater, pro quocunq; eiusdem generis, populi, religionis.

Maledictio, pro obtrectatione, obloquio, execratione, pœna.

Magnificare, pro educare, prouehere, celebrare.

Meditari, pro secum reputare, disserere, disputare, delectari.

Sanctificare, pro consecrare, beare, seruare, celebrare, prædicare.

In his igitur, & similibus uocabulis, quæ innumera sunt, Hebraici sermonis manet proprietas: atq; certa colligatur, ubi eæ occurrunt, sententia, operæ precium est subinde aliam significationem recipere præter eam quã simpliciter apud nos habent: & quidem nulla ratione tropi habita, sed tantũ pro lingua

Hebræ

Hebrææ usu & consuetudine. Porrò hic salubrius consilium non habemus, quàm ut tyro inter legendum tales phrases sedulò obseruet, atq; ex contextu sermonis certas eliciat sentẽtias. Frequenti sacrorum librorum lectione, familiariter notæ fient.

Obseruatio VII.

Vnum nomen proprium quandoq; pluribus rebus seu personis attribuitur. Sic nomina Pharaonis, Herodis, pluribus personis conueniunt. Alius nanq; Pharao, ad quem peruenit Ioseph: alius, ad quem mittebatur Moses. Haud prætereundum, quod Ambrosius enarrans epistolæ ad Rom. cap. 9, & Augustinus locutionũ in Genesi lib. 1. adnotarunt, Aegyptijs olim omnes reges communi appellatione dictos Pharaones, quomodo suos principes solent Romani uocare Augustos: ac Pharaonis uocabulum, non personam, sed dignitatem notare. Addunt nonnulli, à Ptolemæi Lagi inde ætate, omnes Aegypti reges nominatos Ptolemæos: sicut quondam plures Persarum reges nuncupabantur Bagoij, & reginæ Aethiopicæ commune sortitæ sunt nomen Candaces. Sed ad institutum. Alius fuit Herodes, quo regnante natus est Christus: alius, qui obtruncari iussit Ioannem.

Ita & de cæteris nominibus, ut Nabucadnæzar, Ptolemæi, Mariæ, &c. iudicandum. Qui uerò hic ab errore uolet se extricare, iuuabitur in primis, attentius cõferendo in sacris libris eos locos, in quibus eadẽ nomina repetũtur: atq; rationẽ tẽporũ accuratè subducendo, uel etiã agnominũ siue notarũ (si modò ascri

ptæ ullæ fuerint) discrimen prudenter colligendo. Quamuis Historiographorum, & præcipuè Iosephi commentarij, in huiusmodi nodis dissoluendis prodesse plurimùm poterunt. Quod uerò de hominum appellationibus dicitur, idem usuuenit & in nominibus locorũ. Etenim duas prouincias Galilæas inuenimus, alteramq; appellatam gentium: nisi malimus, unam tantùm prouinciam, ita tamen diuisam, ut altera superior, altera inferior fuerit habita. Plures item urbes Cæsareas, è quibus una Philippi, Matth. 16, quòd uidelicet Philippus Herodis tetrarchæ frater eã condidisset, quondam Paneas dicta: altera, ab Herode Antipatri filio restaurata, olim Turris Stratonis. In his igitur, cùm historiarum scriptores, tum periti topographiæ, oportet adhibeantur arbitri, maximè qui Palæstinã & uicinas regiones descripsere. Etiamsi, ut proximè diximus, in scripturis ipsis, uel exposita utcunq; situs ratio, uel aliquid discriminis ergò adiectum, consueuit plerunq; inueniri.

Obseruatio VIII.

Ediuersò, aliquoties plura nomina uni tribuuntur personæ, siue rei. Ex quo fit, ut nouo occurrente nomine, alia quoq; existimetur res, seu persona. Vrbs Ierusalem, Genesis 14. & ad Hebræos 7. uocatur Salem. Iehosua 18, 1. Paralip. 11. Iebusi. Raguel, socer Mosæ, etiã Ietro dicitur. Gedeon, appellatur Hieroab. Mons Thabor, alio loco Itabyrium. Rursus montem Hermon Phœnices cognominãt Sanier, Amorrhæi uerò Sanin. Eadem cœli plaga appellatur Nageb, Theman, Darõ

Testis

Testis est Hieronymus scribens aduersus Heluidium. Ad hæc, Ahaziahu nuncupatum legimus, qui aliàs Azarias ac Ioachim: è quibus primum nomen secundo Paralip. 22. proximum cap. 21. ubi numerantur fratres Iehoram. Item Petrum, Simonem, Cæpham: Paulum, dictum etiam Saulum: Matthæum, aliàs Leui: Iudã Zelotem, alibi Thaddæum: Ioannem, aliàs Marcum. Et qui Matth. 1. Iechonias, Luc. 3. est Neri, in lib. Regum est Ioachim. Qui apud Lucã est Zerubabel, Nehem. 3 dicitur Barachias. Sæpe Iacob & Israel pro eadem persona, eodemq; populo, trahente ex Iacob originẽ, usurpantur. Esa. 9. Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel. Idem de Zion & Ierusalem est iudicium. Cæterùm nõ potest hic certa tradi dijudicandi formula: nisi ut diligenter conferantur loci, atq; ex antecedẽtibus ac sequentibus, uel ex circũstãtijs, præsertim temporum locorumq;, euidens aliqua notetur ratio, declarans diuersa illa nomina eidem rei conuenire. Quamuis uix efficiet aliquid tyro, quando hac in parte se torquent etiam exercitati, et prouecti. Acquiescet igitur uel docti cuiuspiam, quem consulit, explicationi: uel interpretum, quos nancisci potest, commentarijs. Nos interea huius uarietatis, quæ errorem posset párere, duximus Theologiæ candidatos admonendos.

Obseruatio IX.

Nomina propria tum personis, tum locis, tũ alijs rebus frequenter ab euentu aliquo sunt primùm imposita, uel etiã immutata. Genes. 17. qui prius Abrã, id est,

pater

pater excelsus, postea uocatur Abraham, quasi dica
patrem excelsum multitudinis, siquidem multæ ab
lo gentes tracturæ erant originem. Genes.21.& s
Beersebа,oppidum,quasi dicas puteus iuramenti:
appellatum, quòd ibi Abraham & Abimelech iur
mento fœdus sanciuissent. Genesis 22. mons quid
Dominus uidebit, dictus: quia Dominus ibi angel
misit, qui manum Abrahæ retraxit, ne gladio feri
Isaac.Gen.26.puteus Esech, id est, contentionis:
propter eum rixati fuerant pastores Gerar, & pa
res Isaac. Gen.25. Iacob nomen habet à supplanta
simul quòd nascens plantam Esau manu teneret, st
quòd Esau postea fefellerit ac supplantarit. Cre
obuia sunt huius generis exempla. Minimè autem
scripsissem hanc obseruationẽ,nisi uidissem ab Ioa
Chrysostomo positam homilia 15.in Genes.Prodes
tem eius meminisse,tum ut inter legendum excite
nonnunquã ad diligentius inquirendas historias: t
quòd interdum ex ratione nominum utilis aliqua
ctrina,aut argumentatio apta sumi potest. Quemad
author Epistolæ ad Hebræos cap.7, Melchizedec
ctè interpretatur significare regem iusticiæ. Cum
lem esset rex Salem, id est, pacis:ratiocinatur, in
typum Christi pòst uenturi, qui solus uerus fuit r
iusticiæ & pacis,præluxisse. Et Ioan.1. Christus ad
monem: Tu, inquit,uocaberis Cephas: quod sonat,
interpreteris,petrus,siue petra. Debinc Matth.16.
eundem: Tu es Petrus,& super hanc petram ædifi
bo meam Ecclesiam.

Obseruatio X.

Neq; uerò negligendum, quòd tam scriptura ipsa quàm interpretes, nomina personis & locis accõmodant, quæ nondum eo fuerunt nota tẽpore, quo res gerebãtur, sed diu pòst cognoscuntur indita. Quod quidem per προλυψιν, id est, anticipationem fieri, certum est. Quod autẽ ad Scripturã ipsam attinet, uideo diuum Augustinum libro Quæstionum super Leuiticum cap. 23. scitè adnotasse: Vestem (inquit) sacerdotalem, quæ magnum cõtinet sacramentum, Aaron iubetur accipere, & successores eius summi sacerdotes, in Exodo, antequã omnino aliquid de sanctificandis & quodammodo ordinandis sacerdotibus præcipiatur: quando Mose ascendente in montẽ, iubentur nõ ascẽdere sacerdotes, quos intelligere alios nõ possumus nisi filios Aaron: non quia iam sacerdotes erant, sed quia futuri erant, hoc eos iã tunc scriptura appellauit, per anticipationem: sicut sunt pleraq; taliũ locutionũ. Nã & filius Naue, Iesus appellatus est, cũ lõgè postea hoc nomẽ ei Scriptura narret impositum. Hæc ibi. Cæterùm quòd interpretes idem faciant, testis locupletissimus est, de LXX interpretibus, & de seipso, Hieronymus, enarrãs Iezechielis cap. 30. sic nanq; ipse ex Hebræo conuertit: Dabo ignem in Taphnis, & faciam iudicia in Alexandria, & effundã indignationem meam super Pelusium. Septuaginta autem ita: Dabo ignem super Thanim, & faciam ultionem in Diospoli, & effundam furorem meum super Sain. Ad quæ uerba in commentario: Faciam, ait, iudicia in Alexandria,

dria, quæ hodie sic uocatur, cæterum pristinum nomi
habet נא No, quod Aquila, Symmachus & Theodo
tio, sicut in Hebræo positum est, transtulerunt. Pr
quo nescio quid uolentes Septuaginta, dixere Dios
lim, quæ Aegypti parua ciuitas est. Nos autẽ pro No
Alexãdriam posuimus, per anticipationem, quæ Gra
cè πρόληψις appellatur. iuxta illud Vergilianum: La
uinaq; uenit Littora. non quòd eo tempore, quand
uenit Aeneas in Latium, Lauinia dicerentur: sed qu
postea Lauinia nuncupata sunt, ut manifestior loc
fieret lectoris intelligentiæ. Et effundam, inquit, ind
gnationem meam super Sain, quam nos in Pelusi
uertimus. Ita Hieronymus. Existimauimus istud obti
adijciendum, ut studiosi rerum sacrarum indagator
si quando inuenirent diuersa locorum aut person
in libris sacris, siue apud interpretes, uocabula, secun
disquirerent diligenter, utrum fortè aliquid per pr
lepsin adscriptum esset.

DE IMPEDIMENTO EX PLV ribus uocibus simul iunctis, atq; insolita locutione. Cap. IX.

Fieri autem potest, ut qui sic satis fœliciter se ex
tricauit è spineto, in quo hærebat ob unius dictio
nis, tanquam interpositæ uepris, molestiam: pro
gredi adhuc prohibeatur, propter occurrentes nou
salebras aliquot dictionum simul iunctarum. Est igi
tur nunc de hoc quoq; impedimento dicendum, atq
monstrandum iter, quò euadere liceat. Sit igitur hu
deducens prima obseruatio.

Obser

Obseruatio I.

Quòd diximus de Hebraismis obseruãdis in quibusdã uocibus solitarijs, & per se positis: idem facere cõuenit in uocibus duab. aut tribus cõiugatis, siue in uocũ cõstructione. Est namq; Hebræis sua quoq; propria cõstructio, & uocum quarundã colligatio, à Latinorum more in multis dissentiens: quam tamen interpretes coguntur sæpè retinere. Nam euangelistas atq; apostolos uidemus in suis scriptis, licet Græcè editis, id frequenter facitasse. Quæ igitur huius generis sunt locutiones, eæ solent candidatos Theologiæ subinde remorari. Quãobrem par est, hi inter legẽdum eas studiosè tantisper obseruent, dum familiares sibi faciant. Exempla aliquot non pigebit subijcere.

Sæpe apud Hebræos coniunguntur duo substantiua, quorum alterum redditur genitiuo casu. Quod cũ fit, alterum respondet adiectiuo Latinorum. Genes. 2. Insufflauit in nares eius spiritum uitæ. Nos diceremus, spiritum uitalem. Genes. 1. Lignum fructus, id est, fructiferum: Viri misericordiarum, id est misericordes. Terra desolationis, id est, desolata. Interpretes latinas phrases supponunt.

Abstractum ponitur pro cõcreto. Iesa. 41. Ecce uos estis ex nihilo, & opus quoq; uestrum ex nihilo est: abominatio eligit uos. id est, homo abominabilis.

Rursus concretum pro abstracto. Psal. 7. Absumatur quæso malitia impiorum, & diriges iustum: id est, iusticiam.

Pronomina sæpe omittuntur. Psal. 9. Demersæ sunt gentes

gentes in fouea, fecerunt: subintellige, quam. Interpretes libenter farciunt, exprimentes pronomẽ relatiuũ.

Ex aduerso subinde ad finẽ superadduntur pronomina. Psal. 19. Non est locutio, neq; sunt uerba, ut non audiatur uox eorum. Vbi alia uersio habet: Quorum non audiantur uoces eorum. Item Psal. 9. Perijt memoria eorum cum ipsis.

Antecedens repetitur pro relatiuo, Leuit. 27. Si minuior fuerit æstimatione, collocabit se ante sacerdotem & æstimabit eum sacerdos, secundum id quod apprehendere poterit manus uouentis: pro, eius.

Rursus relatiuum pro antecedente, Numer. 7. Cum Moses ingrederetur tabernaculum testimonij, loqueretur cum eo, audiuit uocem ab eo qui loquebatur secum. Cum eo, dixit, pro, cum Deo.

Negatio una ponitur pro duabus, siue ad plura membra intelligitur repetenda. Psal. 9. Quoniã nõ in perpetuũ pauper dabitur obliuioni, spes humilium non peribit in æternum. Falsa erit posterior pars, nisi repetatur negatio, & dicatur: Spes humilium non peribit.

Coniunctio copulatiua interdum omittitur, quemadmodum apud Latinos. Gen. 1. Germinet terra herbam, gramen: pro, herbam & gramen. Alij reddunt herbam uirentem.

Sæpe etiam coniunctio copulatiua redundat & præmittitur, ubi nihil præcedit cui connectatur consequentia. Psal. 4. Et scitote quòd Dominus segregauit sibi pium: Dominus audiet, cum clamauero ad eum. August. in eiusdem Psal. enarratione.

Ad

Aduerbia similitudinis, sic, quemadmodum, sicut, crebrò omittuntur. Psal.11. Quomodo dicitis animæ meæ, à monte uestro, passer. Sententia est, sicut passer. Interpretes solent huiusmodi supplere. Esa.5. Sicut deuorat stipulam lingua ignis, & glumam flamma diffoluit: radix eorum quasi putredo erit. Intelligitur, sic radix, &c.

Sunt Hebræis usitatæ quædam uocum geminationes, quæ magnam habẽt emphasim, præsertim ad exprimendum maiorem certitudinem, accelerationem, continuationem, frequentiam. Sic Gen.2. De omni ligno horti comedẽdo comedes. Ibidem: Quocunq; die comederis ex ea, moriendo morieris. Gen.3. Multiplicando multiplicabo dolorẽ tuum. 1. Reg.3. Quacunq; die egressus fueris & transieris torrentem Kydron, sciens scias quòd morte morieris. Ieremiæ 42. Scientes scietis. Deut.11. Custodiendo custodietis.

Est item illis comparandi forma, qua singulis rebus inter se comparatis, adijcitur aduerbium similitudinis. Esa.24. Et erit sicut populus, sicut sacerdos: sicut seruus, sicut dominus. Interpretes solent reddere: Sicut populus, sic sacerdos. aut potius: Populus se habet sicut sacerdos, &c.

Verbum substantiuum crebrò desideratur. Esa.2. Quoniam dies Domini exercituum super omnem superbum & excelsum: supple, erit. Solent & hic interpretes reponere, si quid uspiam desit.

Si quando Hebræi uolunt rei cuipiam addere epitheton, id exprimunt nomine substantiuo genitiui ca-

i sus:

sus: ut, Deus pacis, filius perditionis, mammona iniq
tatis: pro quibus nos diceremus, Deus pacificus, fil
perditus, mammona seu diuitiæ iniquæ.

Aliquoties idem nomen substantiuum geminat
quod cum fit, aut distributio notatur, aut multitu
Leuit. 17. Vir uir de domo Israel: id est, unusquisq
singuli. Item Genesis 14. Vallis Siddim erant pute
tei bituminis. Pro quo interpretes: Erant multi p
bituminis.

Numerum cardinalem pro ordinali poni, non
insolens. Genes. 1. Fuit uespera, fuitq; mane, dies u
id est, primus. item Genes. 2. Nomen unius fluuij P
id est, primi.

Interdū numerus pluralis pro singulari, siue a
gnificandū unū è pluribus, ponitur. Iudicum 12. Se
tus est in ciuitatibus Gilead. id est, in una ciuitat

Quod plurali numero est enunciatum, nonnu
debet simpliciter explicari numero singulari. E
32. Fecerunt sibi deos aureos. ubi tamen paulo an
uno tantum uitulo aureo sermo habetur. Eodem
Aaron ait: Ecce dij tui, qui eduxerunt te.

Ediuersò quod numero singulari expressū est
inde intelligas oportet pluratiuè. Psal. 105. Dixi
uenit locusta & brucus, cuius non erat numeru
est, locustæ & bruci innumerabiles. Ioelis 1. Reli
bruci comedit ærugo, uel locusta.

Iam quòd in uerbis tempus unum substitu
pro alio, ueluti præteritum pro præsenti & futu
item participia actiui & passiui generis pro pr
ti

ti indicatiui (quo Hebræorum lingua destituta est) quòd item personæ crebrò mutantur: item in nominibus unum genus usurpatur pro altero: hæc inquam, aliáq; eiusdem ordinis, meritò à nobis adnotarentur: sed interpretum diligentia anteuertens, atque Latinorum more eadem omnia construens, efficit, ut minimè necessum sit, eum à nobis suscipi laborem. Sed neq; est præsentis instituti, omnes huiusmodi locutionum Hebraicarum formulas persequi. Frequēs lectio, quem admodum antè diximus, præceptoris uice erit, ac multa te docebit. Augustinus ætate proiectus, iamq; Episcopus factus, magna diligentia septem libros locutionum edidit: de quibus, uerba ipsius ex Retractationum lib. 2. cap. 54. adscribam. Septem libros de septem libris diuinarum scripturarum, id est, Moisi quinq;, & uno Iesu Naue, & altero Iudicum feci, notatis locutionibus singulorum quæ minus usitatæ sunt linguæ nostræ: quas parum aduertendo, sensum quærant qui legunt diuinorum eloquiorum, cum sit locutionis genus: & nonnunquàm exsculpunt aliquid quod à ueritate quidem non abhorreat, non tamen id sensisse autor, à quo hoc scriptum est, inueniatur: sed genere locutionis hoc dixisse, credibilius apparet. Multa autē in scripturis sanctis obscura, cognito locutionis genere, dilucescūt. Propter quod cognoscēda sunt eadem genera locutionum, ubi sententiæ patent: ut etiam ubi latent, cognitio ipsa succurrat, exaq; intentioni legentis aperiat. Hæc ibi. Versatus aliquando est in eodem argumento Eucherius scriptor Græ-

cus, qui operi suo titulum fecit, De formis spiritualibus. Nostra autem tempestate pariter de uocum simplicium & complexarum Hebraismis, multa in unum uolumen congessit Barptolomæus Vuestemetui, quibus rudes iuuari haud mediocriter poterunt.

Obseruatio II.

Aliquando etiam figurata est in aliquot dictionibus coniunctis locutio: quamobrem diligens haberi debet eiusmodi locutionum, dum inter legendum occurrunt, ratio. Hyperbolæ in sacris libris crebræ sunt. Gen. 13. Non sustinuit eos terra, ut habitarent pariter: quia fuit possessio illorum multa. notantur ingentes uitiæ. Ibidem: Planicies Iordanis, antequàm perderet Dominus Sodomã & Gomorram, fuit sicut ortus Domini: id est, supra modum commendabilis. Rursus eodem cap. Ponam semen tuum quasi puluerem terræ. De quibus uerbis Augustinus de Ciuitate Dei lib. 16. cap. 21. Quis, inquit, non uideat, quàm sit incomparabiliter amplior puluueris numerus, quàm potuerit esse omnium hominum ab ipso Adam usq; ad terminum seculi? Itaq; per hyperbolem dictum intelligitur. Exodi 3. 13, & alibi passim: Dabo uobis terram fluentem lacte & melle: id est, ualde fœcũdam. Leuit. 26. Dabo cœlum uestrum quasi ferreum, & terram quasi æs: id est, inducam sterilitatem. Item 2. Samuelis. Saul & Ionathas leuiores fuerunt aquilis, & fortiores leonibus. Psal. 105. Produxit, uel dedit terra eorum ranas: id est, autore Augustino, terram eorum commutauit in ranas. Tanta ranarum fuit multitudo, ut hoc

perbo

perbolicῶs conuenienter diceretur. Psal.107.de tempestatibus: Excitat Dominus spiritũ procellosum, qui eleuat fluctus maris: ascendunt in cœlum, & descendunt ad abyssos.Ioan.21. Si scribantur singula quæ fecit Iesus,nec ipse opinor mundus caperet eos qui scriberentur libros.Quo loco Cyrillus,Augustinus, aliíq; hyperbolem esse fatentur.Occurrunt præterea & periphrases.Iud.5.Qui ascenditis super asinas candidas, quiq; præsidetis in iudicijs,& ambulatis per uias. Significat tres hominum ordines: nobiles, siue equites: & iudices,siue senatores:& plebeios.Psal.21.Pones in capite eius coronam auri puri:id est,declarabis ipsum regem.Item,mingens ad parietem, aliquoties inuenitur pro cane positum, si fides danda commentarijs.In Euangel. filius hominis pro Christo, princeps mundi pro Sathana.Asteismus & urbana locutio latet in uerbis Apostoli Gal.5.Vtinã & abscindantur qui uos conturbant.Non optat Apostolus necari ullos,aut quouis pacto lædi: sed cum uerba feciſſet aduersus quosdam Iudæos, qui contendebant gentiles debere circumcidi,si uellent salutis per Christum fieri participes:Apostolus indignè ferens,ista subijcit, quasi diceret:Vtinã impostores illi tantopere urgentes circumcisionem, non modò circumcisi,sed etiam abscisi,resectis uidelicet mẽbris uirilibus,essent.Sic nanq; Apostoli expressit sententiam Chrysostomus. Cæterum & allegorias licet interdum in uerbis aliquot,siue in parte orationis obseruare.Iesa.11.ubi de Christo dicitur: Percutiet terrã uirga oris sui, & spiritu labiorũ suorum interfi-

ciet impiũ. Virga oris, spiritus labiorũ, significant pe
allegoriã, uim & potentiã doctrinæ Euangelicæ, to
to orbe præualentem. Est quoq; allegoria in ijs uerb
Iesa. 9. Vnusquisq; carnẽ brachij sui deuorabit. ubi de
uorare, pro molestare, diuexare: caro pro facultati
brachiũ pro homine siue proximo ponũtur. Et Ps
79. Deuorarũt Iacob & domũ eius, &c. id est, mol
starunt, oppresserũt: Iacob, gentẽ Iudaicã, quæ est p
steritas Iacob. Si quis tamẽ contendere uelit, in sing
lis uerbis spectandas esse metonymias, aut similitu
nes, nos non putamus odiosè litigandum. Certè Fabi
lib. 8. cap. 6. etiã in paucis uerbis allegoriæ uim agn
scit. Quin etiã prosopopœis Scriptura abũdat. ut I
saiæ 55. Montes ipsi & colles prorũpent corã uobis
laudẽ, & omnia ligna cãpi plaudent manu. & cap.
Erubesce Zidon, dixit mare. Ps. 93. Eleuauerunt flu
na uocem suam. & 98. Flumina plaudent manu, pa
ter mõtes tripudiabũt. Præterea enallagẽ, qui scrip
ras enarrãt, sæpenumero adnotãt. August. locutio
explicãs libri Exodi, in illis uerbis, Fecerunt sibi d
aureos: sicut & in uerbis Aaronis ad multitudinẽ,
sunt dij tui Israel, etc. interpretatur, esse enallagẽ, q
numerus multitudinis positus sit pro numero sing
ri: cũ cõstet, unũ tantũ fuisse uitulũ ex auro cõflatu
Simili ratione enallagen esse numerorũ apud Matt
quòd latrones probra Christo obiecerint: cum, test
Luca, id fecerit tantùm alter latro. Quanquam Hi
ronymo in commen. ad Euang. Matt. cap. 27. plac
per tropum qui appellatur σύλληψις, pro uno latr
ne

ne induci utrunq; blasphemantem. Sed addit: Quamuis Lucas referat, altero blasphemante, alterũ cõfessũ, nõ tamen discrepare Euangelia. Primũ enim utrunq; blasphemasse, uerùm paulo pòst alterum, cum uidisset solem fugientẽ, terrã cõmotam, saxa disrupta, ingruẽtes tenebras, ductum pœnitudine, increpuisse alterũ. Temporum quoq; enallage spectatur, quum Matth. 16. Matthæus uocatur publicanus, Simon leprosus: nõ qui iam essent, sed antè fuerant. Item cum Abigail iuncta matrimonio Dauidi, appellatur adhuc uxor Nabal, 1. Sam. 27. Sed quis recenseat omnes eiusmodi figuratas locutiones, cum innumerabiles penè extent, etiã in quotidiano & uulgari quarumcunq; gentium sermone deprehensæ? Nec ulla est tam rara forma, à qua scriptura abhorreat.

Obseruatio III.

Obseruari insuper debent (quod & paulo antè de solitarijs agentes dictionibus diximus) in sacris libris eæ locutiones, quæ pluribus & cõmutatis uerbis eandem exprimunt sententiam. Quod facto opus est, ne aliquando in mentem ueniat, diuersa dici, ubi tamen idem prorsus sensus hæret. ueluti Gen. 39. Præfectus carceris nõ uidebat quicquã in manu Ioseph, postquã Deus erat cũ illo. Nã quicquid ille faciebat, Deus prosperũ faciebat. Quo loco uerba hæc, Deus erat cũ illo: &, Deus prospera faciebat omnia: idẽ planè sibi uolunt, & posteriori membro exponitur prius. Psal. 7. Domine Deus meus, si feci istud, aut si est puersitas in manib. meis. Genes. 34. de filijs Iacob, molestè ferenti-

bus stupratam sororẽ suam à Sichem: Contristati sũ
uiri illi, & exarsit ira eorum ualde, quòd ille rem ab
surdam feciſſet in Iſrael, dormiendo cum filia Iacob
quod minimè fieri conueniebat. Facere rem abſurd
& facere quod minimè conueniebat, uix ulla ratio
diſtant. Non eſt aũt difficile de his formulis iudicar
Quanquã ferè ſemper uno membro aliquid amplia
uehemẽtiusq;, aut dilucidius ſaltem ſignificatur, qua
altero: quamobrem accipientur eæ locutiones, ut
exaggerandum illuſtrandumq; comparatæ.

Obſeruatio IIII.

Pari cura oportet prudenter diſtinguere eas lo
tiones, quæ cum uideantur non multum diſtare, re
men diuerſiſſimas ſignificant. Verbi cauſſa: Loqui
cor, uel ſuper cor, & loqui in corde, cenſeret qui
nihil diſiungi: & tamen ſi ad rationem loquendi H
bræis uſitatam aduertimus, compericmus illud H
bræis eſſe blandè, ſuauiter alloqui, & conſolari: ip
uerò, idem quod cogitare. Prioris formæ exẽpla ſu
Gen. 34. Loquutus eſt Sichem ad cor puellæ Dinæ
eſt, deliniuit animum eius blandis uerbis. Gen. 50.
ſeph conſolatus eſt fratres ſuos, loquutusq; eſt ad
eorum. Ieſaiæ 40. Loquimini ad cor Icruſalem, &
mate ad eam, quòd impleta ſit malitia eius, & rem
iniquitas eius. Poſterioris, Pſalm. 14. Dixit ſtultus
corde ſuo, non eſt Deus. Pſal. 15. Qui loquitur uerit
tem in corde ſuo, qui non eſt tranſgreſſus in lin
gua ſua. Satis eſt, obiter admo-
nuiſſe.

FR

FREQVENTER IN TOTA SENtentia difficultatem consistere: atq; de sermone figurato. Cap. X.

NVnc locus postulat, ut de scrupulis dicamus, qui oriuntur ex habitu totius sententiæ. Exposuimus autem suprà, tribus de causis difficultatem in integra sententia euenire. Prima, est sermo figuratus: secunda, est rerum ipsarum, de quibus agitur, ignoratio, aut minus attenta earundem inspectio: tertia est, non animaduersa consuetudo scripturarum. Igitur de figurato sermone oratio in præsenti instituatur. Placuit autem Spiritui sancto, qui est scripturarum autor, quiq; sanctis Prophetis & Apostolis usus est tanquam amanuensibus seu librarijs, sacros libros omni elegantiarum & ornatus genere illustrare. Id autem, non solùm quo declararet se libenter suã orationem accommodare hominum in loquendo consuetudini, qua uidemus in unaquaq; lingua figurarũ decorum seruari: uerùm etiam, quo uarietas illa commutatioq; leuaret tædium, adeoq; uoluptate quadam animos lectorum demulceret, sicut multiplices floscu-
li in prato, & distincti colores in tabula, mirificè delectant oculos: præterea ut inquisitione rectæ interpretationis, & germanæ sentẽtiæ in istiusmodi locis, acies mentis exercitaretur. Diligentiam enim aliquã oportet is adhibeat, qui figuratas locutiones affectat rectè intelligere. Quæ cum ita sint, meritò de figurato sermone in sacris libris obseruando, dextereq; explicando, regulas siue obseruationes nonnullas adijciemus.

Obseruatio I.

Sæpe contingit, de tota sententia ambigi, quòd figurata insit locutio, ob quam aliud intelligi debet, quàm uerborum contextus simpliciter sonat. Huius orationis sunt: allegoriæ, parabolæ, paræmiæ, ænigmata, & quod præterea est orationis genus, in quo aliud prætenditur in uerbis, aliud in sensu notatur. nam huiusmodi delicijs sacra scriptura, ut diues & fœcunda, non quaquam destituitur. Sed emunctæ naris lectorem esse oportet, qui figuras olfaciet, deprehendetq;. Neque uerò nos latet, paræmiã & ænigma numerari inter allegoriarum species, perinde atq; ironiam, asteismum, sarcasmum, mycterismum, antiphrasin, charientismum, & si quæ similes sunt. Atqui propositum nostrum non est, in præsenti ea de re fusius disputare. Sunt autem in libris sacris figuratæ locutiones, de quibus nobis sermo instituitur, non infrequentes.

Allegoria est Matth. 3. Iam uerò & securis ad radicem arboris posita est. Et mox: Cuius uentilabrum in manu ipsius, & repurgabit aream suam, & congregabit triticum, etc. Significatur autem adesse tempus, quo Christus accepturus sit à Deo patre plenum imperium ac potestatem, qua bonos quidem ad se recipiat, malos uerò perdat. Rursus Matth. 9. Ipsa quidem messis copiosa, cæterùm operarij pauci. Rogate igitur Dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam. Notat, multos maturos & idoneos esse ad percipiendam ueritatis cognitionem: restare duntaxat, ut stre-

nui emittantur doctores, qui ueritatem incorruptè docent.

Parabolas quondam etiam uulgo, & quidem in familiaribus colloquijs, usitatas fuisse, in primis Palæstinis, adnotauit Hieronymus. Vnde in Euangelica historia Christus permultas adfert in medium, quas recitare nunc minimè opus est. Iudic. 9. parabola (nisi malis dicere apologum) extat de lignorum comitijs habitis, in quibus de creando rege consultabatur. Iesaiæ 5. de uinea, per quam significatur Ecclesia. Sunt autem ad docendum multo aptissimæ: quam ob causam crebrò adhibentur.

Inter ænigmata commodè referetur illud Iesa. 63. Quis est iste qui uenit ab Aedom rubricatus in uestibus de Bozra, &c. Iterum: Torcular calcaui solus, & ex populis non est uir mecum. Ezech. 23. Fili hominis, duæ mulieres, filiæ matris unius fuerunt, & fornicatæ sunt in Aegypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt, ibi cõtusa sunt ubera earũ, & ibi cõpressérunt ubera uirginitatis earum. Ezech 17. aliud ænigma de aquila grãdi. Iudicum 14. ænigma Samsonis, de melle ex ore leonis exẽpto. D. Augustí. de Trinitate lib. 15. cap. 9, ait ænigma esse in his uerbis Prou. 30. Sanguisuga duas habet filias clamãtes, Affer affer. Chrysostomo in Matth. Homilia 66 placet, ænigma subesse his Christi uerbis: Calicem quidẽ meum bibetis. Quam tamen locutionẽ ego prouerbialiter dictis potius annumerauerim.

Paræmiæ magnam in omni sermone habent gratiam, ac multæ libris sacris aspersæ sunt. Num &

Saul

Saul inter prophetas? Primi Samuelis 10. Ab impi
egreditur impietas: 1. Samuel. 24. Tibia cecinimus uo
bis, & non saltastis: lugubria cecinimus uobis, & no
planxistis: Matth. 11. Vbicunq; corpus, illic congreg
buntur & aquilæ: Matth. 24. Potestis bibere poculu
quod ego bibiturus sum? Matth. 20. De torrēte in u
bibet, propterea exaltabit caput: Psal. 110. Durum c
contra stimulos calcitrare: Act. 9. Paululum ferme
totam cōspersionem fermentat: 1. Corinth. 5. Canis r
uersus ad suum ipsius uomitum, & sus lota reuersa
uolutabrum cœni: Prouerb. 26. 2. Petri 2. Sunt alia m
ta huius generis. Ergo accuratè obscruetur, utrū, q
loco incidit obscuritas, in eo lateat forsitan allegor
aut parabola, aut ænigma, aut prouerbium. Sed dic
Quo nam pacto decernam, num hunc in modum
gurata sit locutio, an non? Hac de re audi regulam
fideli præceptore Augustino, de Doctrina Christia
lib. 3, cap. 10. traditam.

Obseruatio II.

Iste est modus, inquit Augustinus, inueniendæ lo
tionis, propria ne, an figurata sit. Quicquid in
mone diuino neq; ad morum honestatem, neq; ad
dei ueritatem propriè referri potest, figuratum
cognoscas Clarius de eadem re cap. 15. Seruabitur,
quit, in locutionibus figuratis regula huiusmodi,
tam diu uersetur diligenti consideratione quod
gitur, donec ad regnum charitatis interpret
perducatur. Si autem hoc iam propriè sonat, n
la putetur figurata locutio. Et addit cap. 16. Si pr
cepti

ceptiua locutio est, aut flagitium aut facinus uetans, aut utilitatem aut beneficentiam iubens, non est figurata. Si autē flagitium aut facinus uidetur iubere, aut utilitatem aut beneficentiam uetare, figurata est. Nisi manducaueritis (inquit Ioan. 6.) carnem filij hominis, & sanguinem biberitis, non habebitis uitam in uobis. Facinus uel flagitium uidetur iubere: figurata est ergo, præcipiens passioni Domini esse cōmunicandum, & suauiter atq; utiliter recondendum in memoria, quōd pro nobis caro eius crucifixa & uulnerata sit. Ait scriptura Prou. 25. Si esurierit inimicus, ciba illū: si sitit, potum da illi. Hic, nullo dubitante, beneficentiā præcipit. Sed quod sequitur, Hoc enim faciens, carbones ignis cōgeres super caput eius: maleuolentiæ facinus putes iuberi. Ne igitur dubitaueris, figuratè dictum. Et cū possit dupliciter interpretari, uno modo ad nocendum, altero ad præstandum beneficentiam: te potius charitas reuocet, ut intelligas carbones ignis esse, urentes pœnitentiæ gemitus, quib. superbia sanatur eius qui dolet se inimicū fuisse hominis, à quo eius miseriæ subuenitur. Hæc ille. Neq; uerò hæc tantùm de præceptis, uerumetiā de quibuscūq; tum dictis tū factis accipies. quod idē Augustinus adnotauit capite eiusdē libri 12 dicens: Quæ quasi flagitiosa imperitis uidētur, siue tātū dicta, siue etiā facta sunt, uel ex Dei persona, uel ex hominū quorum nobis sanctitas commendatur, tota figurata sunt, quorum ad charitatis pastum enucleanda secreta sunt. Addamus nos etiam istud: Eadem uia incedere oportet in uaticinijs, promissioni-

missionibus, narrationibus, quæ de Christo & regno eius, itemq; de pijs credentibus, in prophetarũ libris occurrunt. Multa namq; de his dicuntur magnifica, præclara, quæ, si uerborũ tantùm spectetur sensus, uana certa, imò falsa iudicari queãt. Audis enim de Christo quòd Deus imposuerit capiti eius coronam de lapide precioso: audis, quòd gẽtes et populos attriuerint, quòd dominari debuerit à mari usq; ad marc, &c. Hæc autem cum non ita euenerint, causam præbuerũt etiam Apostolis dubitandi de regno Christi. Quales aũt describuntur triumphi Ecclesiæ? quàm augusta sunt omnia, quæ promittũtur pijs? At interim minimè uidemus successus talibus promissis respõdere. Itaq; operæpretium est dicamus in summa, tales locutiones omnes esse figuratas: nec nõ, ex descriptionib. rerum temporalium & ciuiliũ, tacitè colligendã esse interpretationem de bonis spiritualibus, quæ reuera affatim supperent in regno Christi, id est ecclesia, & apud pios abundare inuenientur. Hæc in præsenti sufficiant.

Obseruatio III.

Cæterùm tenere oportet certã rationẽ propriè dicendi positeq; explicandi, quod figuratè dictum animaduertitur. Sicut absurdum reuera foret sententiã figuratã interpretari, sequẽdo singularum uocũ naturalem significationẽ (hac nãq; ratione uideres quibusdã sententijs, quod antea audiuimus, detestanda præcipi, fugitia, pulcherrimas uirtutes uetari, aliaq; plura cum ueritate pugnantia) ita peræquè absurdũ fuerit, cum mediũ adducere expositionem, quæ primùm in

tam ucnerit. Vtrũq; ex æquo reprehensionẽ meretur. Diligẽs igitur dãda est opera, ut in locis hisce intricatis solidã, stabilẽ, quãq; tutum sit retinere, interpretationẽ inueniamus. Admodũ turpe, iuxtaq; piculosum est, quasi fluctibus in alto essemus expositi, modò huc, modò illuc iactari, te nunquã ad eã pertingere sententiã, quã probabile est scriptoris proposito respõdere. Quid proinde hac in parte ex re studiosi adolescentis esse ducã, minimè dissimulabo. Principiò unũquẽq; admonitũ uelim, ne auidus ad explicationes figuratas accurrat, néue hac in re curiosus, nimiũq; audax sit. Nõnullos uidimus, qui sententiam quamlibet, in qua duæ tréue occurrebãt translatitiæ dictiones, statim suspicati sunt totã figuratè accipiendã. Pòst aũt aliquanto eò prolapsi sunt stultitiæ, ut etiam ubi plana in uerbis propriè acceptis cõspiciebatur sententia, interpretationes tamẽ allegoricas intempestiuè & ualde anxiè excogitarent. hinc uerò perditè indulgẽtes adfectibus, scripturã pro libidine suã sunt interpretati, atq; quò uolebant obtorto collo eam pertrahentes, falsis seruire opinionibus coegerunt. Augustinus refert, suæ ætate quosdam qui nuptias aspernabantur, sibiq; impensè placebant ob cœlibatum, omnia quæ de diligenda & regenda uxore in sacris extant literis, alio sensu tanquã allegoricè dicta exposuisse. Nos aliquando audiuimus simili persuasione imbutos inflatosq;, locũ Apostoli de Episcopo unius uxoris marito, enarrãtes de una Ecclesia, seu uno sacerdotio occupando: quam tamen interpretationẽ ut à uero nimis abhorrentem,

Theo-

Theophylactus diserte reijcit. Cauebit igitur Theolo-
giæ candidatus, ne hos philosophastros sequatur. Ha-
autẽ ingredietur uia. Vbi sermo figuratus non est, d-
alia interpretatione nõ erit solicitus, quàm de ea qu-
in uerbis ipsis clarè est reposita. Vbi uerò sermon-
figuratum esse planè constat, cura sit genuinã senten-
tiam eruere, neglecta ipsarum uocum significatio-
Rectam autem germanamq; sententiam hoc pacto
rues. Aduerte in primis, quibus de rebus, & quẽ ad
nem instituta sit tota oratio. Deinde, quæ nam pra-
dant, sequãturq;, sine inuolucris clarè enunciata. Ha-
propositum sit, colligere quod consentit cum reg-
fidei, quodq; ad ueram pietatem promouendam u-
est. In hæc si mentis aciem intendas, proculdubio
tim subibit animũ, quod ad scriptoris mentem qu-
proximè accedit. Necesse reuera est, omnis figurat-
ctorũ interpretatio ad antecedentia & sequentia
per quadret. Etenim suam ipsa mentẽ Scriptura
ponit: atq; aut uicinorum, aut quod extremum po-
gium, aliunde petitorum locorum inter se collatio
dit manifesta, quæ abstrusa antè apparuerant. Sic
dem rectè Augustinus, enarrans Psal. 8: Hæc reg-
inquit, in omni scripturæ allegoria retinẽda, ut u-
licet pro sententia præsentis loci consideretur, q-
per similitudinem dicitur. Hæc est enim Dominic-
Apostolica disciplina. Exemplo reddetur, quod d-
mus, magis peruium. Hæc uerba ex Prouer. 25. ad
12. ab Apostolo usurpãtur: Si esurit inimicus tuus,
sce illum: si sitit, da illi potum. hoc enim si feceris,
bo-

bones ignis coaceruabis in caput illius. Perabſurdum aũt uideatur, caput cuiuſpiã adobruere carbonibus: quare ad ſententiæ proprietatẽ, magis quàm ad uerba, oportet reſpiciamus. Quoniã uerò inſtituta eſt ab Apoſtolo oratio, de non expetenda priuata uindicta, adcoq; de diligendis inimicis, id quod tam antecedentia quàm ſequentia non obſcurè arguũt: par eſt intelligamus, nihil quod improbè fieret præcipi. Itaq; notari aliquid potius, referendũ ad eius perſonã cui bene fit, quàm qui bene facit. Interpretor igitur hæc uerba, Carbones ignis ſupra caput eius coaceruabis: perinde accipienda, atq; ſi diceretur: In benefaciendo ita urgebis & premes illius cõſcientiam, ut uelit nolit, fateri tacitè cogatur, ſe iniquè feciſſe, ſe tibi iam obſtrictum teneri, & ingratiſſimũ planè fore, niſi bene merentem uiciſſim amet ac reuereatur. Cæterũm qua ratione dicta factaq; ſanctorũ Patrum, quos ſcriptura celebrat, per allegoriã explicentur, nec nõ præſenti accommodentur eccleſiarũ ſtatui, uel aliàs ad illuſtrandam doctrinã pietatis adhibeantur: alio dicemus loco opportunius. alterius namq; inſtituti res eſt.

DE MINVS ATTENTA OBSERuatione ſingularum partium: nec nõ quarundam rerũ quibus de agitur ignoratione. Cap. XI.

NOn ſemel diximus, difficultatem in tota ſententia ſubinde oriri ex minus attẽta circunſtantiarum, tum deinde cauſarum, exinde aliarum rerum quæ ſunt his affines, conſideratione:

uel ex eo quòd res incidunt, quæ à lectore non satis
telliguntur: ueluti quando ex arte aliqua deprompt
sunt, cuius ipse est ignarus. Quo igitur omnes in hi
rebus pensitandis maiorem adhiberent inter legen
diligentiam, uisum est hoc loco obseruationes siue n
tationes aliquot in numerato ponere, quæ candida
admoneant, nec non aliquo modo monstrent, qua
lertia ex quiri singula debeant.

Obseruatio I.

Expedit nonnunquam ad mentem scriptoris, m
gis quàm ad uerba, oculos animumq; conuertere. S
let uocum quarundam admixtio, inconcinna earu
dem collocatio, item longa uerborũ ambages, & n
κώλων καὶ κομμάτων multitudo inducere molestia
Atqui non fuerit adeò operosum, in istiusmodi lo
summam sententiæ paucis comprehendere. Tenta
igitur nonnunquam oportet, num quod in specie
obscurius dictum est, aut alijs uerbis paulo crassi
aut succincta ecphrasi, aut luculẽta paraphrasi qu
illustrari. Hæc enim uera est explicandi ratio, q
ties ad sensa magis quàm ad uerba respicitur. N
fieri potest, quin hoc conatu aliquoties repetito,
autoris mentem clarè perspiciendam paulatim
ueniatur. Sic autem Cyrillus de Dei patris uerbo
filium, quod Psal. 110 legitur, Ex utero ante lucifer
genui te: Non oportet hæc intelligi, inquit, ut dicu
tur, quasi uterus & dolores partus in patre deb
rent spectari: sed ut rebus conueniunt. Ex quo ha
dubiè factũ, quòd Apostolos uidemus, cum profer

è Vete

è Veteri instrumẽto testimonia, sæpenumero de sentẽtia magis quàm de uerbis fuisse solicitos. Id quod & diuus Hieronymus in enarratione capitis 3 epistolæ ad Galat. ubi uerba illa ex Deut. 21. Maledictus omnis qui pendet in ligno, aliter posita sunt, q̃ leguntur apud Hebræos, & LXX, confitetur. Sed quin adscribimus de hac obseruatione uerba Chrysostomi, enarrãtis uerba Apostoli Galat. 1. Non contuli cum carne & sanguine, neq; ascendi Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos. Hæc uerba (inquit) si quis per se expẽdat, uidẽtur spirare nõ uulgarẽ magniloquẽtiã et arrogantiã, plurimũq; abesse ab Apostolico spiritu. Etenim quòd ipse sibi suffragiũ fert, neq; cũ quoquã sententiam cõmunicat, uidetur esse fastus. Et paulò pòst: Hic sermo si per se nudus expendatur, offendere moueréq; põt auditorẽ. Cæterùm si causam adiecerimus, ob quã hoc dicebat Apostolus, & applaudent & admirabuntur omnes ita loquutũ. Hoc igitur faciamus. Non enim oportet uerba nuda expẽdere, alioqui multæ cõsequentur absurditates. Neq; cõuenit sermonem per se nudum examinare, sed obseruare mentem scribentis. In humanis enim sermonibus nisi hac ratione fuerimus usi, expendentes quid senserit is qui loquitur, multas inducemus simultates, omnia subuertentur. Et quid attinet loqui de uerbis, quando & in factis, nisi regulam hanc seruauerimus, omnia sursum deorsum miscebuntur? Nã & medici secant carnẽ, nõnunquã et ossa frangunt, quæ frequẽter eadẽ faciũt et latrones. An nõ igitur fuerit extremæ infelicita-

tis, si nesciamus latronẽ à medico discernere? Et post pauca interposita: Exquiramus igitur, & Pauli mentem qui hæc scripsit, cõsideremus quò spectarit, quem scopum sibi proposuerit, & quis in totũ fuerit ergo Apostolos: tum enim intelligemus, quo animo hæc scribat, &c. Hæc ille. Pertinet huc, quòd Iurecõsulti quoque in explicandis legibus, potius sensum ac uoluntatem legislatoris, quàm ipsa legis uerba intueri præcipiunt: grauiter etiam comminantes ijs, qui cõtra iuris sententiã, sæua prærogatiua uerborum fraudulenter se excusant: L. non dubiũ. C. de legibus. & in sexto, de regulis iuris: Certum est, quòd is committit in legem, qui legis uerba complectens, contra legis nititur uoluntatem. Memini autem legere, irrisos aliquando Donatistas, qui uocati in concilium, ac iußi considere, noluerunt id facere, prætexẽtes illud è Psalmo: Non sedi cũ consilio uanitatis. Quasi uerò psalmographus non potius uerba faciat de non consentiendo impijs consilijs, quàm de non aßidendo.

Obseruatio II.

Oratio sæpe euadit dilucidior, quando artificium seu dialecticum seu rhetoricum in ea excutitur. Solet hæc res ad quæcunq; scripta intelligẽda magnam afferre commoditatem: quid ni igitur iudicemus, prosituram in lectione librorum sacrorum? Ergo quotiescunq; sacra legis, uide in primis, cuiusmodi sit oratio quæ est in manibus: hoc est, num iungantur carptim plures sententiæ, ut in Prouerbijs: num perpetuæ texantur narrationes, ut in historijs: num concio aliqua

longior

longior, num grauior disputatio, ut in libris Propheticis atque Apostolicis: num prorsus mixta & uaria, qualis uisitur cùm in quibusdam Prophetis, tum præcipuè in Psalmis et Hiob. Vbi igitur de orationis qualitate constiterit, ex rhetoricis dispicito, ad quod genus causæ (quantum natura argumentorum patitur) referatur: ad demonstratiuũm ne, an deliberatiuum, an iudiciale, an didacticum. Liceat sanè uti hac docendi ratione, & his causarum generibus, dum pleniora è scripturis ipsis proferri opportunũ fuerit. Deinde, an habeat distinctas partes: exordium, narrationem, propositionem, confirmationem, confutationem, conclusionem. Præterea, num in his scita quæpiam argumentatio, eaq; tripartita, uel quadripartita, uel quinquepartita, aut comprehẽsa enthymemate, inductione, exemplo. Ex Dialecticis uerò cogites inquirendũ, quomodo partes inter se cohærcant, quàm probè altera alteram subsequatur: quanta sit argumentorum oblatorum uis atq; efficacia: sicubi item argumentum aliquod in una uoce aut paucis coniunctis repositum lateat. Quam ad rem cum primis utile fuerit, nonnunquam quæ fusius & splendidius dicta extant, eadem in angustiores syllogismorũ formas crasso quodã filo constringere. Valere hic debet illud: Quantumuis ruditer, modò planius. Hinc peruideatur nõ oscitanter, ex quibus inuentionis locis argumẽta ipsa fluant: utrũ ex definitione nominis, uel rei: ex diuisione, ex partibus, ex toto, ex causis, ex signis, seu antecedentibus seu cõsequẽtibus, ex adiũctis, ex similibus, ex cõparatis, ex

cõtrarijs,&c. quemadmodum solent interpretes quí-
dam in enarratione philosophicorũ aut poeticorũ
operum facere. Postremò iuuabit etiã, obseruare sche-
mata quæ in primis ad ornatũ & gratiam, maximè
ad amplificandum, uel illustrandum, uel mouẽdos af-
fectus conducunt. Quarum profectò rerum omnium
scriptura admodum diues est. Exempla subijcere, ne-
mis quàm longum foret. Nec uerò est quod arbi-
satisfacere illis laboremus, qui ista ceu minutula nu-
pendunt. Fateor quidem lubens, esse minutula, sed
ne quibus ad magna haud perueniatur. D. Augustinus
& Hieronymus, Theologorum latinorum sine co-
troversia principes, ut de Græcis taceam, sæpe mi-
tula ista admodũ diligenter in scripturarũ enarrati-
nibus excutiunt: nec pudebit, tales duces imitandos
bis proponere. Certè Augustinus de Doctrina Chri-
stia. lib. 2. cap. 31. & lib. 4. lõga oratione, quantus sit
rundè artiũ in tractandis sacris literis usus, luculen-
ostendit: ad quem magistrũ doctissimum, indoctos
blaterones remittimus. Ab Epiphanio, quo loco di-
tat aduersus Apostolicorum hæresim, quæ nume-
est quadragesima prima, prudenter dictum est: n
omnia Diuina uerba opus habere allegoria, sed pro
se habent accipienda esse. Speculatione aũt indiget
atq; sensu, ad cognoscendã uniuscuiusq; propositi
gumẽti uim ac facultatẽ. Speculationẽ seu θεωρίαν
telligit Epiphanius, partiũ singularũ iuxta præce-
dialectica discussionẽ, qua eruũtur definitiones,
siones, & argumentationes, atq; apta docendi uia

geruntu

geruntur. Sensus, αἴσθησις, est cognitio rerum sensibus experientiaq; cõparata. Etenim fieri haud potest, ut quisquã quæ legit intelligat, nisi cui res ipsæ sint perceptæ. Ergo αἴσθησις in res quibus de agitur: θεωρία in uerba, sermonem, eiusq; partes intenta est.

Obseruatio III.

Expendantur insuper, tum antecedentia, tum sequẽtia. Hieronymus hanc obseruationem profert initio cap. 19 Iesaiæ prophetæ: Moris est scripturarum, inquit, obscuris manifesta subnectere: & quod prius sub ænigmatibus dixerint, aperta uoce proferre. Vbi mox eam declarat, prophetæ uerba exponẽs. Rursus super illo Matthæi cap. 9. Nónne duo passeres asse uæneunt? Hæret, inquit, sibi sermo Dominicus, & sequentia pendent ex superioribus. Item ad Matth. cap. 25. de uerbis Christi, Vigilate, quia nescitis diem, neq; horam: Prudentem lectorem moneo, ut cõsideret priora, media, & sequẽtia, & nectat sibi uniuersa quæ scripta sunt. Plenius uerò Augustinus epistola 29, scribens ad Hieronymum, de illo Iacobi: Qui seruauerit totam legem, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Rursus epistola 59, ad 9 quæstiones Paulini, ubi quæstione 7 exponit illud Apostoli ad. Colos. 2. Ne tetigeritis, ne gustaueritis, &c. Hisce, inquã, duob. locis eleganter docet D. Augustinus, quomodo ad eruendam certã Scripturarũ sententiã, tum præcuntia, tum subsequentia pensitari debeãt. Nunquã uerò satis inculcari queat, quãtopere sit necessariũ, præsentis notationis ubiq; meminisse. Nõ est quòd speres te in ullo scri-

pti genere uersari cum fructu posse, si eã negligas. Ca-
liges fortaßis piam aliquã sententiã, sed an respondeat
tem scriptoris menti, penes eruditos esto iudiciũ. Ac
benter quidem cõcedimus, unum eundemq; locum u-
rijs modis explicari posse: nec semper dum istud fi-
pietatis norma discedi. Verùm hoc quoq; oportet
tearis, parum esse utilem, penè dixerã superuacan-
& periculosam interpretationẽ, quæ ab antecedent-
bus & sequentibus dißidet, quæq; ab illo scopo abe-
rat, in quem operis author mentis aciem dirigebat,
ad quem nos idem cupit deducere. Qua de re quæ g-
uißimè ab Augustino dicta sunt lib. 1. de Genesi ad l-
ram, cap. 21. audisse nõ pœnitebit. Cum diuinos libr-
legimus, inquit, in tanta multitudine uerorum intel-
ctuũ, qui de paucis uerbis eruuntur, & sanitate cath-
licæ fidei muniuntur, id potißimũ eligamus, quod ce-
tum apparuerit, eum sensisse quem legimus. Si aũt h-
latet, id certè quod circumstantia scripturæ nõ imp-
dit, & cũ sana fide cõcordat. Si aũt scripturæ circum-
stantia pertractari ac discuti nõ potest, saltem id sol-
quod fides sana præscribit. Aliud est enim, quid pot-
mum scriptor senserit non dignoscere: aliud autem
regula pietatis errare. Si utrumq; uidetur, perfectè
habet fructus legentis: si uerò utrumq; uitari non p-
test, etiamsi uoluntas scriptoris incerta sit, sanæ fi-
congruam non inutile est tenuisse sententiam.

Obseruatio IIII.

Attentè considerentur, quantum fieri potest, co-
nes circumstantiæ. Notatio hæc latè patet, atq; pos-

mus de singulis circumstantijs singulas quasi animadversiones siue regulas præstituere: sed satis est, uno capite complecti omnes. Sunt autem notæ circumstãtiæ: Persona, Tempus, Modus, Causa, siue cõsilium, Locus, Instrumentum. Non possumus autem prætermittere, quin de singulis aliquid in medium proferamus.

Prima circumstantia de persona, statim multarum rerum nos commonefacit. Primùm, ut perpendamus quis loquatur, siue agat: propheta ne, an aliquis alius. Si propheta loquitur: num in persona sua, an alterius. Si in persona alterius: num Dei, siue hominis: & num hominis pij, an impij. Deinde, de se ne, an de alio. Etenim sæpenumero induunt sacrorum librorum scriptores personam alienam, & subinde etiam impiorum atque hostium. In Ecclesiaste, ubi disputatur de summo bono, multa proferuntur nomine impiorum, negantium Dei prouidentiam, negantium aliam uitam fœliciorem huic ærumnosæ successuram. Diceres, ex schola Epicuri aut Diagoræ Melij profectos, qui ibi disserunt. In libro Hiob cum plures introducantur personæ loquentes, eandem adhiberi prudentiam necesse est. Prophetæ insuper crebrò detegunt improborum hominum iudicia atque consilia. In scriptis Apostolicis, frequentes aduersariorum obiectiones proponuntur. Historia Euangelica complectitur multa à calumniatoribus atque insidias struentibus Iudæis dicta: non pauca à Christo alijsúe pijs dicta religiosè. Pius eunuchus, Actorum octauo, fatetur sibi scrupulum obiectum, quòd ignoraret, utrum

propheta uerba illa, Tanquam ouis ad occisio
ductus est: de se, an de alio quopiam pronuncia
Sed considerandum præterea est, quo adfectu
aliquid dixerit: qua de re dilucidius, ubi ad circ
stantiam de modo peruenerimus. Ad hæc, etiam
que etiam uidere expedit, ad quos sermo habea
ad superiores ne, an ad inferiores: ad omnes ne, a
paucos: ad bonos ne, an ad malos: ad segnes, a
alacres: ad hostes, an ad amicos. Etenim pro in
nio & conditione eorum qui conueniuntur, Prop
tæ atq; Apostoli solent orationes siue conciones
temperare, nec non in seruando personarum dec
esse oppidò diligentes. Vnde longè aliam uides in
tui concionem à Christo ad tumidos pharisæos, s
bas, legisperitos: quàm ad humilem plebeculam,
ad paulo rectius edoctos discipulos. D. Paulus acri
& seueriore orationis schemate utitur ad Hebr
(largiamur sanè, quando plurimis ita placet, ha
pistolam esse Paulinam) quorum segnes animi d
bant adhuc minis atq; exemplis legalibus, quibus
dam addicti fuerant, extimulari: quàm ad Roma
uel Corinthios, tum diligentiores, tum nunquam
tea legi obstrictos. Et rursus alio ad Galatas, se duc
& in Iudaismum propè delapsos: quàm ad Philipp
ses, uel Thessalonicenses, in doctrina sana semel ac
pta constantes. Loquor de illis potißimum epistol
partibus, quæ præter disputationes de dogmatib
continent reprehensiones, correctiones, exhorta
nes, aliaq; id genus. Multa quoq; dicuntur qua
om

omnes simul homines spectant: multa quæ tantùm ad paucos, certo gaudentes uitæ genere. Sic Luc. 12, Christus ad suos discipulos (ita nanq; Euangelista disertè præfatur) ait: Dico autẽ uobis, amicis meis, Ne terremini ab his qui occidunt corpus, &c. Quæ sanè uerba ad discipulos nominatim quidem dicta sunt: sic tamen debent accipi, ut intelligantur ad omnes in genere credentes pertinere. At cum iterum ait Christus discipulis, Luc. 22. Reges gentium dominantur eis, et qui potestatem habent super eas, benefici uocantur, uos autem non sic: haudquaquam eodem modo uerba hæc ad omnes homines pertinent, sed propriè ad discipulos, eorundemq; successores, Episcopos, & Ecclesiarũ tranctantes gubernacula. Hi enim sunt, quos alijs dominari minimè decet (testante etiam Petro 1. Epistolæ cap. 5.) quiq; relinquere debẽt id iuris potestati ciuili, cui per uerba illa Christi nihil detrahitur, nihil quicquam de dignitate derogatur, cum alibi perspicuis sententijs magistratuũ functio approbetur. Quapropter rectè admonuit Augustinus lib. de Doctrina Christiana tertio cap. 17 dicens: Erit hoc in obseruationibus intelligendarum Scripturarum, ut sciamus, alia omnibus cõmuniter præcipi, alia singulis quibusq; generibus personarum: ut non solùm ad uniuersum statum ualetudinis, sed etiam ad suam cuiusq; membri propriam infirmitatem medicina pertineat.

Secunda circumstantia est temporis, in uniuersis tum dictis, tum factis, non oscitanter considerandа.

Alia

Alia est ratio eorum quæ ante legem, alia eorum q
sub lege, alia eorum quæ sub Euãgelio: sicut alia q
que quæ in prima Ecclesia, alia quæ in sequenti a
gesta, uel præcepta, uel quacunque ratione expo
sunt. Frequenter, quæ apparent cum charitatis l
bus non satis conuenire, uel aliàs absurda reputan
ea ubi temporum inspicitur ratio, inueniũtur neq
quam esse talia. Vnde opportunè adscribemus, q
Augustinus scriptum reliquit de Doctrina Christi
lib. 3. cap. 18. quod fortè in deliberationibus aliqua
usui esse queat. Cauendum, inquit, ne fortè, quo
scripturis ueteribus, pro illorum temporum co
tione, etiamsi non figuratè, sed propriè intellige
non est flagitium, neq; facinus: ad ista etiam temp
quis putet in usum uitæ posse transferri. Et cap
Multa sunt quæ illo tempore officiosè facta sunt,
modò nisi libidinosè fieri nõ possunt. Sentit auten
polygamia, siue de uxorum & cõcubinarum freq
tia, quæ licet priscis patribus concessa fuerit, nob
men minimè erit imitanda. Cæterùm in grauissim
sputatione, de iustificatione per fidem absq; oper
apostolus Paulus ad Rom. 4. dum prudenter anim
uertit dictum fuisse de Abrahamo, quòd credid
atq; fides reputata esset ei ad iusticiã multo antè
pore quàm circumcideretur: ratiocinatur & col
ex ea circumstãtia, iustificationem etiam sine circu
cisione contingere. Eodem pacto ad Galat. 3. pro
sionem, id est, benedictionem ac iustificationem
cet à Deo donari absq; legis adminiculo, cũ lex an

quadringẽtos & 30 post Abrahæ iustificationem lata esset. Plurimum uerò conducit huius circumstãtiæ obseruatio ad conciliãdos eos sacræ scripturæ locos, qui uidentur in speciẽ dissidere. Vnde illud multorum ore tritum est ex Augustini lib. de uerbis Domini, sermone 16. Distribuite tẽpora, & cõcordat scriptura. Acmirabili solertia idẽ beatissimus pater scribens ad diuũ Hieronymum, epist. 19, ex obseruatione diuersitatis temporum locos illos conciliat, quibus apostolus Paulus inculcat legem esse abrogatam: Petrum abstinentem certis cibis palàm increpat, ad Galat. 2. & quibus rursus ex aduerso describitur ipse Timotheum circũcidens, Actorum 16. capite raso pro more uouentium, unà cum cæteris in templo Hierosolymitano sese purificans, Actorum 21. In concionibus igitur Prophetarum, in disputationibus, in historijs, in psalmis, in Euãgelio, operæprecium est sapiẽter distinguere, primùm quo tempore (est enim tempus legis, tempus Euãgelij, tempus misericordiæ, tempus iræ, tempus pacis, tempus belli, tempus quo floret Ecclesia, tempus quo eadem opprimitur:) dehinc, de quo tempore, præteritóne, an præsenti, an futuro: deniq;, et qua cuiusq; ætate, dictum factúmue aliquid sit.

Tertia circumstantia modus est, quem pariter in dictis & factis obseruari prodest. Quod enim ad dicta attinet, si modum respiciamus, mollitur aliquando sententia, quæ uidebatur aspera: & uicissim, quæ mollis apparet, deprehenditur acrimoniæ aliquid cõtinere. Quod uerò ad facta attinet, commendabilis redditur

actio,

actio, quæ aliàs flagitiosa existimari poterat: & re
sus, quæ innoxia apparet, inuenitur aliquando cũ cr
mine coniuncta. Exempla de modo in sententia. Chr
stus Ioan. 2. ad uirginem matrem ait: Quid mihi t
est mulier? Item Matthæi 12 & 23, uocat Iudæos serp
tes, progeniem uiperarum: Ioan. 8. filios diaboli: M
thæi 16, Petrum sathanam. quæ omnia duri aut imp
tientis, atq; iracundi esse uidentur animi. Quòd si
men in his spectetur modus instituto conueniens,
prehendetur nihil culpa dignum admissum. Nam
ad matrem uerba, continent perutilem admoni
nem, de agnoscenda diuinæ naturæ suæ amplitud
& potentia, nec non de expectanda edendorum
raculorum opportunitate. Itaq; blandè potius, qu
contentiosè dicta sunt. Ad Iudæos uerò, semper
aliquid machinantes, acerbas illas quidem in spec
& uehemẽtes obiurgationes, ex animo tamen glo
Dei & salutis ipsorum uerè studioso profectas, nõ
ei dubiũ, qui cæteras circumstãtias, quæ sequũtur
præeũt, intuetur. Quin etiam dispicere oportet, u
quis aliquid dixerit ut simpliciter proponens &
luti dubitãs, an ut affirmans ac definiens, uel ut in
dio relinquens. Alibi nãq; in Scripturis quædã sim
citer proponũtur, ueluti quod Christus ait Matth
quosdã seipsos castrare propter regnum Dei: quædã
suadentur, quomodo Apostolus amplectendam con
lit uirginitatem, 1. Corinth. 7: quædam uerò seuerè
præcipiuntur, ut castitas etiam in coniugio, qua nil
licet seruatur thorus immaculatus, & adulterij ui

tur crimen. In hanc propè sententiam Hieronymus ad Demetriadem: Scito, inquit, in scripturis diuinis quædam prohiberi, quædam præcipi: alia concedi, nonnulla suaderi. Prohibentur mala, præcipiuntur bona, cõceduntur media, perfecta suadẽtur. Exẽpla de modo in actionibus uidere licet, ubi Abrahã quinq; debellauit reges, & opimã abduxit prædam, Genes. 14. ubi Israelitæ spoliarũt Aegyptios, Exod. 12. Hoseas propheta recepit ad se meretricem, Hoseæ 1. Dauid comedit panes propositionis, sacerdotes sabbatho mactabãt & coquebãt, Matth. 12. in quibus actionibus si cõsideres ius belli, uim charitatis qua frater fratri auxiliari obstringitur, diuinũ præceptum atq; ordinationem, necessitatem urgentem, deniq; pios adfectus animorum in agentibus, rectè facta esse omnia protinus dẽcernes. Quemadmodũ uerò ubi pauperum fratrum inopiam leuare quidam uolunt (quod sanè opus per se multis nomimibus est præclarum, & diuinitùs institutum) usuenit nonnunquam, ut alius id faciat animo uerè pio, solam spectans Dei gloriam, atq; proximi utilitatem: alius uerò non pio, captans nimirum suã gloriã apud homines, et forsitan nequaquã de suo tribuens: ideoq; ille quidẽ iudicabitur rem facere Deo pergratã, hic uerò etiã offendere. Ita et de quibuscũq; actionibus est statuẽdũ: atq; pro modo siue affectu operantiũ, bonæ num sint, an secus, iudiciũ ferri debet.

Quod autem de honestis, aut potius de pijs actionibus dicimus, idem de illis quoq; quæ in speciem uidentur inhonestæ, censeri conuenit. Hac enim ratione,

tione, quæ facinora in Abrahamo, Israelitis, Ho
Dauide, sacerdotibus sunt habita decora, propter
dum uidelicet adhibitum, atq; similes circumstan
eadem in alijs qui nequaquam ijsdem mouentur
nibus, probrosa æstimabuntur.

Quarta circumstantia est causa, siue consi
Ad Galat. 2. Paulus acerrimè inuectus est in Pet
quòd aduenientibus quibusdam fratribus è Iude
cibis abstineret, quibus antea, ubi soli gentiles
præsentes, liberè uescebatur. Hoc factum Pauli in
ret aliquis plenum improbitatis, & penè sedit
quemadmodum Porphyrius, referente Hieron
commentarijs in epistolam ad Galat. odiosissimè
dignitatem Apostolorum, adeoq; uniuersam re
nem nostram proscidit atq; insectatus est: Verum
uacat explorare uarias & graues quæ Paulum
uerunt causas, facilè is uidebit, sapienter adm
nec minus iustè, eum ita fuisse concitatum. Pr
egit Petrus id repugnante propria conscientia,
tantùm inductus metu. Nouerat quippe lege
rogatam, & nihil commune dicendum quod
sanctificatum esset. Secundò, inducebantur ei
emplo statim in errorem etiam cæteri, ut coac
suspicari, legem Mosaicam ad salutem esse n
riam. Tertiò, læsæ sunt conscientiæ infirmorum
trum gentilium, existimantiũ se iam reos fore
damnationis, qui tales ceremonias nõ obserua
certè cogitantium, sibi ad illud usq; tempus do
de æterna salute nunquam fuisse sincerè propo

Q

Quartò, detrahebat ea res non parum dignitati Christi: quandoquidem significari uidebatur, hunc solum ad iustificationem nostram haud sufficere, sed desiderari insuper legales ritus atq; obseruationes. Quintò, euertebatur uniuersa doctrina Euangelica de libertate per Christum parta, quæ iam erat in multis Ecclesijs plantata, & cœperat non infœliciter quaquauersum propagari. Ad tam multa igitur incommoda, eaq; haud leuia, uno in facto concurrentia, an non iusta ob orta est indignatio?

Quinta circumstantia est locus. Scribit Lucas Act. 2. Hierosolymis fuisse fratribus omnia communia: & Actor. 5. Ananiam cum Saphira uxore aliquid de precio uenditorum bonorum reponentem, subitá inspiratáque morte mulctatum. Istá quidem eo loco apud Hebræos, quorum facultates ab hostibus crudeliter diripiebantur, et apud quos adhuc permulti erant hypocritæ minis legalibus perterrefaciendi, pro tempore fieri expediebat: apud reliquas autẽ ecclesias, præsertim gentium, non perinde. Siquidem talibus exemplis cituis potuissent animi ab Euangelio alienari, quàm ad id induci. Item Paulus rasit caput ad purificandum se Hierosolymis: quod proculdubio alibi nunquam fecisset.

Sexta circumstantia, instrumentũ. Et hanc, quoniã plerunq; amplificat & illustrat: nonnunquam iuuat intueri. Simson mandibula asini interfecisse narratur mille Philistæos: Iudicũ 15. Dauid formidabilẽ gẽtis suæ hostem Goliath, sola funda prostrauisse: 1. Samu. 17. In

hisce exemplis Dei potentia & bonitas mirabiliter lucet, quãdo uilibus instrumentis res adeò insignes fectæ prædicantur. Huc pertinent & illa: Quæ imbecilla in mundo, elegit Deus, ut pudefaceret quæ sunt robusta, &c. 1. Cor. 1. Experimentum quæ tis in me loquentis Christi: 2. Corinth. 13. Dominus ficiet iniquum illum spiritu oris sui, & abolebitur ritate aduentus sui, &c. Hæc de circumstantijs in p senti sufficiãt. Plura qui desiderat, aliunde petat nam Oratores de his copiosè.

Obseruatio V.

Post circumstantias, etiam causarum habenda diligens ratio. Etenim causas tam in factis quàm ctis inuestigare, dici non potest quàm sit utile tiuam & ueram sententiam eruendam. In quidem, ad causam efficientem et finem potissim uertere animum debemus, ut consilium, scopus sus actionum à nobis perspiciantur. Interdum forma siue modus optimè considerabitur. Alicu rò in scripturis causæ cernuntur interspersæ, uerò omittuntur. sunt nihilominus ubiq;, quarum potest diligẽtia, excerpendæ: idq; uel ex appositi cumstantijs, uel ex ipsa narrationis serie. In eg facinore Dauidis, cuius proximè facta est mentio sæ quædã apertè proferuntur. Causa finalis qua quando ait Dauid, se uenire ad ulciscendũ inju quòd incircũcisus probris affecisset Israelitas. E sus cum addit, Vt sciant omnes qui sunt in terra est Deus in Israel: auditur alia causa finalis, qua

debet primaria. Causa uerò formalis notatur illis uerbis: Ego uenio ad te in nomine Domini exercituum, Dei castrorum Israel. Generosus nimirũ adolescens, inermis, & bello non assuetus, solius diuinæ opis fretus fiducia, rem tantam aggreditur. Efficiens causa est ipse Dauid, instructus sua funda & lapillis: uel potius ipse Deus (pro cuius nomine ac dignitate tũ cõmittebatur prælium) atẽs Dauide tanquã electo ad hoc certa mẽ organo. Ad hũc igitur modũ causas factorũ exqre re assuescens. In dictis uerò, siue ijs quæ didactico more traduntur, cuiusmodi sunt pleraq; omnia Prophetariũ et Apostolorũ, causæ diuersæ frequenter sunt expressæ: quas minimè licet præterire, quãdo sine ijs, qd doceatur, & quorsum tendant omnia, peruideri nequit. Ad Galat. 3. Quid igitur lex? Propter transgressiones addita fuit, donec ueniret semẽ cui promissum fuerat, ordinata per angelos in manu intercessoris. Hoc loco angeli describuntur ut causæ efficientes legis: etiamsi Deus præcipuus eius author sit, utpote cuius iussa angeli, legem promulgando, executi tantùm sunt. Rursus alia causa efficiens, seu mouens notatur, cũ dicitur: Propter transgressiones. Siquidem peccata hominum, simul iam tum commissa, simul quæ metuebantur in posterum perpetranda, occasionem præbuere condendæ legis: quomodo & uulgò iactari solet, ex malis moribus leges bonas procreari. Cum uerò ad Rom. 3. 5. & 7. dicitur, per legem agnosci peccatum, eam obiter subijsse ut abundaret delictum: item ad Galat. 3. fuisse pædagogum ad Christum: causæ finales legis de-

monſtrantur. Cauſam uerò formalem Chriſtus Ma
22. expoſuit, dicens: Diliges Dominum Deum tuum
toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota me
te tua: hoc eſt primum & magnum mandatum. Sec
dum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tu
perinde atque teipſum. In his duobus mandatis u
lex & prophetæ pendent. Formam legis hic delim
ri ideo dicimus, quandoquidem in modo & adfec
quo ſeruari lex debet, formam eius conſiſtere nec
ſum eſt. At legis materia animaduertitur in ipſis p
ceptis quibus lex conſtat, ſeu potius in actionibus
ſanctis quàm uitioſis: illis quidem lege mandatis,
uerò eadem lege prohibitis. Eodem pacto in quoc
que argumento Theologico cauſas, quæ occurr
decet annotare. Cæterùm qui paululum aſſueti fu
rint legendis ſacris, ac legendo nonnihil profecer
nondum erunt inquiſitione huiuſmodi cauſarum
tenti: ſed pergent adhuc, præſertim in excutiendis
cis grauioribus, alia ratione cauſas abſtruſiores ſc
tari. Intelligo autem cauſas abſtruſiores, cum uid
cet inquiritur, cur Propheta uel Apoſtolus in h
aut illam ſententiam ſit locutus: cur hanc rationem
ſubiecerit: cur hanc primam, alteram ſecundam, al
uerò tertiam aut quartam collocarit: cur item hui
modi locutiones ſiue uoces uſurparit. Crebrò nam
cum hunc in modum ipſorum ſcribentium conſili
cauſæ inquiruntur, & orationis uis, & præclara d
ctrina de dogmatibus, uel uitæ inſtitutione, quæ lat
rat, ſeſe prodit. Exẽplis fiet iſtud manifeſtius. Qui

dit, Christum, cum à legis doctore rogaretur de magno mandato, respondisse, quemadmodum iam diximus, inculcando uidelicet atq; urgendo causam formalem: scire etiam fortè percupit, quare Christus hoc modo potius quàm alio responderit. Cæterùm huic rationẽ hanc licet reddere, quòd probè uiderit Christus, sibi negociũ esse cum hypocritis, qui de lege quidem garrire præclarè poterant, & fortasis adfectabant haberi non segnes eiusdem, quod ad externas actiones attinet, obseruatores: cum interea uim ipsam legis ignorarent, & à præstandis ijs quæ legis sunt propria, abessent quàm longissimè. Hos igitur ut ad frugem, si fieri posset, reuocaret, uoluit causam legis formalem ob oculos proponere: qua audita, sperandum erat illos ad peccati agnitionem inducendos, nec non ad implorandam Dei gratuitam misericordiam (quæ sola quasi salutaris ancora ijs superest, qui cernunt se legi haud posse satisfacere) alacriores fore. Rursus miratur aliquis tyro, quare Christus ibidem dixerit, secundum præceptum simile priori: cum tamen notũ sit, quantum diuina præstant humanis, tantum etiã prioris tabulæ præcepta anteire ijs quæ extant in secunda. Commodè respondebitur, propterea dici simile, quòd iuxtà necessarium sit præceptũ posterius in communi uita, atq; prius: deinde, quòd fidem facere nemo possit, se exequi mandatũ prius, nisi pariter exequatur & posterius, testante id D. Ioanne 1. Epist. ca. 4. Si quis dixerit, Diligo Deum: & fratrem suũ oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem

ſuum,quem uidit, Deum quẽ non uidit,quomodo p
teſt diligere ? Et hoc præceptũ habemus ab eo,ut q
diligit Deũ,diligat & fratrẽ ſuũ. Similiter quærit a
quis,Qua de cauſa Apoſtolus Rom.2. uocat circum
ſionem quandam cordis, & in ſpiritu: atq; unde e
cutio,quandoquidem noua uidetur,ſumpta eſt ? D
poteſt,ſapienter ab Apoſtolo inuectam talem locu
nem,ubi diſputatio ſuſcipiebatur aduerſus perſua
nẽ de iuſticia ex legis operibus, atq; in primis ex c
nali circumciſione,quæ primarium legis opus eſt
bita. Nam eam perſuaſionem ex animis Iudæor
nulla ratione aptius poterat reuellere,quàm oppo
do ei præſtantiorem circunciſionem, nempe ſpiri
lem : quæ longè pluris æſtimatur coram Deo, qu
carnalis illa coram mundo. Loquendi autem form
mutuatus eſt Apoſtolus ex Deuter.10. ubi ita legi
Circuncidetis præputium cordis ueſtri, & cerui
ueſtram non amplius indurabitis. Et Ieremiæ 4.
cuncidemini Domino,& auferte præputia cordi
ſtri. Atq; hanc circumciſionem non manu aut uo
tate hominum perfici,ſed ſolo Dei ſpiritu,clarè m
ſtratur Deut.30. Circuncidet Dominus Deus,in
cor tuũ,et cor ſeminis tui,ut diligas Dominum D
tuum in toto corde tuo. Ad quos locos Apoſtolum,
illa ſcriberet,reſpexiſſe,nõ eſt quòd quiſquã ambi
Sed hæc ratio inquirendi cauſas, paulò eſt ſublim
ac difficilior,quàm ut à tyrone expediri queat: ideò
magis, quòd oportet huiuſmodi cauſas excogit
ſemper eſſe Scripturæ conſentaneas,& nonnunq
apert

apertis testimonijs Prophetarum & Apostolorum cõ firmari. Neq; uerò qui hunc in modum satagit nosse, quare hoc ita, illud uerò sic dictum factúmue sit, notandus uenit temeritatis aut curiositatis: sed potius pij feruoris in discendo laudẽ cõsequetur. Nihil in quocunq; scripti genere peræque necessarium, atq; ut autoris mentem & consilium inuestigemus.

Obseruatio VI.

Loci obscuri conferantur cum alijs apertioribus. Sæpe nanq; eadem, aut similia, diuersis tamen uerbis, aliquando etiam occasione dispari, in sacris literis repetuntur: quod quidem eo apparet à Spiritu sancto ordinatum consilio, ut si quãdo res postularet, alter locus alterius collatione dilucidior reddi posset. Ac tutissimum quidem est, scripturam per scripturas exponere: quando aliàs, si ad omnem difficultatẽ, quæ occurrit, censuris humanæ rationis standum foret, profectò omni tempore hallucinationem & fœdos errores metuere deberemus. Nihil .n. homini ita est ingenitũ, atq; cæcutire & labi, præsertim in reb. diuinis: ut propterea qdã dicere nõ sint ueriti, Diuina nihil ad nos. Igitur si diligenter locos Scripturarum inter se conferis, quo modo pios Thessalonicenses Actor. 17. fecisse legimus, dubium non est quin inuenturus sis, quo nodum uel intricatissimum dissoluas. Ad hunc autem modum multa elucescent in Epistola ad Rom. ubi de iustificatione per fidem absq; operibus disputatur, si attentè discutiantur pleraque de eadem re in Epistola ad Galatas. Multa itẽ in Epistola ad Eph. per

ſpicua fient ex ijs quæ perſcripta ſunt ad Coloſ. & de ſingulis locis, ut de electione, de uocatione, fide, de charitate, de cruce, deq; omnibus adeò pi officijs, & quocunq; Theologico argumento, in di ſis libris diuerſos locos: atq; alibi quidem ſenten alibi exempla, alibi exhortationes, & id genus pl inuenies, ex quorum collatione certa doctrina & ritas percipietur. Hinc uidemus iuſta uolumin Scripturarũ locis conſentientibus, & ad certa ca redactis edita. Non parũ autem ad hanc rem ty bus proderunt, præter ea ipſa uolumina excogita maioribus & in ordinẽ digeſtæ concordantiæ, u cant, quarum aliquas ſubinde ad marginem in ſ libris ſolent librarij adnotare. Euſebius Canones git ad quatuor Euangeliſtas: dignus profectò tã labor, & Eccleſiæ cũ primis utilis: etiamſi ducc ſequeretur, Alexandrinos Tatianum & Ammo habuit, extantq; etiã nunc eorundem lucubrati

Obſeruatio VII.

Aliquando oritur difficultas, quòd locus qui i nibus eſt, uidetur cum alio, uel cum pluribus Scr ræ locis pugnare. Neq; uerò cuiuſuis eſt, diſſenti conciliare locos. Nos proinde quædam ad id ac moda trademus. Prius tamen præfandum eſt, in ſacris ſcriptis extare locos, qui reuera & ſim ter ſibi aduerſentur: ſed ſi qui tales exiſtiman ſpeciem duntaxat eiuſmodi apparere. Etenim S tus ſanctus ſibi ipſi non contradicit: neq; Deus uacillans, modò ait, modò negat: multo minus po

semel aliquid pronunciauit, pœnitudine ducitur, mutatq; propositum. Ergo nostræ tantùm imbecillitati & cæcitati imputari debet, si quos scripturarum locos mutuò sibi contradicere suspicamur. Huic proinde incommodo his medebimur rationibus.

Primò conciliari poterunt loci, cum accuratè expendetur utrobiq; quæ antecedunt, & quæ sequuntur: deinde circumstantiæ, id est, personæ, tempora, modus, &c. exinde etiam causæ. Certum est, hac tandem uia & excutietur & explicabitur quod inuolutum credebatur. Habebit autem uires conciliatio, & persistet, si tertius aliquis locus alibi in scripturis inueniatur positus, quo conciliatio, quam meditando colligis, utcunq; stabiliatur & roboretur. Neq; est admodum difficile, talem locum reperire. Etenim si locos, qui cum ijs quos conciliandos suscepisti, aliquam habent affinitatem, diligenter congesseris: proculdubio offendes inter illos, qui tibi certam conciliandi rationem aliquo modo monstrabunt. Exemplo quod dicimus planum faciemus. Duo sese offerunt loci, qui uidentur diuersum quiddam præcipere: alter Genes. 17. Masculus, in cuius carne præputium non fuerit circumcisum, exterminabitur anima illa de populis suis: alter ad Gal. 5. Si circumcidamini, Christus nihil uobis proderit. Quomodo hos conciliabis? Lege utrobique antecedentia & consequentia, mox aliquid incipies olfacere. Dehinc perpendito circumstantias. In his uerò occurrit aduertendum tempus, quo utrunque dictum sit. Præcipua autem difficultas hic sese pro-

dit. Illud nanq; Geneseos 17, dictum est longè ante
pora latæ legis: istud uerò ad Galat. 3, tempore
nifestati Euangelij. Pronunciabis igitur, adhibita
stinctione temporum, posse conciliationem fieri. Ali
quippe signum uoluit Deus extare atq; usurpari
ueteri fœdere, aliud in nouo: atq; in illo quidem
cumcisionem stato tempore abrogandam, in isto
rò baptismum, cui aliud signum nunquam sit succ
rum. Baptismo igitur nunc à reuelato Euangelio
cum habente, abolita planè est carnalis illa circum
sio: quam Christus semel omnium nostrûm nomin
se pertulit, uti nos ab ea liberaremur: nec non cont
ti essemus baptismo, qui circumcisionem spiritual
quæ multo est præstantissima, in se cõplectitur. Q
si iã plures de circumcisione locos, partim ex uet
partim ex nouo Testamẽto libet inspicere, unus oc
rit ad Coloß. 2. qui cõciliationem nostrã clarissim
firmat. Sic enim ibi legitur: Per quem cõristum
cumcisi estis, circumcisione quæ fit sine manibus, d
exuistis corpus circumcisionis carnis, per circum
sionẽ Christi, cõsepulti simul cum illo per baptis
in quo simul etiã cum illo resurrexistis. Et ad Rom
Non ea quæ in manifesto fit circumcisio, circumc
est: sed circumcisio cordis, circumcisio est, quæ spir
constat, non litera. Aliud exemplum breue subijcia
Matth. 10 dicit Christus: In uiã gentiũ ne abieritis,
At Matth. 28. idem ait: Euntes docete omnes gent
&c. Quibus locis cum animaduerto circumstanti
comperio, prioris loci uerba diu ante resurrectione

esse habita, alterius uerò à resurrectione. Itaq; colligo, hos locos sic conciliandos, ut intelligamus Christũ ante mortem suam uoluisse propriè Iudæis, & quasi solis, Euangelium annunciari, ne ipsis superesset, quo se excusarent: atqui à resurrectione sua, quando frustra omnia apud illos fuere tentata, præterea abundè perfecta quæ ab æterno decreuerat Deus pater exequẽda, mandasse ut apud gentes quoq; Euangelium diuulgaretur. Hanc autem conciliationis sententiam statim aliquot alij loci approbant. Siquidem Matth. 15 dixit Christus, se non fuisse missum nisi ad oues perditas domus Israeliticæ. Et Matth. 21. Auferetur, inquit, à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Apertißimè uerò Paulus apostolus Actor. 13. Vobis oportebat primùm loqui sermonem Dei: sed quoniam repellitis illum, & indignos uos iudicatis æterna uita, ecce conuertimur ad gentes. sic enim nobis præcepit Dominus. Vides ergo conciliationem dextrè excogitatam.

Secũdò cõciliãtur loci in speciẽ oppositi, si animaduertatur, in altero spectari debere cõparationem, siue annexã cõditionẽ: alterum uerò accipiendũ simpliciter, uti uerba sonant. Sic hæc præcepta, Honora patrẽ & matrẽ: Exodi 20. & Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam: Eph. 5. uidẽtur plurimũ dissidere à uerbis Christi, quæ extant Luc. 14. Si quis uenit ad me, inquit, nec odit patrẽ suũ, ac matrẽ, & uxorem & filios, & fratres & sorores, præterea aũt & animã suã, non potest meus esse discipulus. Sed

scire

scire debes, hæc quadam comparatione esse dicta, sententia sit: patrem quidem, & matrem, & uxorem iuxta antiquissimum præceptum Dei, diligendos non ita, quin præ omnibus par sit diligi Christum propter hunc, si res ita postulet, illos omnes relin Vel tum quidem relinquendos, ubi non patiuntur Christo adhærere: quomodo Apostolus hac ipsa de sa permittit, coniugem fidelem ab infideli separ ad Cor. 7. Quòd si incredulus discedit, discedat, c

Tertiò, conciliantur loci, ubi alterius quidem tinetur ea sententia, quam uerba ipsa significan altero uerò intelligitur figurata locutio, cui spiri lis & mystica interpretatio sit aptanda. Zachar de Christo dicitur ad Zion ac Ierusalem: Eccere us uenit tibi iustus, & saluator, humilis, & sedens per asinum, atque super pullum filiæ asinæ Et pauca de eodem: Dominium eius à mari usque re, & à fluuio usq; ad fines terræ, &c. Priore loc mittitur Christus pauper & humilis, qualis etia terris conspectus est. At posteriore describitur plum habens regnum, cum splendore ac pomp nè regia: adijciuntur nonnulla de maximis bell præclaris uictorijs: quæ sanè, si considerentur re Christum gestæ, haud uidētur in eum competere que alibi plura in hanc sententiam de Christo prophetas leguntur, quæ quoniam non cernunt ut enunciata sunt in Christo peracta: Iudæi occ nem hinc arripuerunt, ut Christum uerum agn Meßiam detrectarent, atq; in hunc diem detre

C

Conciliandi igitur sunt loci isti hunc in modũ. In prio re simplex retineatur sententia, quo euangelista Mat thæus cap. 21, eum ipsum locum de Christo, tali prorsus specie urbem Ierosolymam ingrediente, exponit. In posteriore accipiatur locutio figurata, in qua per ea quæ depingũt regnũ corporale, intelligi debet excellentia ac dignitas regni spiritualis: quemadmodum ipse Christus suis uerbis apud Pilatum, se regem esse fatetur, & quidem natum, at regnum corporale de hoc mundo non agnoscit: Ioan. 18. rursusq; post debellatam mortem, diabolum, infernum, spirituale sibi regnum asseruit: palàm prædicans, datam sibi omnem in cœlo & in terra potestatem: Matth. 28. Atque hac ratione multa diluuntur, quæ contra dignitatem Christi solet Iudæorum perfidia obijcere. Videtur autem Apostolus ad Romanos 9, hanc conciliandi formam præmonstrasse. ubi ut intelligantur perfici, quæ de Israele sunt prophetarum oraculis prædicta, docet, Israelem carnalem ab Israele spirituali necessariò esse distinguendum. sic namq; ait: Non omnes qui sunt ex Israel, sunt Israel: neq; quia sunt semen Abrahæ, statim omnes filij: sed per Isaac nominabitur tibi semen. hoc est, nõ qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui sunt filij promissionis, recensentur in semen.

Quartò: Vnus locus interdũ accipi debet ut conueniens uitæ præsenti, alter ut uitæ futuræ. Quã uiã cõciliandi aperit nobis D. August. de peccatorũ meritis & remissione lib. 2. cap. 10. ubi duos hosce locos, alterũ 1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum nõ com-

cõmittit: alterum eiusdẽ Epistolæ cap. 1. Si dixerim Peccatũ nõ habemus, nos ipsos fallimus, & ueritas nobis nõ est: ait, nequaquã esse cõtrarios. addidit rationem: Quandiu enim homo, inquit, quamuis in spe iã, et iam in re, ex parte in regeneratione spiritali renouatus, adhuc tamen portat corpus quod corrumpitur, & aggrauat animã: quid quò pertineat, quid unde dicatur, etiam in uno homine distinguendum est. Hæc ille. Quanquã ex illa ipsa epistola fieri posset alia adhiberi distinctio minimè incõmoda, de peccato uidelicet ad mortẽ, & eo quod non est ad mortem, qua deinde rectè colligemus, natos ex Deo, peccare quidẽ esse irretitos, non tamen ijs quæ ad mortem æternamq; damnationẽ pertrahunt. Sed supersedendum nimis non est, plures cõciliationum formas in promptu explicare. Sæpe ex leuibus causis oritur cõtrouersiarum species. Interdum enim quædam diuersis enuntiata sunt uerbis, quæ tamen penitius cõsiderata, deprehendas reipsa planè cõuenire: interdum ex quadam scripturæ consuetudine, qua ordo uidetur paulisper perturbari, aut præpostera institui rerum narratio. Interdum alijs modis, quos enumerare longum est. Verum undecunque id eueniat, ubi iudicij non tyroni per ætatem atque assiduam in literis sacris exercitationem accreuerit, ipse citra magnum laborem è multis se expedict. Satis uidemur fecisse, quãdo conspicua & facilia aliquot exempla sunt per nos proposita. Si quis plura desiderat, Augustinus abunde suppeditabit, maximè in eo libro quem scripsit ad

Adim

Adimantum Manichæi discipulum: qui liber totus in conciliandis ijs potissimum locis, qui ex ueteri Testamento uidentur aduersari quibusdam expositis in Euangelio, cõsumitur. Est insuper in manib. liber, cui titulus Διαλλαγὴ, Diallage, id est, cõciliatio, authore Andrea Althamero, Theologiæ candidatis perutilis: itẽ q; alius ignoti authoris, inscriptus Αντιθεμάτων.

Obseruatio VIII.

Vide num te suspensum detineat, aut antiquitatis seu ueteris cõsuetudinis, aut historiæ, aut naturæ, aut artis siue actionis cuiuspiã, de qua sermo incidit, ignoratio. Cum enim uaria atq; omnis generis rerum tractatio sit sacris literis interiecta ac dispersa, nec nõ diues admodum supellex non tantùm internorum seu spiritualium bonorum, uerumetiam externorum & corporalium in illis uisenda exhibeatur: oportet profectò eum qui sacros libros percipere auet, earum rerum quibus de differunt, non esse prorsus rudem: atq; explorare, addiscereq; cuncta debet, sine quibus haud potest de illis rectè iudicari. Exempla de singulis aliqua proferemus. Ac primùm quidem, de antiquitatis seu ueteris consuetudinis noticia, accipiamus illud Iesaiæ 15. In omnibus capitibus eius est caluitium, & omnis barba est detonsa, in plateis eius succincti sunt sacco. Vel illud Iohelis 2: Scindite cor uestrum, & non uestimẽta uestra. Hos locos ut assequaris, operæpreciũ est scias, uetustissimũ fuisse morẽ Hebræis, testari dolorẽ animi ac luctum, radendo caput & barbam, induendo saccum, uestes incidendo. Solet plerunq; in libris

bris sacris aliquid adijci, quo lector de scriptoris
tentia fieri queat certior. sed tamen quando id
operæprecium est ex monumentis antiquitatis
diuersos scriptores extantibus, ea seligamus, qu
obscuri loci explanationẽ faciunt. Ergo quod
de luctu uerba attinet, clariora fient, si tenuer
eandem lugendi cõsuetudinem permultis popul
proculdubio ab Hebræis ut omnium antiquiss
psam acceperant, fuisse uulgarẽ. Etenim apud H
rum Iliad. 5. Achilles mortuum lugere uolens
clum, caput suum totondit, & crines cadaueri
fuit. Archelaus Macedoniæ Rex in Euripidis
ci, quem domesticum & familiarem habuerat,
caput rasisse legitur. Vnde & à Bione facetè di
lugentes sic capillum euellere, quasi caluicie
statuerent mœrorem. Quinetiam Græcis, Mile
manis, Carthaginẽsibus, & non paucis Barbar
ritus in usu fuit. Lacerare in luctu uestes, prodi
didati, Persæ, Aegyptij, Assyrij, & nonnullæ al
tiones consueuere. Quà de re plura qui desider
Alexandri Neapolitani genialium dierum lib.
cognoscere poterit.

Euangelista Matthæus cap. 9, refert filiam
dam primatis mortuam, omnia ad funus efferen
rata, adfuisse proinde & tibicines: sed uitæ per
stum subitò restitutã. Miratur quispiã, unde ti
in funere? Mirari desinet, si intellexerit ab H
inde temporibus fuisse institutũ, musica mod
(quemadmodũ narrat Boethius in ueteris Musi

cœmio)ad dolorẽ moderatũ tamẽ,homines cõcitare:id quod canticis,in eum usum paratis, & quæ alibi quidem uoce,alibi uerò instrumẽtis reddebãtur, perficiebant.Frequentißimũ autem fuit,Phrygibusq; acceptũ quidã ferũt,si quãdo iuniores diem obijssent,tibia: si adulti & maiores, tuba cani. De tibia Statius lib.6. Thebaidos,ubi exequias describit pueri Achemori:

Tibia cui teneros solitum deducere manes
Lege Phrygum mœsta.

Quæ uerba exponens Lactantius Placidus, Grammaticus doctißimus: Iubet, inquit, religio,ut maioribus mortuis tuba,minoribus tibia caneretur.De tuba autem Virgilius lib.11. enarrans quomodo iusta uiris qui in bello ceciderant,fuerint persoluta:

Ter circum accensos cuncti fulgentibus armis
Decurrêre rogos,ter mœstum funeris ignem
Lustrauere in equis,ululatusq; ore dedere.
Spargitur & tellus lacrymis,sparguntur & arma,
It cœlo clamorq; uirûm,clangorq; tubarum.

Et Persius Satyra tertia,de funebri apparatu,quĩquidam crapula & luxu perijsset,ita canit:

Hinc tuba,candelæ,tandemq; beatulus alto
Compositus lecto,crassisq; lutatus amomis.

Vbi obiter notatu dignũ, candelas ardẽtes olim apud demortui corpus poni solitas,quibus rogũ postea accendebãt. Quid si ab eo Ethnicorum ritu manarit, quòd Christiani quidã hoc tẽpore cereos siue tedas sepulturæ,ueluti ad splendorem ac pompã,addũt? Quid Porrò audit Matth.23.exprobrari phariseis à Christo

m latas

latas fimbrias et phylacteria, ægrè intelliget qui
uelit Christus, nisi meminerit hypocritas ansam
ciendi tales uestes, quibus et falso creditæ sanctim
existimationem sibi uendicarent, arripuisse ex
detortis Dei præceptis, Deut. 6. & Nume. 15. sic
illic scribitur: Ligabis præcepta mea in signum
manũ tuã, eruntq; monitoria inter oculos tuos. I
meris autem: Loquere, inquit, ad filios Israel, &
ad eos, ut faciant sibi fimbriam in alis uestimen
suorum, in generationib. suis: ponantq; super a
fimbriã, uittam hyacinthinam. Erit autẽ uitta
bria uestra, ut uidentes eam, recordemini cunct
præceptorũ Domini, faciatisq; ea. Cõprobant
ab Epiphanio, hæresi 15. & autore Commenta
in Matthæum, qui ascribuntur Hieronymo,
nõnulla probabile est ex Chrysostomi homilia
scripta. Exempla de cognitione historiæ sint h
Corinth. 10 legis, baptizatos in nube & mari,
tuali esca refectos, atq; eosdem prostratos in
legis, stupris inquinatos, et ex illis cæsa uno die
tria millia: legis, tentantes Christum, et extinc
pentibus: legis murmurãtes, & interemptos a
ctore. Hæc autem & alia multa tantisper tibi
sunt, dum easdem historias fusius descriptas
Exodo & Numeris. Moses Deut. 11. hæc ad p
uerba facit: Terra ad quã pergis possidendam,
sicut terra Aegypti, de qua egressi estis, ubi se
semen tuũ, & rigabas per fatigationẽ pedis
hortum oleris. Terra aũt ista ad quam transi
d

TH
dendam, e
cœli aqua
necnon m
gyptum
aeris calo
sas conde
regio ster
tannis sta
getur.
lib. 18. cap
linus cap.
lib. 2. cap.
byloniorum
pleraq; ei
regrinaru
uerit. Ad
per Pilatu
Theuda &
tatum libro
fiastica lib.
exactius cog
thenienſi
Non parum
Pimenidis il
ca obdormi
philosophor
thenienſes, q
pti, remediu
cõmonefactos

dendam, est terra habens montes & ualles, de pluuia cœli aquam bibens. Hic ex historijs, et cosmographiæ, necnon meteorologices peritis, discendum tibi est, Aegyptum non perplui, quòd uehemens & continuus aeris calor uapores sursum attolli, atq; in nubes aquosas condensari non patitur: ne autem ob siccitatem regio sterilesceret, Diuina bonitate prouisum, ut quotannis statis temporibus Nili inundatione uniuersa rigetur. Meminerunt eius rei Plinius lib. 5. cap. 9. & lib. 18. cap. 18. Pomponius Mela libro primo cap. 9. Solinus cap. 41. Egesippus de excidio Hierosolymitano lib. 2. cap. 9. &c. Quæ item occurrunt de regibus Babyloniorum, Medorum, Persarum, de Macedonibus, et pleraq; eius generis, nunquã aperta ei erunt, qui peregrinarum gentium aliquas historias nõ prius lustrauerit. Ad hæc, locus Lucæ 13, de Galilæorum sanguine per Pilatum admixto sacrificijs: alius Actorum 5, de Theuda & Iuda Galilæo, debent ex Iosephi Antiquitatum libro decimooctauo, aut Eusebij historia Ecclesiastica lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 11, aut simili scriptore exactius cognosci. Mentio fit Actorum 17 de ara Athenienſi cum inscriptione, ΑΓΝΩΣΤΩ ΘΕΩ. Non parum lucis ei loco accedet ex lectione uitæ Epimenidis illius, quem annos 57 perpetuos in spelunca obdormiuisse ferunt, ut à Diogene Laertio de uitis Philosophorum lib. 1 literis mandata est. Ait autem: Athenienses, quũ Olympiade 27 grauissima peste corripti, remedium efficax nullum experirentur, oraculo cõmonefactos, urbem expiari ut curarent. Quam ad

rem perficiendam, Epimenidem, qui illis tempor
Deo charißimus, & uel ſolus ad tantũ munus idõ
exiſtimabatur, ex Creta ad ſe euocarunt. Hic ig
oues nigro & candido uellere ſelectas, ad Marcij
duci, inde quò uellent abire permiſſas, ubicunq; t
ſua ſponte accubarent, ibi mactari, & ſingulari ig
toq; Deo immolari præcepit. Eo uerò pacto luem
tim ceſſaſſe fama eſt. Quibus proinde locis hoſti
cedebantur, ijſdem aras ignoto Deo cum inſcrip
conſecratas, Athenienſes gratitudinis & ſempit
memoriæ ergò erexerunt. Ac credi par eſt, Paul
ſtolum hiſtoriæ huius nõ fuiſſe ignarũ. Exempl
admonent de inueſtiganda rerum natura, ſunt h
modi. Gen. 49. deſcribitur Iehuda catulus leon
char aſinus fortis, Dan ſerpens in uia et aſpis, N
li cerua dimiſſa, Beniamin lupus rapax. Ierem
aduerſus deſertores concionatur Dominus: Cico
cœlo cognouit tempora, turtur & hirundo atq
obſeruant tempus, quando ueniant: populus aũt
non cognouit iudicium Domini. Sæpe item de p
oliuis, cedris, uitibus, & eius generis alijs incidi
tio. Crebrò etiam ducuntur de rebus naturalibu
gantes ſimilitudines. In omnib. hiſce locis opus
authores cõſulas, qui de quadrupedibus, ſerpen
auibus, arboribus, herbis, alijsq; rebus ſimplicib
profeſſo diſputarunt. Exempla de artibus atq;
nibus frequentia ſunt, & latè patent: quemadm
multæ quoq; artes ſunt, & multiplices in rebus
nis actiones. Omnium uerò earum quæ attingu
aliq

aliquanta saltem cognitio apprimè est necessaria. Iob 9. & Amos 5. audis arcturum, oriona, pleiades: secundi Regum 20, & Iesaiæ 38, describitur sol, itemq; umbra in horologio Achas, ad 10 gradus retrocedēs. Qui mathematices, præsertim Astronomiæ, fuerit prorsus expers, nunquam ex his locis sese extricabit. Iesaiæ 5, 63, & alibi, de uinea, de torculari, non pauca leguntur: quorum intelligētia ex rei rusticæ peritis peti debet. Rursus Matth. 25. homo peregrè proficiscens tradit seruis suis aliquot talenta, quæ se absente expendant in negociatione, ut rediens amplo cum fœnore ea recipiat. Item Lucæ 16, dispensator hominis diuitis inirationem, qua, ubi submotus foret à dispēsatione, frueretur adhuc aliqua commoditate, atq; in ædes reciperetur. Certum autem est, eum ista nunquam posse plenè percipere, qui de contractibus negociatorum, de fraudibus & impositoris dispensatorū, nihil compertum habuerit. Cæterùm quemadmodum hi & similes loci explicari debeant, quandoquidem certis regulis comprehendi ac monstrari nequit, omnes admonitos uolumus, ut ubi sentiūt aliquo modo se in lectione impediri, secum inter cætera dispiciant, num inquirenda superfit noticia antiquitatis, uel historiæ, uel naturæ, uel artis cuiuspiam, siue actionis. Vbi uerò huius generis quippiam desiderari aduerterint, consultum est, aut mutos, aut loquentes magistros, id est libros, siue homines peritos, qui de ijs tradere uera ac certa possunt, adeant, atq; doceri postulent. Tempus monet, ad reliqua properemus.

QVAE'NAM SINT COGNIT necessaria de Diuinarum scripturarum consuetudine. Cap. XII.

EQuidem cõfido, ijs obseruationibus quas h usq; tradidimus, Theologiæ candidatum h mediocriter adiutum iri. Restant nunc exp da nonnulla de Scripturarum cõsuetudine: quã q gnorauerit, crebrò impinget, atq; erroris subibit culum. Intelligo autem Scripturarum cõsuetudin peculiarem docendi rationẽ, qua autores sacror brorum quasi iure suo paßim utuntur: eodẽ pro pacto, quo omnes scriptores in suo genere aliqui bent propriũ & peculiare, quo à cæteris discrep Quod cuiusmodi sit, dicam plenius et craßius. In quaq; disciplina, ueluti in iurisprudentia, in medi propriã quandam aduertimus seruari docendi nem, quomodo non tantùm uocabula, sed res quo nicuiq; earum artium propriæ existunt. Atq; his tribus, rebus inquam, uerbis, docẽdi ratione, disc omne inter ipsas disciplinas cõstituitur. Ad hũc modum sacrorum librorum scriptoribus quæda se peculiaria, cùm in rebus ipsis & uerbis, tum u ximè in docendi ratione, persuasißimum omnib debet. Itaq; de his, præcipueq; de docendi ration mus est nunc nonnulla, eademq; obseruationum mulis comprehensa, in medium proferre. Cæteri uaria sint in toto uolumine sacro opusculorum g ra (in alijs namq; historias, in alijs prophetias, i psalmos, in alijs sententias generales, disputatio

pr

propemodum philosophicas, in alijs epistolas uides cõtineri) statuere oportet, sicut quædam ad consuetudinem Scripturarũ pertinentia notantur in libris uniuersis, ita quædam in quibusdam libris separatim obuenire, quasi ijs propria, eademq; maiori diligentia aduertenda. Quo quidẽ pacto nouimus inter scriptores aliarũ rerũ, aliter historiographos, aliter poetas, aliter philosophos, aliter oratores, sua tradere atq; explicare. Enimuero historiographos uidemus plerumque paucis primò proponere, quæ mox fusius sunt dicturi: deinde narrare initia, causas, progressus negociorum: aliquoties etiam eorum aperire consilia, qui res magnas peragendas susceperè: quædam uerò strictim, quædam augustius exponere: transitionibus crebris uti: admiscere nõnunquam, quæ reconditam doctrinã in se continent: argutas sententias subinde quasi floscu los & emblemata aspergere: denique in hoc laborare, ut mirabili uarietate lectorem demulceant, & demulcendo pariter doceant. Poetæ porrò plusculum sibi indulgent: longè repetunt exordia: nequaquam obseruant rerum gestarum ordinem: descriptiones attexũt uarias, quibus interdum diutius immorantur: similitudinibus, comparatis, & amplificationibus abundant: deos deasq; de rerum administratione, deq; arduis negocijs consultantes introducunt: atque, ut cætera omittamus, ad delectandum non pauca, perinde atque si priuilegium ea de re esset irrogatum, comminiscuntur. Philosophi contrà, libenter simplici oratione ueritatem tradunt, nihil adferentes quod superuacaneum

cancum aut inutile uideri queat: ad certam methodū
quæ ad docendum aptißima creditur, se obstringu
cuius fines uix egrediuntur, magis in hoc incumbe
tes, ut clarè doceant, & ipsa rerum uincant grauita
quàm ut animos permoueant dictionis illecebris.
uerò orator omnia sua producit augusta specie u
da: fastum & pompam præ se fert, undiquaq; mut
tur quo se ostentet: probabilia argumenta pro nec
sarijs obtrudit: uictoriam constituit in uerborum
sententiarum suaui dispositione, qua non tam an
quàm aures feriuntur. Quando igitur ad eundem
dū omnis illa uarietas in literis sacris inuenitur (u
alij quidem libri sunt Poetarum scriptis propem
similes, ut Psalmi: alij historiographis annumeran
bent, ut libri Mosæ, Iehosua, Iudicum, Regum, He
Paralipomenon, Euangelia, Acta apostolorū: alij
Philosophorum dissertationibus et didacticis scri
conferendi, ut Hiob, Prouerbia, Ecclesiastes: alij
torum dignitatem redolent, ut pleræq; cōciones
phetarum, nonnullæ Apostolorum epistolæ) qu
profectò intelligit, nos non immeritò de unoquo
nere librorum aliqua separatim adnotare debere
turum autem ex re studiosorum Theologiæ arbi
nec non ad perspicuitatem ualde conducere, si pr
loco tradamus obseruationes cōuenientes libris s
uniuersis: deinde ad eas progrediamur, quæ separ
quibusdam seruiunt opusculis. Quinetiam, quo
ordo omnibus in rebus uehementer commendat
las ipsas explicabimus, ad certa capita digesta,

unusq

unusquisq; facilius posit quod cupit inuenire. Primũ ergo in his locum obseruationes occupabunt, de Deo inscriptæ.

DE DEO. Cap. XIII.

Obseruatio I.

Est Scripturæ sanctæ consuetudo, Deum, quamuis unus sit, uarijs appellare nominib. quæ unumquemq; oportet obseruando notare, atq; memoria complecti. Quam notationẽ hoc loco adscribimus, ut statim adsuescant studiosi animaduertere, ubi de Deo propriè sermo habeatur. Ignorans enim diuersa Dei nomina, multos Scripturæ locos, in quibus de Deo disseritur, præteribit, ne suspicans quidem in ijs de Diuina maiestate uerba fieri. Ad uitandum igitur hoc incommodum, quod profectò haud leue est, prodest tenere uarias Dei appellationes. Quo autem hac in parte piæ iuuentuti consulamus, nos eas quæ in Scripturis frequentiores occurrunt, recensebimus. Hieronymus in quadam Epistola ad Marcellam, decem ait maximè esse illustria celebratißimáq; Dei nomina. Primum est, אֵל EL: quod Septuaginta θεὸν, id est, Deum uertunt: Aquila etymologiam exprimens, ἰσχυρὸν, id est, fortem. Secundum, אֱלֹהִים Eloim. Et tertium, אֱלֹהַּ Eloc, quod Deus dicitur. Quartum, צְבָאוֹת Zebaoth, id est, secundum Septuaginta, uirtutum: secundum Aquilam, exercituum. Quintum, עֶלְיוֹן Elion, quod nos excelsum dicimus. Sextum, אֶהְיֶה אֲשֶׁר Ezercheia, quod in Exodo legitur: Qui est, misit me. Septi-

mum, אֲדֹנָי Adonai, nos Dominum generaliter appe-
lamus. Octauum, יָהּ Iah, quod in Deo tãtum ponit
et in Allelu Iah sonatur. Nonum, יְהוָה Iehoua, q
nomen τετραγράμματον Tetragrammaton, & in
sabile putarunt: idem autem sibi vult quod Exist
Decimũ, שַׁדַּי Saddai: Aquila interpretatur ἀλλ
id est robustum, & ad omnia perpetranda sufficie
Cæterũ obuia sunt in sacris literis & alia nomi
ucluti cum appellatur clypeus, scutum, refugium,
nu salutis, propugnator, defensor, petra seu rupes,
nis consumens, gloria, spes, robur, fortitudo: item o
potens, Deus deorum, Dominus dominorum, Deu
Dominus cœli & terræ, cuiusmodi aliquot ualde
gnia selectáq; recẽsentur Exod. 34. &c. sed hæc po
pro epithetis, dignitatẽ, potentiam, & admirãda
effecta, illustri quadam ratione describentibus, q
pro nominibus proprijs accipi conuenit. Quo q
pacto dicere possemus, Cneum, & Cornelium, &
pionem, propria esse nomina eiusdẽ personæ: at
bunus, Imperator, uictor, triũphator, gloria Rei
& quæ huiusmodi sunt, agnoscentur sanè eiusdẽ
sonæ appellationes, sed minus propriæ, atq; prop
externas causas ascititiæ. Quoties proinde legis
dicit Dominus, hæc dicit qui est, hæc dicit fortis, D
nus exercituũ, omnipotens Deus cœli, propugn
noster, &c. hæc omnia sic accipies, tanquã si simp
ter scriptum esset, Hæc dicit Deus: neq; ob diuersi
nominum diuersos deos quis suspicabitur. Cæter
ad phrases pertinet, quòd alijs quibusdam nomen

per participationē, seu translationem accōmodatur: ueluti quòd Moses Exodi 7 uocatur deus Pharaonis. item quòd magistratus nuncupantur dij: Exodi 22, Dijs non detrahens: & Psal. 82, Deus stetit in synagoga deorum: id est, in conuentu regum & principum. Præterea dij appellātur tales falso crediti, ut Iupiter, Mars, Belus. Ieremiæ 2. Galat. 4. Adhæc 2. Corinth. 2. diabolus nominatur Deus huius seculi: & Philipp. 3. uenter Deus appellatur.

Obseruatio II.

Etsi uerò permulta legantur Dei nomina, ea tamen neque diuersitatem aliquam in Dei natura notant, neque substantiam Dei exprimunt. Cuius obseruationis cum duo sint membra, duas potuissemus obseruationes distinguere: sed breuitatis causa in unam contraximus. Prioris autem membri ueritas ex eo constat, quòd Deus unus est, idémque simplex, & incommutabilis, in quo nulla diuersitas, nulla diuisio, nullum accidens, nulla mutatio locum habet. Huc pertinent quæ adnotauit Chrysostomus Homilia 13 in Genesin, ad illa uerba Genes. 2. Et accepit Dominus Deus hominem, quem formauit. Bene, inquit, statim duo hæc posuit. Non dixit, Dominus, & tacuit: sed adiunxit, Deus, occultum aliquod mysterium hic nos docens: ut scire possemus, siue dicamus Dominum, siue Deum, nullam in nominibus esse uarietatē. Hoc autem nunc non absq; ratione commemorauí: sed ut, cum audieris Paulum dicentem, Vnus Deus pater ex quo omnia, & unus Dominus Iesus per quem omnia:

omnia: ne putes in dictionibus esse diuersitatem, hanc maius aliquid significare, istam minus. Ita Chr sostomus. Posterius autem obseruationis membrum intellige. Nomina quæ Deo attribuuntur, quamli speciosa, non satis possunt explicare ipsam Dei na ram, quæ per sese est: sed talem tantùm nobis declin qualem intellectus noster potest apprehendere. Q circa cum intellectus noster, quamdiu in terris mus, imperfectè Deum apprehendat, (nunc enim intelligimus nisi tanquam per speculum, in ænig te, 1. Corinth. 13.) fit, ut nomina quoq; quibus de loquentes utimur, imperfectè naturam siue subs tiam Dei repræsentent. Solent plerunq;, & non m appellationes Dei hoc pacto distinguere. Quæd nomina dicuntur de Deo negatiuè: ueluti quando pellatur increatus, immortalis, inuisibilis, incor reus, &c. atq; hæc describunt Deum, ostendendo taxat quid non sit: nempe esse eiusmodi substanti quæ non sit creata, quæ initiũ non habuerit, quæ non moriatur seu corrumpatur, quæ deniq; non spiciatur corporeis oculis, neq; etiam contrectari sensibus percipi queat. Quædam nomina dicunt firmatiuè, eaq; relationem arguunt ad ea quæ à distinguũtur. Huius ordinis sunt, Dominus, Rex, tor, Gubernator. Dominus namq; est, respectu m strorũ: rex, propter subditos quos regit: creator, pter creaturas quas admirabili potentia condidit bernator, quòd easdem sua sapientia conseruat, g nat, moderatur. Quædam nomina tantùm signa

quid consequens naturam aut operationẽ Dei, ueluti hæc: iustus, sanctus, bonus, sapiens, potens, quæ naturã quidem & operationem Dei consequuntur (ex effectis namq; ipsius Dei sumpta sunt) minimè tamen substantiam ostendunt. Quædam deniq; significãt rationẽ quandã accidentariã, quæ à natura, aut ob operationibus Dei deriuatur. cuius generis sunt hæc: protector, defensor, clypeus, petra, refugium, &c. Ex his uerò omnibus promptum est animaduertere, nulla omnino extare nomina quæ substantiam siue naturam Dei appositè euidenterq; exprimant: meritò tamen iisdem utimur, quandoquidem intellectui nostro suggerunt, quantum is assequi de Deo in hac uita potest: quemadmodũ eruditè exponit D. Basilius libro 1. aduersus Eunomium, & in lib. de Spiritu sancto cap. 8. Hæc de Dei nominibus cognitio multas uanas cogitationes, quæ fortè errandi materiam præberent, ex animis legentium eximet.

Obseruatio III.

Solet sacra Scriptura Deo, quãuis longè supra hominis naturam posito, & nihil humani in se habenti, humana membra, ut oculos, aures, brachia, manus, pedes: deinde & actiones corporeas, quales sunt, stare, sedere, descendere, ascendere, ambulare: deniq; & adfectus humanos, nempe irã, furorem, pœnitentiam, admirationem, ignorantiã, obliuionem, & quæ eiùs sunt generis, attribuere. Sunt uerò hæc omnia Scripturis usitata, nõ quòd sic se res habeat, uti uerba sonant (est quippe Deus incorporeus, incõspicuus, & membrorũ expers:

expers: ex quo etiã sequitur, nec stare, nec sedere, ambulare, nostro more eum posse: omniũm uerò mè obnoxius est ullis affectibus:) sed quòd per locutiones ex nostris rebus sumptas, multo clarius quæ sit Dei bona erga nos uoluntas, et quomodo dem uoluntatis effecta ad nos promanent, demon tur. Incomprehensibilia namq; sunt Dei opera, actiones: neq; nos assequi aliquid de ijs possemus, cra scriptura ijs uteretur loquendi de Deo formis quæ rebus humanis propinquæ sunt. Itaq; Spiritu cto scripturarum authori placet, propter captus stri imbecillitatẽ, nostro more balbutire, & blan humiliusq; quàm Maiestati tãtæ cõuenit, nobiscũ signa & uerba agere. Vt aũt quiuis rectius iudici nec non appositè interpretari loquutiones istiusm queat, nos exẽpla nõnulla subijciemus, quib. adiun erũt interpretationes: ac primo loco de corpore mani membris. Generatim mẽbra humana tales strãt à Deo profectas actiones (quoad, inquã, mo ti eius intelliguntur cõuenire) quales ijsdem mem solent à nobis perfici. Itaq; oculi tribuũtur Deo, omnia uideat ac circumluſtret. quamobrem pul delineant nobis diuinã prouidentiam: ut ubicum lorũ Dei fit mẽtio, ibi animus noster in Dei pro tiam, qua omnia prospicit, ordinat, moderatur, fo intẽtus sit. Ad Heb. 4. Omnia nuda & resupina oculis eius. Psal. 34. Oculi Domini ad iustos. Aur buuntur Deo, quoniã omnia audit, nihilq; ipsum significantq; modò clementiam, qua exaudit im

tes:modò æquitatem,qua peccatores nõ audit.Psal.55, Auribus percipe Deus orationem meam:id est, clemẽter annue uotis. Os tribuitur,quòd ipsius sit præscribere,iubere, uetare:atq; uoluntatem Dei, authoritatem,uerbum,uimq; mouendi animos adumbrat.Iesaiæ 30.Os meum non interrogauerũt.Item 40.Videbit omnis caro,quòd os Domini locutum est.Brachia,manus,digiti: quòd omnia possit, moueat,dirigat,perficiat, & summam potentiam fortitudinemq; demonstrant. Psal.89.In brachio uirtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.Psal.18. Dextera tua sustentabit me.Psal.8. Videbo cœlos tuos, opus digitorum tuorum. Luc.11. Si ego in digito Dei eijcio dæmonia,etc.Eodem pacto de cæteris membrorũ appellationibus iudicabis. Iam actiones corporeæ, ascendere, descendere, sedere, ambulare,stare,loqui, ad eundem exponi modum debent. Descendere Deus dicitur,quando se nobis accommodat, atq; insigne aliquod opus ad nostram utilitatem edit. Psal.8.Inclinauit cœlos,atq; descendit.Ascendere, quando sese à nobis abducit, ueluti res nostras minimè curans:uel potius,quando gloriam suam & potentiam uult mirabiliter ostentare. ut Psal.47. Ascendit Deus cum iubilo, Dominus cum uoce tubæ. Sedere dicitur, quando depingenda est regia eius dignitas,uel amplissimum iudicãdi munus. Psal.47.Regnat Deus super gentes, Deus sedit super solium sanctitatis suæ.Psal.110,Dixit Dominus Domino meo,sede ad dextram meam:id est, par sit nobis potentia ac dignitas. Abscondit Deus se,seu faciem suam, quando

aliquibus

aliquibus propter peccata negat misericordiã,uel
mit sui cognitionem,ac studium pietatis, nec non u
la immittit. Iesaiæ 64. Abscondisti faciem tuam a
bis, & tabescere nos fecisti manu iniquitatis nos
Loqui dicitur Deus, teste Augustino de Ciuitate
lib.11.cap.2.cum occultè mentib.nostris uoluntat
insinuat.Sic locutus est ad sanctos,& in cordib.su
rum prophetarum,qui dixerũt: Hæc dicit Dom
Quãuis aliquãdo loquitur per creaturas,ueluti q
do locutus est Mosi de flamma ignis in arbore. di
do in somnis, & per somnia quædã indicat: item
angelos,ministros suos:per uerbũ, quod in libris
phetarum propositũ cernimus: per quotidiana op
atq; signa. Cognoscere dicitur aliquid Deus, qu
ipse efficit,teste August. de Genes.ad literã lib.5.c
ut aliquid siue ab angelis,siue ab homimibus cog
tur.De adfectib.porrò qui tribuuntur Deo,eadem
quenda est ratio.Dicitur Deus irasci,quãdo exc
sticiæ suæ argumẽta aduersus impios,puniendo
meriti sunt. Eadem de causa,præcipueq; cum g
subitasq; immittit pœnas,furor ei tribuitur. Vbi
contrarium fit,atq; benignum se Deus præbet,
tur moueri misericordia. Dicitur insuper pœni
duci.ueluti Genes.6.legimus:Pœnituit Dominũ,
fecisset hominem, & dolore tactus est in cord
non quòd consilium uel propositum mutet, corr
ue,quomodo solent homines:sed quòd in operib
aliquid aliter facere eum deprehendamus, quam
tẽ fecerat: ueluti cum percutit & plectit, quos

beneficijs cumulauerat. Quam quidem uicißitudinẽ ac mutationem, non adfectu aliquo Deus inducit: sed ab æterno præuidit ac definiuit. Ab æterno autem, & immobili uoluntate, cum semel de omnibus quæ perfici unquam debent, statuerit: intelligi sanè non potest, propositi uel consilij mutationem in ipso locum habere. Cum primis elegans est, de huiusmodi loquutionibus adfectum significantibus, sentẽtia Augustini lib. 1. contra aduersarium legis & prophetarũ, cap. 20. Pœnitentia Dei non est post errorem: ira Dei non habet perdurati animi ardorem: misericordia Dei non habet compatientis miserum cor, unde in Latina lingua nomen accepit: zelus Dei non habet mentis liuorem. sed pœnitentia Dei dicitur, rerum in eius potestate cõstitutarum, hominibus inopinata mutatio. ira Dei est, uindicta peccati: misericordia, est bonitas opitulantis: zelus Dei, est prouidentia, qua non sinit eos quos subditos habet, impunè amare quod prohibet. Quo loco pluribus de eadem re disserit. In summa, ubicunq; occurrunt tales locutiones, non difficile est ei qui Scripturarum tropis & phrasibus paululum assueuerit, ex orationis serie rectam illarum colligere interpretationem. Anthropomorphitæ hæretici, ignoratione huius obseruationis & commodæ interpretationis, dilapsi sunt in fœdum errorem, suspicantes omnia reuera sic in Deo accipienda, quasi nostro more corpore præditus, ea ipsa perageret, quæ loquutiones Scripturæ crasso more significant. Contra quos apposite dictum est ab Augustino, Epistola 111 ad Paulinam: Quæ

de membris assiduè Scriptura commemorat, ne
quam secundum carnis huius formam et figur
esse crederet similes Deo: propterea eadem
Deum habere dixit, quas nos utiq; non habemu
gitur autem Psal.17. Sub umbra alarum tuarum
sconde me. Ac notatur per alas, diligentia Dei
fouendis, conseruandisq; sumpta similitudine
bus, eum in modum suos fouetibus pullos. Sicut
absurdum foret, existimare ob eam loquutionem
habere imaginem & membra auis: ita per
surdum est, propter locutiones antè expositas
ri, Deum humani corporis figura esse indutum.
autē, Deo plurima per similitudinem accom
eademq; non ab hominibus modò, uerum etiam
tis animantib. desumpta. Fortasis & poetæ uet
mi, ex hac consuetudine loquendi in Scriptur
uata, ansam acceperunt, confingendi deos m
humano more agentes: quibus etiam nonnum
signia aliqua dant, per quæ actiones atq; o
cunq; notantur. ut Ioui sceptrum & fulmen,
premam significant potestatem: Marti igne
ensem, &c.

DE TRINITATE. Cap. XIII.

Obseruatio I.

Vbi loci de Deo incidūt, prudenter obser
cet, quid de Deo simpliciter & absq; perso
stinctione, quid ue de singulis in diuinitate
separatim dicatur. De Deo simpliciter & abs
narum distinctione sunt hæc: Deus noster igni

mens est: Domine Deus noster quàm admirandum est nomen tuum in uniuersa terra: Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: Deus qui cœlum & terram condidit, &c. De singulis autem personis, patre inquam, et filio, & spiritu sancto, quædam propriè atq; separatim accipi debere constat. Filius propriè uocatur λόγος, uerbum, unigenitus: Ioannis 1. imago Dei, primogenitus uniuersæ creaturæ, caput corporis Ecclesiæ, ad Coloss. 1. Splendor gloriæ, & effigies seu character substantiæ patris: ad Heb. 1. item, carnem assumens, filius hominis. Occurrunt uerò & aliæ appellationes filij, sed quæ officium, seu egregia facta potentiamq; declarant magis, quàm notant personæ distinctionem. Siquidem notum est, inter ea quæ dicuntur de persona, alia de essentia, alia de officijs accipi debere. Huius itaq; generis sunt: pontifex, sacerdos, pastor, rex, propheta, mediator, aduocatus, sponsus, consiliarius, princeps pacis, angelus magni consilij, gigas, lapis angularis, petra, fundamentum, ostium, lux mundi, uia, uita, ueritas, leo, agnus, uirga, & flos de radice Iessæ, filius Abrahami, filius Dauid.

Longum esset recensere omnia. Cæterùm Spiritus sanctus, dicitur procedens à patre & filio: dicitur missus in corda credentium, ut ea purificet: dicitur uiuificator, consolator, paracletus, donum, σφραγὶς, arrabo, unctio, digitus Dei, &c. Pater autem describitur, gignens filium ex utero ante luciferum, filium habens in sinu, omnia creans per filium, siue uerbum, &c. Ad huius obseruationis explicationē perti-

nent Augustini uerba, de Trinitate lib.9. Quæ
sunt, inquit, nomina distinctè ad singulas psonas p
nentia, quæ de singulis tantùm dicũtur personis: q
dam uerò unitatem essentiæ significantia sunt, qu
de singulis sigillatim, & de omnibus communiter
cuntur: alia sunt quæ translatitiè, & per similitu
de Deo dicuntur. Et illa Ambrosij lib.2. de Trin
Quo purius niteat fides, triplex uidetur deriuãd
stinctio. Sunt enim nomina quædam, quæ euide
proprietatem personamq; Deitatis ostendunt: q
quædam, quæ perspicuã diuinæ maiestatis expri
unitatem: alia uerò sunt, quæ translatitiè & per
litudinem de Deo dicuntur. Proprietatis itaq; no
sunt, generatio, filius, uerbum, & huiusmodi. Ve
uerò æternæ, sapientia, uirtus, ueritas, &c. Simili
nis uerò, splẽdor, character, imago. Meritò igitu
monemus, habendam esse huius distinctionis di
tem rationem.

Obseruatio II.

Etsi uerò distinctæ sunt in diuina natura per
quibus singulis suæ adiunctæ sunt proprietates
intelligi conuenit, indiuisa atq; inseparabilia se
existere Trinitatis opera. Qua notatione inte
multis occurritur erroribus & superuacaneis
stionibus, quæ per ociosos atq; curiosos specu
de personarum æquali potentia, paribusq; actio
moueri non sine periculo solent. Nihil autem
breuiter adscribam de præsenti obseruatione, q
gustinum uideo adnotasse. Sic autẽ ait in Enc

ad Laurentium cap.28. Quando unus trium,pater ui delicet,aut filius, aut ſpiritus ſanctus, in aliquo opere nominatur,uniuerſa operari Trinitas intelligitur. Et libro cõtra ſermonem Arrianorũ: Eadẽ ſunt opera patris & filij,nõ quòd filius ſit idẽ ipſe qui pater eſt: ſed quia nullũ opus eſt filij,quod nõ per eum pater facit. Quæcunq; enim pater facit, hæc eadẽ filius ſimiliter facit.Euãgelica eſt & Apoſtolica illa ſententia,filij ipſius cõſequenter ore prolata. Nõ ſunt ergo alia filij, alia patris opera,ſed hæc eadẽ.nec diſſimiliter fiũt à filio,ſed ſimiliter. Cum aũt nõ alia ſimilia,ſed hæc eadẽ fiãt à filio,quæ fiunt à patre:quid eſt ſimiliter,niſi nõ diſſimili facilitate,nõ diſſimili poteſtate? Si enim hæc eadẽ ambo quidẽ faciũt,ſed alter altero facilius ac potentius:nõ utiq; ſimiliter facit filius.Cum uerò & hæc eadẽ,& ſimiliter:profectò nec alia ſunt filij quàm patris opera,nec operantiũ diuerſa eſt potẽtia,nec utiq; ſine ſpiritu ſancto.nec enim à faciẽdis amborũ operibus,ullo modo amborũ ſeparabitur ſpiritus.Miro itaque,eodẽq; utiq; diuino modo,ab omnibus fiũt opera omniũ:ab omnibus etiã ſingulorũ. Rurſus in eodẽ ſermone cap.15.Singulorũ opera dicũtur, quæ ad unamquamq; eorũ manifeſtãtur pertinere perſonam.Sicut natus ex uirgine,nõ niſi filius: & uox de nube, Tu es filius meus dilectus, ad ſolius perſonã pertinet patris: & ſpecie corporali ſicut colũba,ſolus apparuit ſpiritus ſanctus.tamẽ & illã carnẽ ſolius filij, & illã uocẽ ſolius patris,& illã ſpeciẽ ſolius ſpiritus ſancti,uniuerſa Trinitas operata eſt. Non quòd inualidus ſit unuſquiſq;

quisq; sine alijs, implere quod operatur: sed nõ p
opera esse diuisa, ubi nõ solùm æqualis est, uerum
indiscreta natura. Hæc ibi. Plura non expedit hu
co tyronibus inuestiganda de Trinitate propon
satius quidem est interdum, quosdã obscuros &
catos locos quieto animo præterire, quàm diu
molestia illis inhærere, præsertim ex quorum
perscrutatione error subinde nasci solet. Neq;
mentis, plura de Deo disquirere, uel asseucrare
uidet perspicuè & simpliciter in sacris expon
Diligẽtiæ in contemplatione rerũ diuinarum
esse debet: excedit autem & noxia est diligentia
inutiles parit quæstiones, aut absurdorum dogm
materiam subministrat. Sequi igitur uel hac in
sapientem illum ne pigeat, qui monet: Altiora
quæsieris.

DE CHRISTO. Cap. XV.

Obseruatio I.

Omni animi contentione in Scripturis disq
oportet, ecquid usquã de Christo dicatur. Enim
palàm est, omnia quæ cõtinentur lege & propho
Psalmis, id est, uniuersis libris canonicis, ad Chr
tanquam scopum referri debere. Propter prom
nes nanq; de Christo ad patres factas, & ad pr
ciandum apud credẽtes quæ per Christũ restau
hum ani generis causa perfici cõstituto tẽpore
bant, Deus pater libros sacros cõscribi atq; edi
Hinc factum, quòd Christus disertè ait Luc. 24
scipulos: Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos

adhuc essem uobiscum, quòd necesse foret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosæ, et prophetis, et Psalmis de me. Alibi quoq; sæpe tum Christus, tũ Euangelistæ et Apostoli producunt in mediũ, quæ in libris Veteris instrumẽti fuere de ipso exposita. Occurrũt aũt passim duplices de Christo loci. Alij apertè perspicuéque de eo cõcionantur, in quibus uidelicet fit mentio de promisso semine benedicto, de liberatore mittẽdo, de filio Dei, de iustificatione, de propheta omniũ lõgè excellentissimo, de sacerdote qui placabit Deum, de rege qui regnabit æternũ. Ac de his quidẽ locis, quisquis appellationes seu nomina Christi tenet memoria, haud difficulter iudicabit, poteritq; in orationis cuiuscunq; progressu argumenta quæuis statim discerne re. Alij uerò sunt loci, in quib. paulo obscurius, tantũq; per typũ aliquid de Christo adumbratur. quales obseruandi sunt, tũ in plurimis historijs atq; rebus à sanctis patrib. siue sanctorũ patrũ ætate gestis, tũ in cæremonijs ac ritib. olim diuinitùs cõstitutis. Cuius generis est, quòd Christus ipse interpretatur, in historia serpẽtis ænei, erecti ad palũ in deserto, significatũ, quòd ipse quoq; attollẽdus quandoq; in crucem foret. Ioannes euangelista non dubitat astruere, præceptũ de nõ comminuendis ossibus agni Paschalis, præmonstrasse, quòd neque Christi ossa confringerentur in cruce: Ioannis 19. Autor epistolæ ad Hebræos cap. 3. ostendit, Mosen, dum præest electo populo, atq; extruit tabernaculum, gessisse typum Christi gubernaturi uniuersam Ecclesiam, quam patri cœlesti parare is debebat.

Idem cap.5 docet,in Melchisedech rege Salem ty
tifice,eluxisse Christi itidē ueri regis & absoluti
tificis imaginē.Hinc cap.9,quid sanctū sanctorū,
sacerdos semel in anno eundē locū ingrediēs,qui
ctimæ cruentatæ de Christo præfigurarint,lucul
aperit. Quid multa? plurimi loci ex Veteri testa
hunc in modū de Christo explicātur per Apostol
Euangelistas in testamēto Nouo. Cæterum tyro
ius generis locis eruendis, non aget nimis cōfid
Neq; enim est cuiusuis,dextrè interpretari quid
riæ,seu cæremoniæ sibi hac in parte uelint.

Obseruatio II.

Quo autē facilius locos de Christo unusquis
prehendat,placet obseruationē adijcere,de not
ac memoria diligenter custodiendis Christi appe
tionibus,quæ profectò uariæ in sacris libris cele
tur. Nos,quo ueluti subsidio eamus tyronibus,p
puas aliquot hoc loco coaceruabimus.In lib.Ge
uocatur Christus semen mulieris,semen Abrahæ
benedictum,Silo,expectatio gentium,seu aggre
populorum.In Numeris,stella ex Iacob. In Deu
nomio,propheta,frater noster.In libris Regum,
& filius Dauid,rex sedens super sedem Dauid,
æternū obtinens.Apud Iesaiam, admirabilis, co
rius,Deus fortis,pater æternitatis,princeps pa
ctuarium refugij,lapis offendiculi,petra ruinæ,
populorum,Immanuel, uirga, surculus, flos de r
Iessæ,germen delectabile,germen iustum uel iu
fructus terræ,uerbum iusticiæ,dux & præcep

tium, lapis fundaměti, lapis precioſus, prædator, ouis, agnus, dominator terræ, ros, Meſchias, unctus Domini, electus Dei. Ieremiæ uocatur ſimiliter, Meſchias, Chriſtus, rex, germen iuſtum, germen Dauid, rex Dauid, agnus. Ezechieli autẽ, tener ſurculus. Danieli porrò, antiquus dierum, Meſchias ſeu Chriſtus, ſanctum ſanctorum, Deus Zebaoth. In Oſea, rex gentium, radix Dauid. In Canticis, Solomon, pulcher & decorus, ſponſus, electus, hinnulus ceruorum, &c. In Pſalmis, Gigas, dominus, uirtus, potentia, brachium, uerbum. In Euangelijs paſsim uocatur Seruator, filius hominis, uerbum, caro, uia, uita, ueritas, ſapientia patris, principium, finis, ſol, lux mundi, lumen oriens ex alto, propheta, rex, ſacerdos, primogenitus inter creaturas, inter fratres, ſplendor, imago patris, gloria Dei, mediator, interceſſor, propitiator, aduocatus, mittens ſpiritum ſanctum, debellans mortem, infernum, diabolum, eligens, uocans, iuſtificans, glorificans, conditor, creator. Item appellationes huiuſmodi crebrò occurrunt: leo, aquila, uitulus, aries, hœdus, hoſtia, oblatio, ſerpens, uermis, fons uel aqua uitæ, panis de cœlo. Poſtremò, omnia nomina Dei inueniuntur Chriſto attributa. Quid multa? Nullus eſt liber in quo non ſæpius fiat Chriſti mentio, & quidem alijs atq; alijs ſubinde repetitis nominibus: quis igitur recenſeat omnes Chriſti honorificentiſsimos titulos? Satis igitur ſit, quòd nos hanc rationem adnotandi tanquam exerto digito monſtrauerimus. Plures ſua quiſq; induſtria adijciet.

Obseruatio III.

Conciones quæ de Christo in Scripturis inciden
aliæ agunt de Christo ut Deo, aliæ de eo ut hom
uel, aliæ agunt de Christo exaltato & regnante,
de humiliato & patiente. De Deo ac regnante e
lud: Quæ pater facit, eadem & filius facit. De ho
ne & humiliato uerò: Deus quare dereliquisti me
rarò in una eademq; concione, pars de exaltato,
de humiliato intelligi debet. Iesaiæ cap. 53 multis
bis describitur Christus mirum in modum humili
Vim, inquit, est passus, & iniquè tractatus. Item
carcere & de iudicio sublatus est. Et tamen h
adijciuntur, quæ amplam eiusdem gloriam decla
quale est illud: Generationem eius quis enarra
quod de regno eius spirituali, id est Ecclesia, &
titudine credentium rectè accipitur. Iterum: Id
ego portionem ei segregabo in multis, & cum
stißimis diuidet spolia. Ioannes eadem differen
tione utitur. ubi namque scribit, Verbum factu
carnem, & habitasse in nobis: mox addit, Et co
ximus gloriam eius, gloriam ueluti unigeniti à p
plenus gratia & ueritate. Prius membrum, pr
nit conspiciendum Christum humiliatum: po
uerò, exaltatum. Rursus Ioannes testificatur de
clamat, dicens: Hic erat de quo dicebam, qui ca
sequeretur, anteceßit me, quia prior me erat.
plenitudine eius nos omnes accepimus, & gra
pro gratia. Cum me sequeretur, inquit, de Chri
telligens humiliato: cætera de exaltato. Hanc
Scrip

Scripturæ consuetudinem obseruauit D. Ambrosius, qui de Fide lib. 3. cap. 5. sic ait: Est consuetudo Scripturis, ut interdum à diuinitate Christi incipiant, & ad incarnationis sacramẽta descendant: interdum ab humilitate incarnationis exordium sumant, & ad gloriã diuinitatis assurgant.

Obseruatio IIII.

Vbi de Christo habetur sermo, considerare oportet, quid dicatur propriè referendum tantùm ad diuinam eius naturam, quidue tantùm ad naturam humanam: deniq; quid propriè de eiusdem persona utramque naturam recipiente. Hanc regulam uocant περὶ κοινωνίας ἰδιωμάτων, quasi dicas, de communione proprietatum. ac propter multas causas à sanctis patribus est tradita. Plurimum namque momenti habet ad refellendum hæreticos, dignitatem Christi conantes quoquo pacto imminuere. Sic uerò eam intelliges. Agnoscere debes, Christum esse unam personam, siue, ut Græci loquuntur, ὑπόστασιν. In hac porrò spectari itidem duas naturas: diuinam, quam habuit ab æterno cum patre communem: & humanam, quam ad se recepit in tempore, quáq; per omnia, excepto peccato, nostri similis factus est. Eleganter ista expressit Athanasius hisce uerbis: Sicut anima rationalis, & caro, unus est homo: ita Deus & homo, unus est Christus. Quam similitudinem affert Augustinus quoq; in Enchiridio ad Laurentiũ, cap. 34. Iam uerò, quemadmodum de homine dicuntur nonnulla, secundum animã tantùm ei conuenientia, ut intelligere, ratiocinari,

dolere,

dolere, gaudere, metuere, sperare: quædam uerò c
uenientia tantùm secundum corpus, ut comedere
bere, ambulare: ita de Christo in scripturis multa
feruntur, quæ in eum competunt tantùm secundu
turam diuinam, multa quæ tantùm secundum na
humanam. Hoc igitur discrimen in locis de Chris
quid memorantibus diligenter est obseruandum
notandumq́;. Prioris formæ sunt omnes loci, q
describitur Christus uerbum & imago patris,
Dei, conditor seculorum, primogenitus uniuersæ
turæ, cõferens Spiritum sanctum, &c. Posteriori
mæ sunt loci, qui proponunt forma serui indutum
nem, fratrem nostrum, miseriarum nostrarum p
pem, esurientem, sitientem, flentem, fugientem p
la, formidantem mortem, &c. De qua quidem d
ctione nonnihil in præcedentibus. Cæterùm ut
sus quædam dicũtur de homine, quæ neq; de sol
pore, neq; de anima sola separatim possunt acci
potius simul iudicantur hæ partes cooperari, a
mutuas sibi inuicem accommodare operas, unde
tandem homo dicitur in actione occupatus: quo
nus est, si quispiam scitè describit manu, quæ an
pienter concipit: aut simile quippiam facit, in q
riter anima & corpus, adeoq́; totus homo sese
cet: ita in scripturis nõnulla dicuntur de Christo
neq; de diuina tantũ natura, neq; de humana se
considerata explicari rectè queant: sed perind
hæ naturæ inuicem sibi sua officia & proprieta
municarent, diuinitas describitur ut agens cum

ma

manitate,uicißimq; humanitas ut agens cũ diuinitate: quam ob causam eæ locutiones de tota persona Christi exponantur necessum est. Equidem uereor,ne non satis poßit res hæc similitudine ulla exprimi. Exempla igitur notiorem reddent. 1.ad Corinth.2.Si cognouissent,haudquaquã Dominum gloriæ crucifixissent. Act.20. Attendite gregi Ecclesiæ Dei, quam acquisiuit sanguine suo.1.Ioannis 3.Per hoc cognouimus charitatem Dei,quoniam ille animam suam pro nobis posuit,& c. Hi loci quoniam non possunt de altera tantùm natura accipi, utpote quorum altera parte cernuntur quæ diuinitatem prædicant, altera uerò quæ humanitatem, & in tota sententia uidentur quæ humanitati propria sunt, tribui etiam diuinitati, tanquam si naturæ permiscerentur: exponi planè debẽt, ut omnẽ uitemus incõmoditatem,de tota Christi persona. Quod in hunc modum simplicißimè fiet. Persona quæ est Deus,atq; etiam homo,ea inquam persona mortem crucis subijt:rursus,persona quæ est Deus,atque etiam homo, Ecclesiam acquisiuit suo sanguine: animã suam siue corpus pro nobis posuit. Simili ratione et reliquas id generis propositiones enarrabimus, referendo uidelicet earum diuersa membra ad unam personã. Quo quidẽ pacto cauebimus, ne aut naturas temerè confundamus, aut absurdè plures inducamus personas: quorũ illud fecit Eutyches, istud Nestorius, ambo ob id damnati hæreseos. Augustinus quædam huc pertinentia adnotat, de Trinitate lib.1.cap.1.& 3.Epistola 57 ad Dardanum,ad Simplicianum lib.2.

quæ-

quæstione 2. atq; in cõmentarijs ad Euãgelium Ioã
nis sæpe admiscet plura in hãc sententiam. Chrysos
mus exponens illud ad Heb. 1. Filius meus es tu, ego
die genui te: ait, Christum dici filium Dei, non tam
ut est ante secula genitus, uerũm etiã ut secundũ
nem in seculo est natus. Etenim caro, inquit, cõm
cat altioribus, sicut & diuinitas humilioribus cõ
care dignata est. Qui enim nõ est homo fieri de
natus, & qui rem ipsam nõ abnuit, quomodo ip
pudiaturus est uerba? Aliquanto euidẽtius Augu
in enchiridio ad Laurent. cap. 36 ait, Christũ, ut
est & homo, unitis licet, non confusis naturis cõ
Dominum nostrũ uerumq; Dei filiũ esse, etiã sec
humanitatem, etsi non ratione humanitatis.

Obseruatio V.

Sacra scriptura de Christo loquens, subinde c
orationi admiscet alia cõuenientia soli personæ
sti tanquã capiti, alia cõueniẽtia Ecclesiæ tanqu
pori siue mẽbris. Christus nanq; & Ecclesia unã
ra corpus mysticũ efficiũt, in quo Christus se hab
caput, Ecclesia siue credentes instar reliquorũ m
brorũ: Ephes. 1. Vnde frequenter in Scripturis à
te Christo ad membra, id est, Ecclesiam, fit transi
Christus Ecclesiæ personam interdum in se recip
ipse loquatur quæ non cõpetunt nisi in Ecclesiam
ergo lectoris, ista omnia non oscitanter perpen
Psal. 69 totus attribuitur Christo, pro nostra salu
riculum crucis subeunti. atq; interim ibi ait: Deu
nouisti stulticiam meam, & delicta mea à te non
absco

abscõdita. Istud ergo à capite ad Ecclesiam siue membra transferetur. Rursus per contrarium à corpore transitio fit ad caput. Christus Zach.3. depingitur in persona Ecclesiæ, indutus uestibus sordidis, quib. mox exuitur, atq; alijs ornatur. & statim subijcitur: Contestatus est angelus Domini Iehosuam dicens: Sic dixit Dominus exercituum, Si in uijs meis ambulaueris, & si custodiã meam custodieris, etiam tu iudicabis domũ meam, & præterea custodies atria mea. En, quod mẽbris cõuenit, tribuitur capiti: siue à membris transitio fit ad caput. D. Augustinus enarrans 2. uersum Psalmi iuxta Heb. 22, ubi ipse sic legit, Longè à salute mea uerba delictorũ meorũ: item ad Psalmum 38, ubi dicitur, Non est sanitas in carne mea propter iram tuã, nec est pax in ossibus meis propter peccatum meum: rursus Psalmo 40, Posuit in os meum canticum nouũ, laudem Deo nostro: deniq; Psal. 75, statim in initio, inculcat ac repetit, Christũ aliquãdo loqui in persona capitis, aliquãdo in persona corporis siue membrorũ. Apud eundem Augustinum Tyconius inscribit hãc obseruationem, de Christo & eius corpore, eamq; inter regulas à se congestas primam constituit, adducens exemplum ex Iesa. 61. Quasi sponsum ornauit decore, et quasi sponsam quæ ornatur monilibus suis. Vbi prior pars de Christo capite, posterior de Ecclesia seu corpore debet intelligi.

DE SPIRITV SANCTO. Cap. XVI.

Obseruatio.

Obseruatum est, ubi in libris sacris uocabulum

Spiritus

Spiritus sine adiectione aliqua ponitur, ibi de spi
sancto, qui est distincta persona in Trinitate, agi
ferri hæc obseruatio poterat ad ea quæ de Scrip
sanctæ phrasibus dicta sunt: sed tamen quando ni
rum conducit ad rectè discernendũ personas in
ra diuina, præterea studiosè inculcatur à pluribus
ctis patribus, placuit eam hoc loco in memoriam
ducere. Apud Origenem περὶ ἀρχῶν lib. 1. ca
legimus: Quidam ex prædecessoribus nostris in
testamento obseruãt, quòd sicubi Spiritus nomi
sine adiectione, quæ assignet qualis sit Spiritus,
ritu sancto debere intelligi. Post Origenem Hie
mus ad cap. 2. Micheæ prophetæ: Quòd spiritus
in Nouo quàm Veteri testamento, ubicunq; sine
tamento ponitur, in bonam partem intelligatur
sæpe diximus, & nunc ex parte ponemus, ne c
biũ sit. Fructus aũt spiritus, charitas, gaudium,
Gal. 5. Et, Si Spiritu uiuimus, spiritu & ambu
Gal. 6. &, Si aũt Spiritu opera carnis mortifi
tis, uiuetis: ad Ro. 8. Nec præteriuit eandẽ obser
nẽ Augustinus ad Simplicianũ libro secundo, q
prima: & de incarnatione uerbi lib. 1. cap. 17. E
de posteriore hoc opere, num Augustini sit, a
tur. Cæterùm quod paulo antè admonui, de adi
dis nominibus personæ Christi: idem intelligi o
de persona spiritus sancti. Nã hæc quoq; uariis
statur appellationib. quales sunt: spiritus Domi
tus, dextera, digitus Dei, aqua, flumen, ignis,
σφραγὶς, obsignatio, oleum lætitiæ, paracletus,
&c.

&c. Quæ ubi occurrunt, prudenter decet dispicere, de Spiritu sancto quid dicatur.

DE DIABOLO. Cap. XVII.

Obseruatio.

Quemadmodum uerò semel diximus de Christo, quòd in eadem oratione nonnunquam permiscentur alia conuenientia soli personæ Christi, tãquam capiti: alia conuenientia Ecclesiæ, tanquã corpori, siue membris eiusdem: sic ex aduerso intelligere conuenit, Scripturas frequenter loqui de diabolo: atq; unã orationis partem accipi debere de personâ diaboli, tanquam de capite: alteram partẽ de corpore, siue membris eius, id est, de cœtu impiorum. Estq; hæc regula Tyconio apud D. Augustinum septima, siue ultima. Sicut autem Christus caput piorum est: ita diabolus caput est impiorum, & in unum corpus ipse & impij coalescunt. Vnde ad Eph. 2. uocatur princeps cui potestas sit aeris, & spiritus agẽs in filijs contumacibus: sicut etiam à Christo antè appellatus fuerat princeps huius mundi. Pleraq; igitur dicuntur de personâ diaboli, quæ tamen quadrant in impios homines: & rursus de impijs dicta, ad diabolũ commodissimè transferuntur. Exemplum apud D. Augustinũ ex Iesaiæ 14. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, fili auroræ? Quæ uerba cũ de rege Babyloniæ pronunciata sint, pertinent nihilominus & ad satanã, omnium impiorum principem, qui de summa dignitate, in qua primùm erat à Deo conditus, propter superbiã & contemptum Dei deiectus est. Ex lib. Apocalypsis Ioannis, & alia idonea exẽpla

peti possent. Est uerò & hic in memoriam rev
dum, quo procliuius aduertere possis, ubi de dia
ciusq; uiribus & actionibus sermo instituatur,
desse diaboli nomenclaturas tenere. Vocatur di
bolus, serpens, Genes. 3. draco, Iesaiæ 29. calumn
Ps. 71. tentator, Matth. 4. & alibi, mendax ac pa
dacij, sathanas, &c. item Deus huius seculi, 1. ad
4. princeps potestatis aeriæ, ad Eph. 2. nequissim
Eph. 6. potestas tenebrarum, ad Coloss. 1. leo rug
Petri 5. Frequens lectio commonstrabit plura.

DE ECCLESIA. Cap. XVI

Obseruatio I.

Multiplices extant in libris sacris Ecclesia
lationes, atque eæ plurimum per metaphoras
litudines ab alijs rebus sumptæ: quam ob caus
adnotandis maiorem diligentiam oportet pon
gnitæ autem, admonent unumquenque, ad pr
cius inuestigandum, quæ nam sit genuina lo
tentia, & adiuuant ad expeditius eam inueni
Appellatur autem Ecclesia in sacris literis, g
cta, populus Dei, peculium Dei, electi, uel ele
congregatio. In Psalmis, Syon, arx Syon, mon
Hierusalem, ciuitas Dei, domus Dei, atrium
bernaculum Dei. Apud Iesaiam, uinea, mons
Domini, mons sanctuarij, sanctuarium. In C
sponsa, amica, soror, columba, formosa, imm
carens ruga, decora, electa, hortus conclusus,
gnatus. In Euangelio, filij Dei, filij lucis,
cœlorum, regnum Dei, templum Dei. Et Apos

minant populum acquisitionis, credentes, multitudinem credentium, electos, redemptos à Domino, ciues sanctorum, domesticos Dei, filios adoptatos, semen Abrahæ, filios promissionis, hæredes Dei, cohæredes Christi, iustificatos, sanctificatos, ambulantes in luce, uiuentes secundum spiritum. Non est præsentis instituti, adscribere omnia Ecclesiæ nomina per sacros libros hinc inde sparsa. Ac ne hæc ipsa quidem adscripsissem, nisi proximè insequentis obseruationis ratio utcunq; postulasset.

Obseruatio II.

Ex tam multis autem nominibus quæ usurpantur ad denotandum Ecclesiam, cum pleraque propriè significent, aut locum, aut ciuitatem, aut arcem, aut tẽplum, aut uineam, aut simile quippiam: accurratè oportet nos inuestigemus, utrum, ubi ea occurrunt, uel in natiua significatione posita, aliquid lateat, explicandũ de ipsa Ecclesia, quæ est piorum congregatio. Compertum namque est, et ab ijs qui sacras enarrant literas studiosè obseruatum, multa in prophetarum concionibus, disputationibus, uaticinijs, multa in historijs & annalibus extare tanquam de terrena ciuitate Hierusalem, uel de ciuitate Dauid, uel arce Syon, uel templo Hierosolymitano dicta: quæ ubi introspiciuntur penitius, inueniuntur reuera aliquid notare spirituali Ierusalem, ciuitate Dauid, templo, arce: est, de crẽdentium congregatione. Iesa. 2. Et erit in nouissimo dic, erit præparatus mons domus Domini, uertice montiũ, eleuabiturq; supra colles, &c. Vbi

mons domus Domini, non terrenum tantùm mo
in quo extructum erat templum Hierosolymari
multo magis ipsam credentium multitudinẽ, ue
Ecclesiam signat: de qua et accipi debent, quæ
loco apud Prophetam sequuntur. Non pauca
incidunt dicta, de ijs quæ perfici debebant in
domo Iuda, in carnali Ierusalem, quæ reuera
sub Dauide, uel Solomone, uel alijs regibus pr
búsue electi illius populi perfecta animaduer
Et tamen ea ipsa significant insuper, aliquid
Ecclesia, quæ est congregatio credentium, à te
Euangelij reuelati perficiendũ. Exemplum
di dictum fuerat, nasciturum ex ipso filium, q
plum Hierosolymis Domino ædificaret. Id au
lomon filius Dauidis postea exequutus est, h
bus ad tantum ædificium ligna & operarios
ternis regibus. Hæc autem historia typum co
rum, à manifestato Euangelio gerendarum. S
nanq;, quòd Christus Dei filius, qui et Matth.
11. Solomoni comparatur, Ecclesiam ex cre
multitudine colligeret, cui externi atq; gen
rerentur. Non est difficile, hac ratione & ali
in quibus Ecclesiæ nomina occurrunt, explic
derem his ex D. Augustino de ciuit. Dei lib.
tertiam quandam interpretationis formul
in eiusmodi locis posse, de cœlesti uidelicet D
te, & Ierusalem superna, quæ est in cœlis: ue
difficultatis multum habet, atq; prorsus alleg
deinde nequaquam ad uerum intellectum

rarum necessaria, nolim ego tyronem hac in parte laborem aliquem insumere. Multum ille se profecisse in sacrorum librorũ lectione sciat, qui legens aliqua seu dicta, seu facta, de terrena Ierusalem, potest eadem sic satis commodè interpretari de Ierusalem spirituali: id est, de Ecclesia, quæ credentium congregatio est.

Obseruatio III.

Quoties locus de Ecclesia obuius est, par est prudenter discerni, quid dicatur de ea in genere, quid potißimùm de bonis & electis in ea constitutis, qui sunt membra uiua: quid de alijs, qui ob solam externã communionem inter membra, quamuis putrida sint, & resecanda, numerantur. Ecclesia namq; unum est corpus, Coloss. 1. sed ex multis ac uarijs cõstans hominum ordinibus, quasi membris: 1. Cor. 12. utpote cui omnes illi generaliter accensentur, qui Christum, eiusq; pactum Euangelicum, dum nimirum & uerbum audiunt, & sacris utuntur signis à Christo institutis, profitẽtur: qualescunq; ipsi sunt, siue boni, siue mali. Quæ de re extat ipsius Christi sententia Matth. 13. in parabolis illis, de agro, in quo unà cum tritico crescunt zizania: ac de uerriculo iacto in mare, omnisq; generis pisces contrahente. Ac talẽ quidem fore Ecclesiæ statum ad finem usq; mundi, tumq; primùm separandos malos è medio iustorũ, Dominus ibidem clarè docet. Et ad Romanos decimoquarto & decimoquinto, ad Gal. 6. & alibi sæpe, fratres firmiores, potentiores, & spirituales iubentur assumere excitareq; infirmiores, impotentes, & à delictis præoccupatos. Cum igitur

Ecclesia describatur, & sit permixta bonis iuxta malis: atque in sacris libris occurrant de unoquoque genere uarij, quósque in speciem pugnare forsan existimares, loci: interest sanè eius qui certam cupit sequi sententiam, sapienter distinguere, quid de Ecclesia dicatur in genere, nulla partium ratione habita: quid de ea ex parte bonorum, quidue ex parte malorum. De Ecclesia in genere sunt huiusmodi. Psalmo uigesimosecundo: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio congregationis laudabo te. Ipsa uerba Prophetæ, primùm de se quidem, deinde per typum de Christo: iuxta interpretationem Epistolæ ad Hebræos capite 2. significatur. Euangelium, à morte Christi palàm omnibus, ut bonis ita & malis, annunciandum. Matth. decimoocta. Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Hanc illi Ecclesiæ, in qua etiam hypocritæ & falsi fratres. Prioris ad Corinth. 15: Persecutus sum Ecclesiam Dei. Actor. uigesimo: A' Spiritu sancto positi Episcopi regendum Ecclesiam Dei: id est, illos in genere Christum profitentur. De Ecclesia quæ uere & propriè hanc appellationem obtinet, in quam certi conscriptiq; sunt tantùm boni & uerè credentes sunt hi loci. Psalm. 89. Et confitebuntur cœli mirabile tuum Domine, atque ueritatem tuam in Ecclesia sanctorum. Matth. 16. Portæ inferorum non prævalebunt aduersus eam. Omnes deniq; loci huc pertinent, in quibus Ecclesia depingitur, sponsa Dei, specioſa, gloriosa, sine macula, sine ruga, perpetua

cum habens sponsum Christum, ciuitas sancta, Ieruſalem cœleſtis, fundata ſuper firmam petram, columna ueritatis, domus Dei, manens in æternũ, ſocietate gaudens angelorũ, ambulans in uijs Domini, perfecta, etc. Loci uerò de malis, qui per cõmunionem ſignorũ externorum, uerbi inquam & lauacri aquæ (quæ duo uelut præcipua Eccleſiæ ſigna ad Epheſios 5. recenſentur) Eccleſiæ ſunt inſiti, plures occurrunt. Matth. 18. Neceſſe eſt ut ueniant offendicula, ueruntamen uæ homini illi per quem offendiculum uenit. 1. ad Cor. 11. Oportet ſectas in uobis eſſe, quo qui probati ſunt, manifeſti fiant inter uos. Deniq; omnes loci in quibus immorigeri, ſegnes, errantes, in Eccleſia notantur, necnõ Eccleſia deſcribitur nigra, tenebris circumdata, per hoſtes, in primis ſpirituales, uexata, ornatu & monilibus ſpoliata, aut quacunq; ratione deformata ac deiecta. Apud Prophetas, & in libro Apocalypſeos crebræ huius generis deſcriptiones obueniunt. Tradit autem his ſimilia Tyconius in regula ſecunda, quam inſcribit, de corpore Domini bipartito: Auguſtinus mault, de corpore Domini uero atque permixto, aut uero atque ſimulato, aut de permixta Eccleſia. Siquidem impij nequaquam propriè accenſendi ſunt corpori Eccleſiæ, ſed tantùm permiſcentur, ſicut zizania tritico: dolentibus ſanè bonis uniuerſis, utpote quorum dedecore, ignominia, & nõ mediocri diſpendio iſtud fit. Quocirca ubi in apertum erumpit illorum perfidia, per excommunicationem diuinitùs inſtitutam, declarantur ad Eccleſiam neutiquam

pertinere. Addit uerò Augustinus exempla, in q
subitò fit ab una parte Ecclesiæ ad alteram tra
Alterum ex Canticorum 1: Nigra sum, sed decor
Ierusalem, ut tabernacula Kedar, & ut pelles S
nis. Vbi nigram et decoram simul dici interpre
ob permixtionem malorum inter bonos: & tab
cula Kedar, quæ sunt Ismaelitarum, transfert a
los: pelles Solomonis, ad bonos uereq; pios. Al
ex Iesaiæ 42. Ducã cæcos per uiam quam nesci
& per semitas quas non cognouerunt, faciam e
cedere: ponamq; tenebras coram eis in lucem, e
qua in planum: secundum hæc uerba feci eis, e
dereliqui eos. Hæc de parte bonorũ, & uerè cr
tiũ, Augustinus accipit. At quando additur apu
phetam: Acti sunt retrorsum, confundentur con
ne, &c. ea de alia parte, impiorum uidelicet, no
nè credentium, dicuntur.

DE DISCRIMINE LEGIS ET EV
gelij, ac de legis præceptis. Cap. XIX.

Obseruatio I.

Diligenter ubiq; obseruandũ, quid ad legem
úc ad Euangelium simpliciter pertinens dicatur
pe in libris sacris cernuntur iuxtà inuicem p
quæ ex parte quidem congruunt legi, ex parte
gelio. Tertio loco posita est hæc regula inter
nianas, quam Augustino placet potius nuncupa
de Spiritu & litera, aut de gratia & mandato
de promissis & lege, uti usum erat Tyconio. Sc
tur decet, aliud esse officiũ legis, aliud euangelij

enim terret, atq; incutit animis metum iræ Dei: Euangelium consolatur, iubetq; bene sperare de Dei misericordia. Lex docet agnoscere peccata, nec nõ excitat ad pœnitentiam: Euangelium iubet respicere ad personam Christi, & promissiones factas de remissione peccatorum in Christi nomine. Lex urget officia charitatis: Euangelium inculcat fidem in Christum. Lex proponit umbras & typos ad Christum deducentes: Euangelium exhibet corpus ac ueritatem, ipsumq; Christum apertè spectandum. Quid multa? Diuersissima sunt Legis atq; Euangelij officia: eaq; ubi occurrunt, necessum est prudenter distinguere. Admodum uerò frequenter coniunctim describuntur, ita ut post orationes comminatorias, ponantur consolatoriæ: & sermones de pœnitentia, sequantur alij de expectanda misericordia: ac uicissim, ubi multa dicta fuerint de gratia, statim subijciuntur nonnulla de Dei ira. Id aũt receptum est ita fieri, tum quia Euangelij dignitas nusquam magis elucet, quàm ubi Legis doctrina ei ad latus opponitur: tum quia fragilis conditio & uarietas animorum in hominibus omnino postulat, Euangelium ac legem simul tradi. Cum enim in quacunq; hominum societate permixti sint boni & mali, lex inculcanda est propter malos, Euangeliũ propter bonos: imò uerò propter utrosq; ex æquo debent lex & Euangelium omni tempore pariter prædicari. siquidem boni cum audiunt Euangelium, cõfirmantur, ne remissiores fiant in fide: cum audiunt legem, excitantur, ne frigescant in bonis operibus. Cæterùm mali cũ

audiunt legem, adducuntur ad suorum peccatorum
gnitionem, incipiunt de pœnitentia cogitare, con
tur se propter scelera reos æternæ damnationis
deinde ijdem audiunt Euangelium, iterum, ne d
rent, eriguntur animis, fidē de misericordia pr
Christum obtinenda concipiunt, ac reuera uenit
sequuntur. Omnes igitur, tam boni q̄ mali, ex Eu
lij & legis prædicatione fructus amplissimos p
piunt. Exempla in quib. doctrina Euāgelij et leg
iunctim explicātur, passim fiūt obuia. Iesaias ca
gno spiritu & graui oratione carpit Iud. or
quæ pars ad legē pertinet: sed eodē capite attex
Euangelio, quæ sunt cōsolatoria: Venite quesō, e
strā agamus causam, dicit Dominus: si fuerint pe
uestra ut coccinū, quasi nix albescent, etc. Ioan
per Mosem data est, gratia & ueritas per Iesum
stum exorta est. ubi Euāgelista illustrat Euāgeli
plitudinē, ex collatione eius cū lege. Christus m
nibus, Apostoli in Epistolis, post obiurgationes
quæ animos blandè inuitāt, solanturq̄. Meminer
gitur pij adolescentes, ut in scriptis prophetar
historijs, denicq̄ in quibuscunq̄ tam ueteris quā
ui instrumenti libris, assuescant aptè distinguer
ad legem, quidue ad Euāgelium pertinens dicat
gentem lucem multis locis rectè intelligendis
ctio ista allatura est. Puerilis est error, suspicari
legales nihil continere quod ad Euangelium
tursusq̄ libros Euangelicos nihil complecti
legem referendum.

Obseruatio II.

Trita admodum est præceptorum quæ in lege extant partitio, in moralia, cæremonialia, & iudicialia. Primi generis sunt, quæ uitam moresq; omnium hominũ instituũt: quod faciunt præcepta Decalogi, et eundem Decalogũ purè explicantia. Secundi generis, cõplectuntur ritus & cæremonias, adeoq; res religioni attributas. Tertij ordinis sunt, leges de officio regum, iudicum, de audiendis testibus, de mulctis, pœnis, supplicijs, &c. Moralia igitur præcepta ubi occurrunt, nos ea sic accipiemus, ceu præscripta ad nostrã quoq; uitã sanctè ac piè formandã. Sunt enim illa de officijs ueræ charitatis in Deum & proximum: ideoq; æterna & immutabilia, insculpta ab initio omnium hominũ cordibus. Cæremonialia uerò decet accipi, tanquã adumbrãtia aliquid de Christo, et rebus per Christũ nostræ salutis causa gerẽdis: uel certè de ijs quorũ pleraq; spiritualiter in Ecclesia debẽt perfici. Autor epistolæ ad Heb. artificiosissimè mõstrat, quomodo de Christo interpretari ceremonialia magna ex parte deceat, capitibus 5,6,7,8,9,10. Abrogari debuisse omnes ceremoniarum umbras, postquã eluxit Christus ipsa ueritas: quãdiu autem apud populum Iudaicum obtinuerint, & quando diuina uoluntate sic fuerint sublatæ, ut sine peccato obseruare eas phas non sit, perspicuè Iesa. 1.66. Amos 5. Osee 6. Michææ 6. Psal. 50. 51. 101. Matth. 9. 12. Roma. 2. 2. Corint. 3. Gal. 3. 4. 5. 6. Coloss. 2. Hebræ. passim, et accuratè distinxit D. Augustinus epistola 19, quam scribit ad D. Hieronymum. Cæterùm iudicialia

Christianæ

Christiani ad usum suũ nequaquã pertrahũt: uq
quæ illi tantũ populo, Rempublicã aliquã adhu
tinenti, ad tempus præscripta fuere. Hinc fit quo
stri, cum puniunt flagitia, pœnas quidem grauio
gunt, publicis legibus quæ loco & tempori cong
decretas. nam furem quidem alicubi mulctant pe
dio, adulterum pœna capitis: alicubi uerò aliter
rò Mosaicis supplicijs, ueluti lapidatione & simi
locus non est in nostris rebus publicis relictus.

Obseruatio III.

In lectione præceptorum operæprecium est
re, utrum ea ad omnes, an ad certum tantùm
hominum lata sint. Rectè Augustinus de Do
Christ. lib. 3. cap. 17: Erit etiam hoc in obseruatio
intelligendarum Scripturarum, ut sciamus, aliu
bus communiter præcipi, alia singulis quibusq;
ribus personarũ: ut non solùm ad uniuersum
ualetudinis, sed etiam ad suam cuiusq; membr
priam infirmitatem, medicina pertineat. Ha
Sunt præcepta de moribus plurima, quæ omni
æquo proposita cognoscuntur: sunt alia præ
quæ tantùm ad magistratus, ad eos qui præsunt
sijs, item ad senes, ad iuuenes, ad uiduas, ad coni
dentur lata. In epistolis ad Timotheum & ad T
item Petri & Ioannis, exempla continentur m
scura, post illa in ueteri testamento passim obu

Obseruatio IIII.

Ad hæc edita sunt à Deo, alia præcepta cu
cumstantijs, alia sine circumstantijs. Circu

præcepta erat, perficienda in solis masculis, item certo membro, & ad diem à natiuitate octauũ. Pascha celebrare debebant Iudæi semel in anno, & ad 14 diem mensis primi: Exodi 12. Augustinus in Quæst. super Exodum, quæst. 43, ad illa uerba Exodi 12, Erit uobis dies ille in memoriam, & celebrabitis eum pro festo Domini in generationes uestras. statuto seculi celebrabitis eum: siue, ut Augustinus legit ex LXX interpretibus, legitimum sempiternum, ita scribit: Aliud est quod præcipitur quousque fiat, sicut præceptum est, ut septies muros Iericho circumiret arca. aliud, cum præcipitur sic obseruari aliquid, ut nullus terminus præfiniatur obseruationis, siue quotidie, siue per menses, siue per annos solenniter, siue per multorum uel aliquorum annorum certa interualla. Aut ergo sic appellat Scriptura æternum, quòd non sua sponte audeant desinere celebrare: aut, sicut dixi, ut non ipsa signa rerum, sed res quæ ijs significantur, æternæ intelligãtur. Cæterùm illud adijcere libet, præcepta quæ absq; ulla circumstãtia efferũtur, qualia sunt in Decalogo, generalia esse, & ad oẽs, inq; omne tempus pertinere: è diuerso aũt, quæ circumstantiam aliquam habent annexam, tantùm ad certas personas, uel certum populum, uel ad statutum tempus. Quamuis de illis in ipsis Decalogo comprehensis, usitata minimeq; asperanda est distinctio: ea uidelicet, quæ cum negatione efferuntur, nunquam ullam admittere exceptionem, sed obstringere omnes, & in omne tẽpus: ea uerò quæ sine negatione efferuntur, exceptionẽ pati. licet enim obli-

obligent omnes, haud tamen in omne tempus. Su
tem duo absq; negatione enunciata: alterum de
ficando Sabbato, alterum de honorandis paren
Ingruente ergo necessitate quapiam, uel insigni
utilitate, integrum est sabbato operari. Licet
teste Christo, bouem in foueam collapsum extr
licet sacerdotibus mactare pecudē ad sacrificium
ægrum curare: licet deniq; Machabæis contra
armis se defendere. Præterea ubi parentes quis
iubent, quod nos à Deo abduceret, uel per qu
gloria Dei aliquid detraheretur, tunc licet no
dire. Oportet diligere & audire Deum præ pa
bus, & quibuscunq; hominibus. Neq; hoc præt
dum, in illis quoq; præceptis, quib. negatiua ad
particula, exceptioni tunc esse locum, quando D
nus legislator nouo mandato præcipit cōtrariu
iubet ille (inquit Augustinus super Leuiticum, q
56) qui legem cōstituit, aliquid fieri quod in leg
hibuit, iussio illa pro lege habetur: quoniā auth
legis. Itaq; licet dictum sit in lege, Non occides
Abraham non peccat, ferrum stringens ad imm
dum filium suū Isaac: sicut nec peccat magistra
gladij exercens aduersus sontes. Rursus, etsi
sit, Non furaberis: tamen Israelitæ non pecca
uasis aureis & argenteis ac uestitu precioso sp
Aegyptios. Similiter neq; Oseas reus fit, adiung
bi meretricem: quantumuis lex dicat, Non m
beris. si modò quod de Osea scribitur, res ge
quemadmodum arbitratur Augustinus, de hoc

Christiana lib.3.cap.12: & non potius simplex uisio. Fortasis huic loco opportunè adhuc adscribemus, quod annotauit Augustinus de doctrina Christiana libro tertio, capite decimooctauo: nimirũ cõsiderandũ, quo tẽpore quid licitũ sit. Fuit aliquãdo tempus, quo sancti patres sine crimine sibi plures adiũxere uxores: atqui idẽ, hoc tẽpore nulli sanctorum integrũ sit.

DE PROMISSIONIB. Cap. XX.

Obseruatio I.

Promißiones à Deo ad homines, & propter homines factas, operæprecium est, ubicunque in libris sacris incidunt, prudenter distinguere. Sunt autem promißiones aliæ appellatæ legis, aliæ Euangelij: quas ita cognosci docet Augustinus. Legales, sonãt de bonis temporalibus & terrenis: Euangelicæ, de spiritualib. & cœlestibus: libro Quæstio. super Exodum, quæst. 72. Super Numeros autem, quæst. 33, & in enarratione Psalmi 34, ait: Illa bona temporalia præfigurare ac præmonstrare ista spiritualia. atque in lege promißiones contineri obumbratas, ac præfiguratas: in Euangelio uerò reuelatas, & manifestatas. Cæterùm quando etiam lex exhibet promißiones rerum spiritualium multas, ueluti de Christo, & beneficijs per Christum adferendis: similiter Euangelium complectitur promißiones de rebus temporalibus, ueluti ubi Christus promittit, Patrem liberaliter daturum uitæ necessaria, quæ orationibus studuerimus impetrare: notandum est aliud inter utrasque promißiones discrimen magis euidens. Itaq; differũt promißiones

nes: quòd legales sint cõditionales, tanquam sp
ciendæ forent propter legis obseruantiam: Eua
cæ uerò non sunt conditionales, sed gratuitæ,
niam adferunt bona gratis, propter solum Chri
Ac promißiones legales quidem deterrent nos
catis, taciteq; arguunt, si nõ perficiuntur, fieri
pter nostra peccata: promißiones uerò Euan
inuitant, ut ad Christum usq; intueamur, certò
tes, si quando promißiones perficiuntur, fieri
pter Christum, in quo & propter quem promi
uniuersæ. De illis Leuitici 18: Custodietis statu
& iudicia mea: quæ si fecerit homo, uiuet in
uitici 26: Si in statutis meis ambulaueritis, et p
mea custodieritis, feceritisq; ea, dabo pluuias
in tempore suo, & terra dabit prouentum sum
les promißiones extant Deut. 6, 7, 10, 28. De Eu
cis uerò ad Rom. 4: Ex fide datur hæreditas, u
dum gratiam, ut firma sit promißio uniuers
Sunt item, teste Apostolo 1. ad Timoth. 4, prom
aliæ præsentis uitæ, id est, de bonis quæ in hac
tinguntur: aliæ futuræ, id est, de cœlesti æternáq;
Tales uidemus coniunctas, ubi Christus ait
Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut
aut patrẽ, aut matrẽ, aut uxorem, aut filios, aut
propter nomẽ meũ, centuplũ accipiet, et uitæ
sortietur hæreditatem. Et in hac quidem uita
gũt nobis beneficio Dei dona tã spiritualia q
lia: post hãc uitã uerò, spiritualia maximè, et
pus quoq; gloriã multo amplißimã tunc adipi

Promiß
raq; interd
ut promiß
cipi, nisi e
spiritualib
mittit res
consistunt,
potißimum
Christum
luisse, ut m
ad contem
atq; æterna
rẽtur. Sunt
cessaria: atq
nos beneuol
ra ulla salut
ij non sic in
multo arden
igitur de cau
Exempla sub
nis. nam de u
mus. Abrahæ
missum est sem
per Christus,
hæ, quiq; est
ctionem accipe
secundo. Sic
am ipse Apost

Obseruatio II.

Promißionibus editis de rebus temporalibus, plerasq; interdum admiscentur de rebus spiritualibus: ita ut promißionũ ueritas & certitudo haud poßit percipi, nisi earum pars de bonis temporalibus, pars de spiritualib. explicetur. Enimuerò solet Deus, ubi promittit res temporales, adiungere nonnulla quæ non consistunt, nisi intelligantur de rebus spiritualibus, potißimumq; de beneficijs per uerum Meßiam Iesum Christum adferendis. Quod idcirco uidetur Deus uoluisse, ut mentes piorum à rebus terrenis & caducis ad contemplationem ac desiderium rerum cœlestium atq; æternarum, ceu multo præstantißimarum, erigerẽtur. Sunt corporalia bona in hac communi uita necessaria: atq; in ijsdem, cum adsunt, debemus Dei erga nos beneuolentiam singularem agnoscere. sed qui curã ulla salutis animæ, ac melioris uitæ spe tanguntur, ij non sic in hasce res fluxas animis sunt intenti, quin multo ardentius aspirent ad æternas & cœlestes. Hac igitur de causa promißiones mixtas apparet editas. Exempla subijciemus, tam de rebus, quàm de personis. nam de utrisq; promißiones non obscuras cernimus. Abrahæ promissus est filius futurus hæres, promissum est semen: non autem Isaac tantùm, sed ipse inper Christus, quem Scriptura appellat filium Abrahæ, quiq; est semen illud benedictum, in quo benedictionem accipere omnes gentes debent: Genes. uigesimo secundo. Sic autem interpretatur promißionem ilam ipse Apostolus, ad Galat. tertio dicens: In semi-

p ne tuo,

ne tuo, qui est Christus. Actorum uerò decimo
idem Apostolus docet, ex multis quæ canit Psal.
musquintus de persona Dauidis, aliquotam per
præsertim illa uerba, Non permittes ut sanctus
deat corruptionẽ, de Christo à morte resuscitato
pi debere. Iesaiæ 42, uaticinium & promissio
de Cyro Persarum rege, per quem populus
erat è captiuitate liberandus: ex qua tamẽ
ne de Christo nõnulla explicat Euãgelista
cap. 12. Ecce filius meus, inquit, quem elegi
meus, in quo sibi bene complacuit anima mea
spiritum meum super illum, & iudicium gentib
nunciabit, & reliqua. Sed multo luculentißim
occurrit 2. Samuelis 7, ubi Nathan ad Dauid
Dei de Solomone in hæc uerba: Cum impleti
dies tui, dormies cum patribus tuis: & ego
semen tuum post te, quod egredietur de utero
que firmabo regnum eius: ipse ædificabit nomi
domum, & ego confirmabo solium regni eius
seculum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mi
lium: & si iniquè aliquid egerit, castigabo
uirga humana, & cum plagis filiorum homin
sericordia autem mea non recedet ab eo: sicut
à Saul, quem sustuli à facie tua. Et confirmabi
mus tua, atq; regnum tuum usq; in seculum co
cie tua, eritq; thronus tuus firmus in seculum.
Solomone quidem primùm sunt dicta, sed pl
personam eius haud quadrant. Ante omnia
citur, Cum impleti fuerint dies tui, dormies

tribus tuis, & ego ſuſcitabo ſemen tuum poſt te: id profectò non de Solomone, ſed alio quopiam à morte Dauidis uenturo, per quem omnia ſunt perficienda, neceſſariò debet accipi. Multo minus Solomoni accommodabuntur illa, de confirmando uidelicet regno eius uſq; in ſeculum, & quòd miſericordia Dei non recedet ab eo, quemadmodum receſſerat à Saule. Palàm enim eſt, potentiam Solomonis ualde fuiſſe etiam cum uiueret imminutam, atque ipſum propemodum Saulis more deiectum, quando regnà plura ab ipſo deſecerunt, & filio eius nihil præter unam tribum relictum. Ergo operæprecium eſt, ad aliam perſonam illa transferamus. Cum autem non poßit æternum agnoſci, niſi quod ſpirituale eſt: (ſiquidem corporalia non ſubſiſtunt, ſed ſola ſpiritualia æterna manent) de regno Chriſti quod ſpirituale eſt & æternum, aptißimè omnia illa exponentur. Atq; id quidem eo iuſtius, quò manifeſtius eſt, quòd Solomon in ædificanda domo Domini, alijſq; multis, typum Chriſti tantùm geſſerit: quandoquidem ſolus Chriſtus ueram & ſtabilem domum, id eſt Eccleſiam, Domino patri extruxit, cuius fuit fideliſſimus adminiſtrator: ad Hebr. 3. Quid? quòd de ſolo Chriſto, naturali Dei filio, propriè illud dictum eſt: Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium: monſtrante id nobis Apoſtolo, qui ea uerba de Chriſto, ad Hebr. 1. germanè interpretatur. Ad eundem inſuper modum Auguſtinus, enarrans Pſalmum ſupputatione Hebræorum 72, cuius initium eſt, Deus iudicia tua

regi da: apertè ait, multa esse in eo posita, quæ
modo queunt Solomoni aptari, sed potius conue
uero Solomoni, authori pacis Christo. Iterum
Psalmo 78, qui sic incipit, Ausculta mi popule
meam: ubi narrantur Aegyptijs mala inflicta, p
men aliter quàm in libro Exodi describũtur, u
modum ait: Quod in Exodo dictum non est, ma
stra in Psalmo dictum esse certi simus: neq; id
tari nisi figuratè possumus, ut intelligamus eti
tera quæ facta esse constat, ob aliquam figur
gnificationem facta, atq; conscripta. Facit e
Scriptura in multis locis propheticorum eloq
Dicit aliquid quod in illa re gesta, quam uide
memorare, non inuenitur, imò & aliter esse
tur: ut hinc intelligatur, non hoc dicere quo
putari, sed aliud potius quod magis debet ad
cut est illud: Dominabitur à mari usq; ad ma
flumine usq; ad terminos orbis terræ. quod in
lomonis regno constat non esse completum, n
tari posset iste Psalmus loqui, cum de Christo
loqueretur. Tantũ Augustinus. Adhæc, Psal. 8
uide nõ pauca prædicãtur: Percussi, inquit, fac
electo meo, iuraui Dauid seruo meo. at maior
pars necessariò de Christo uult exponi. Iam
exempla de rebus promißis. Promissa est A
lijsq; sanctis patriarchis terra Canaan, pro
fructus terræ, agri, aliaq; amplißima bona t
lia: sed in ijsdem promißionibus asperguntur
pliciter de spiritualibus bonis intelligi nece

stulat. Nisi enim de istiusmodi bonis accedat interpretatio, non poterit promissionum deprehendi ueritas. ac Deus, qui non fallit, uidebitur alicui, mendacij notam incurrere. Quantum enim terrarum tractū possedit Abraham? Videlicet exiguum agellum, in quo uxorem Saram sepeliret, precio numerato debuit cōparare. Quin etiam multa magnifica promissa fuerūt facta de regno Iudæorum terreno, de insigni ciuitate & regia Hierusalem: quæ tamen non inuenientur cōpleta, si ad interpretationem de bonis spiritualibus, quæ cōspecta sunt in spirituali regno Christi, id est Ecclesia, non confugiatur. Hieronymus ad Dardanum scribens, manifestè docet, Dauidem, cuius regnum fuerat multo florentissimum, nunquam possedisse eas dictiones, quæ Numerorum 34. promissæ fuerāt. Quamobrem rectè D. Augustinus de Ciuitate Dei lib. 17. capite 10 definit, multa non esse in regno Iudaico perfecta, uti promissa fuerant: ut intelligeretur promissionis ueritas ad alterius regis, nempe Christi, et alterius regni, quod est Ecclesia, gloriam pertinere. Valde igitur necessarius est huius obseruationis ad rectam interpretationem Scripturarum usus. Iudæi, quia nolūt eam admittere, semper hærent in densissimis errorū tenebris, nec possunt ad ueritatis lucem attollere caput: nostri uerò per eam multa abstrusa eruūt, atq; in fide promissionum de Christo mirificè confirmantur.

Obseruatio III.

Multa dicuntur in Scripturis, tanquam iam præsita & perfecta reipsa essent, quæ interim promissa

potius sunt, expectandáque adhuc in spe. Aug
Augustinum, epistola 57 ad Dardanum, obser
nem hanc inuenies, ubi ait ex Apostoli uerbis
ad Rom.8. Spe salui facti sumus: Exempla subij
iusmodi. Ad Tit.3 dicitur, Saluos nos fecit per la
regenerationis. Cum hic dicat Apostolus, Salu
fecit, tanquam salus ipsa iam data sit, quemadm
intelligendum sit, illic exponit, ubi ait: Spe salu
sumus. Item Ioannis 15. Dominus ad discipulos, O
quæ audiui à patre meo, nota feci uobis: quod
deò secundum spem dictum est, inquit, futuro
eis postmodũ dicat Ioannis 19: Multa habeo uo
cere, sed non potestis portare modò. Eadẽ ratio
terpretatur dici, spiritum sanctum quosdam
tare mortales: non quòd in hac uita, sed quòd
post hanc uitam sit eosdem inhabitaturus. Præ
Christus suo sanguine parat sibi Ecclesiam glor
non habentem maculam aut rugam: non qu
existere in terris posit, sed quòd talis primùm
sit in cœlis. Conuenit igitur, docente Augustino,
generis locos potius de rebus promissis et exhi
q̃ de exhibitis interpretari, quantumlibet ipso
rum ductu significatum uideatur, res iam esse
ctas. Atq; hac sanè de causa placuit hoc Capite
missionibus præsentis obseruationis meminisse.

Obseruatio IIII.

Sæpè dicuntur quædam præterita exacti
quibus tamen latet promissio rerum futurarum
postero tempore perficienda notantur. Pro

plurima hoc pacto efferunt, soliti uerbis uti præteriti temporis, quamuis uaticinentur futura. Iesaiæ 53 nõ pauca de Christo, ijsq; quæ Christus salutis nostræ causa erat perfecturus, prædicuntur: et tamẽ uerbis præteriti temporis, prorsus perinde atq; si res diu antè gesta narraretur. Psalm. 22 de Christo humiliando ad mortem, dicuntur permulta: sed eo orationis habitu, quo solent res transactæ commemorari. Circumderunt, inquit, me boues multi, ingentes tauri Basan cinxerunt me: aperuerunt contra me os suum, sicut leo rapiens & rugiens, & quæ sequuntur. Ad Rom. 10. An non audierunt? atqui in omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Et tamen constat, nondum ubique terrarum fuisse Euangelium tunc prædicatum, sed secuturis seculis prædicandum. Adnotauit nonnulla huc pertinentia D. Augustinus, Epistola 80. ad Hesychium, de supremo mũdi die. Et Chrysostomus in Genes. Homilia nona ait, morem esse prophetarum omnium, de non factis ut de factis loqui: qui mentalibus oculis uidebant, quæ post multorum annorum curricula erant futura. Duæ autem idoneæ reddi possunt causse, ob quas scriptura de promißionibus futuris differens, talibus utatur loquendi formulis. Altera est, quòd apud Deum quidẽ, quæ futura sunt, perinde se habent, atq; iam præterita. Siquidem Deus omnia ex æquo uidet, æstimatq;: & apud Deum unus dies, ut mille anni. Altera est, quòd eo pacto declaratur hominibus maxima promißionum certitudo. Intelligere namque debent, non minus esse certas, quàm

si iam essent exhibitæ, perfectæq;. Quocirca q
piorum ijs locutionibus acui non mediocriter

DE PIIS ET IMPIIS. Cap. XX

Obseruatio I.

Qui sacrorum librorum lectioni incumbit,
ter distinguet, quid hinc de bonis, inde de mal
batur. Perfacile est, hac de re ferre iudicium. Sc
ra passim & sine inuolucris distinguit genera
filiorum Dei ac lucis, à generatione filiorum
seculi.

Obseruatio II.

Familiare est sacris scriptoribus, impiorũ re
explicare, quàm piorum: quod maximè fieri
cõparationibus, ubi facta piorum atq; impio
se conferuntur. Geneseos 4. prius disseritur de
cio Cain, deinde de sacrificio Habel. Prætereà
tas Cain priore loco recensetur, quã sequitur
tas Adæ. Lucæ 16. antè habetur sermo de diuite
de Lazaro.

Obseruatio III.

Nonnunquam, ubi piorum & impiorũ cul
gotia paresq; caussæ existũt, atq; semel facta
rumq; mentio, postea in sermonis progressu,
pijs fit, dilucidè et ueluti laudis caussa refertur
pijs uerò silentium fit. Duos latrones, narrant
geliste cum Christo in crucem actos, atq; amb
ausos Christum lacessere conuicijs, Matth. 27.
15: attamen de illo qui in Christum credidit, &
Deum uerumq; regem est cõfessus, plenior pa

sermo instituitur, Lucæ 23. Christus decem lepra infectos sanitati restituit: ex his uerò unus tantũ fide præditus, ad salutis suæ autorem Christum recurrit, egitq; gratias: Lucæ 17. Epiphanius disputans aduersus Manichæos, quorũ hæresin numerat sexagesimamsextã, esse hanc Scripturarum consuetudinem admonuit. Quanquam huc maximè tendit eius oratio, ut demonstret, eadem obseruatione posse nonnunquam locorũ qui in speciem uidentur pugnare, aptam inueniri conciliationem. Cæterùm quando perutilis est ipsius Epiphanij sententia, tum ad clarius percipiendum, quæ præsenti loco dicere uolumus: tum ad conciliandos locos in Euangelistarum narrationibus dissidentes, quæ de re alibi rursus agetur: haud grauabimur eam, si quis audire gestiat, adscribere. Sic igitur ait: Matthæus dicit, duo dæmoniaci, Lucas uerò de uno narrat. Et unus ex Euangelistis dicit, quòd latrones simul crucifixi, maledictis impetiuerunt ipsum: alius uerò, non solùm quòd nõ maledixerint utriq;, sed etiam defensionem alterius indicat. Etenim increpabat alterum, & dicebat: Non times tu Deum, quòd in eadem condemnatione simus? hic autem sanatus nihil facit. Et ad hæc acclamabat dicens: Memento mei Iesu, quum ueneris in regnum tuum. Et Saluator ad ipsum dixit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. uidentur sanè hæc uelut dissonantiam habeant in Scriptura, uerùm omnia plana existunt. Etsi enim duo sunt apud Matthæum dæmoniaci, apud Lucam ijdem sunt. Sed quoniã solet Scriptura rationes factorum dare, ea gratia

non meminit Lucas duorum, sed unius. Duo eq
erant à dæmonijs curati, unus autem permans
de, alter excidit. Itaq; propter permansionem in
sequebatur Iesum, uelut Euangelium habet, in qu
cunq; locum abibat. Ea gratia alterum reliquit, q
terius qui permansit in regno cœlorum, menti
fecit, & nihil aduersatur ad ueritatis inuenti
Iam uerò etiam aliam similem huic argumento
nem Euangelium narrat, uelut de uno. Domi
cem leprosos mundauit, nouem autem digre
dederunt gloriam Deo: unus uerò reuersus pe
sit, qui etiam à Domino prædicatur, dum dixit,
leprosi mundati sunt, cur ne unus quidam ex ip
uersus est ut daret gloriam Deo, nisi solus hic
gena? Et uides quòd propterea, quòd intellexer
neficium, & propter gratitudinis opus, unius p
cem mentionem facit. Eodem modo unus Euan
de latronibus meminit. Solemus enim singulari
ralia dicere, & pluralia singularia. Dicimus
Narrauimus uobis, et uidimus uos, et uenimus
& non duo sunt qui dicunt, sed unus qui præs
Vnus autem iuxta usus consuetudinem, ex p
multorum pluraliter narrat. Sic pluraliter co
hendit Euangelij tractatio. Alter uerò narrat, q
nus quidem fuerit maledicus, alter uerò confit
& adeptus est salutem. Et uides quòd omnia u
dicta clara sunt, & nihil contrarium in Scri
Hucusq; Epiphanius.

Obseruatio IIII.

Obseruare decet, quid de bonis referatur

ne factum, quidue ut malè factum: atq; è diuerso, quid de malis ut malè factum, quidue ut bene factum. Non statim omnia bene fiunt, quæ à bonis fiunt, uicißimq; non protinus ceu malè factum damnabitur, quicquid à malo fit. Quocirca scriptura æquißimi iudicis fungens officio, omnium ex æquo, tam bonorũ quàm malorum, solet & rectè & iniquè facta commemorare. De Saule multa impiè facta narrãtur: atqui hoc præclarum de eo Scriptura nõ tacuit, quòd pythones atq; diuinaculos oẽs sustulerit. 1. Samuelis 28. Pius nusquã non celebratur Dauid: sed quæ in eodem reprehendit propheta Nathan, Scriptura noluit ab hominibus ignorari: 2. Samuel. 12. A' Pilato audimus Christum excusari, nec non pro liberatione Christi nihil relinqui intentatum: sed paulo pòst audimus eundem ferentem iniquam sententiam, qua iubet abduci Christum, & cruci affigi: Ioannis 19. Quòd uerò de factis admonemus, idem de dictis quoq; intellige. Petrus rectè loquitur, ubi confitetur Christum filium Dei uiui. quamobrem tunc audiuit, Beatus es Simon bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi. At quando conatur impedire, ne Christus eat Hierosolymam, mortem pro salute humani generis subiturus: non rectè loquitur, ideoq; audit: Abi post me Sathana, obstaculo es mihi, quia non sapis ea quæ sunt Dei: Matthæi 16. Sanctos uerò homines interdum quædam pronunciare in persona sua, quædam in alicna, suprà retulimus, ubi de circumstantijs agebamus.

Obser-

Obseruatio V.

Non protinus ad mores pertrahendum, im-
dumq;, quod à bonis etiam bene factũ legitur. Sa-
sibi ipsi accersiuit mortem, idq; Spiritu sancto se-
rente, & ad rem arduam adiuuante: argumento
tum ardẽs eius precatio ex fide facta, Iudicum xi.
egregia fidei eius cõmendatio, Hebr. 11. Abraham
rum stringit, mactaturus filium, offerendum in
ficio. atqui, aut se occidere, aut filium immolare,
alius cogitabit nemo. Quod enim uiri illi sanctis-
cerunt, iussi nouo & singulari mandato Dei, u-
quibus præter ordinem non est præceptum, n-
cet ratione imitari. Vbi enim illi fidem suam a-
dientiam, teste D. Augustino de ciuitate Dei lib.
26, illa perficiendo declararunt: nos, si paria n-
non pari auderemus, incredulitatis, perfidiæ
obedientiæ de nobis præberemus argumenta. S-
ter, etsi Iacob mentitus est apud patrem, assen-
Esau, cum non esset, eoq; facto benedictionem
patriarchatus obtinuit: obstetrices itẽ Hebræ-
Pharaonem utentes mendacio, mercedem pie
Deo accipiunt: non tamen nobis ideo indulge
mentiendi ulla in re facultatem. Sed de tota h-
psum Augustinum audiamus. Sic enim contra
dam Gaudentij epistolam lib. 2. cap. 23. scribens
debemus, quicquid in Scripturis, etiam Dei te-
nio laudatos homines fecisse legerimus, consen-
approbare: sed considerando discernere, adhi-
iudicium, non sanè nostræ autoritatis, sed Scrip-
diuin

diuinarum atq; sanctarum, quæ nos nec illorum homi
num, quibus illic bonum atq; præclarum testimonium
perhibetur, omnia uel imitari uel laudare facta per-
mittit, si quæ non rectè ab eis facta sunt, uel huic iam
tempori non conueniunt. Quibus diui Augustini uer-
bis addamus nos: aliud esse, quod à sanctis fit singulari
quadam Dei dispensatione: aliud, quod fit iuxta ordi-
naria præcepta. Certè ordinariorum præceptorum
opera ad omnes ex æquo pertinent: singularis autem
dispensationis opera, non nisi ad paucissimos. Ex his
igitur rectè colligimus, non esse tutum quæuis sequi
exempla. Neq; enim exempla sunt rerum agendarum
canones, sed Dei præcepta, seu uerbum Dei. Hinc a-
pud multos usitatum est dictum: Actiones bonorum
non facere legem uniuersalem.

DE SIMILITVDINIBVS. Cap. XXII.

Obseruatio I.

In parabolis & similitudinibus, quibus scriptura
abundat, non est necessum res comparatas per omnia
inter se conuenire. Nullæ enim conferri res possunt,
in quibus non inueniatur aliqua dissimilitudo. Vnde
in Dialecticorum scholis decantata est regula: Omnis
similitudo claudicat. Quamobrem astruunt, infirmas
ex similitudinibus duci argumentationes: quamuis ad
docendum rudes mirè idoneas. Sciamus igitur, in si-
militudinibus istud tantùm requiri, ut res comparatæ
in eo potissimùm conueniant, ad quod approbandum

assum un-

assumuntur. Exempla sunto. Matthæi 20 parab
laborantibus in uinea, quorum singulis post cu
opus impenditur denarius. Ibi autem quidam
obmurmurant, expostulantq; cum patrefamilia
cæ 15, filius qui semper patri fuerat morigerus,
gnè fert, et quiritatur, in alterius prodigi redi
tiam mactari uitulum saginatum, ac lautum
conuiuium. Atqui quis nescit, in regno cœlor
esse murmurationi, inuidiæ, odio, indignationi,
lis locum? Omnium uerò minimè cum Deo, q
iustè aliquid agat, quenquam posse disceptare
tis est, in parabolis illis ea inueniri, quæ dilucid
nũt gratuitam Dei erga nos peccatores miseri
Quocirca rectè Chrysostomus, ubi priorem ill
rabolam enarrat Homilia in Euangelium M
Quid, inquit, dicemus? nemo talia in regno c
facit, nemo de iure disputat, aut alios crimina
subijcit: Parabolam dixit, in parabolis autem n
tet nimia in singulis uerbis cura perangi. S
quid per parabolam intendat didicerimus,
tilitate collecta, nihil ulterius anxio est co
uestigandum. Similitudo legitur Prouerbio
Monile aureum in naribus porci est mulier f
quæ destituitur iudicio rationis. Magnum sane
men inter porcum & mulierem, inter monile
poris pulchritudinem: & tamen similitudo co
instituto, quandoquidem & monile, uel si aur
porco obest potius quàm prodest: & egregiu
simul ipsi mulieri intemperantis ingenij, simu

tis alijs, adfert subinde exitium. Quodq; de similitudinibus & parabolis dicimus, idem de cõparationibus quoq; constituetur: ueluti quando Christus comparatur cum Moyse, cum Melchisedech, uel cum agno, leone, &c. Huc pertinent, quæ Diuus Augustinus adnotauit cõtra Faustum libro 16. cap. 15. Cum simile aliquid dicitur, nequaquam ex omni parte, atq; ex omni modo simile intelligatur. Quia non ea tantùm quæ unius eiusdemq; naturæ sunt, dicuntur inter se esse similia: sicut gemini homines, uel filij parentibus, uel omnes homines omnibus hominibus, in quãtũ homines sunt, similes utiq; sunt. quod & in cæteris animalibus intueri facilimum est, uel arboribus: ueluti olea oleæ, laurus lauro, similis dicitur: uerùm etiam naturæ disparis sunt & dicuntur multa similia, ut oliuæ oleaster, & far tritico.

Obseruatio II.

Etsi parabolæ & similitudines de rebus bonis ac laudatis instituuntur: non tamen omnia quæ in illis posita sunt, pro bonis ac laudatis debent accipi. Hæc regula siue obseruatio fluit ex præcedenti, atque animaduersa est à Diuo Augustino in enarratione Psalmi iuxta Hebræos 58, super illo uersu: Venenum habent in similitudinem ueneni serpentis, instar aspidis surdæ quæ obturat aurem suam. Non undecunque, inquit, datur similitudo à Scripturis, laudatur res ipsa, sed tantùm inde similitudo trahitur. Nec difficile est de his iudicare. Christus proposuit Luc. 11. parabolam, de eo qui dedit ac-

com-

cõmodato tres panes, propter improbitatem po
tis: cap. 15, de filio suas facultates turpiter abligu
te: cap. 16, de dispensatore iniquo. Has profecto
miles parabolas nõ ita accipiemus, quasi facta
dentur, atque ad mores nostros posimus pertr
ut uidelicet bene non faciamus, nisi molestijs
prius fatigati: ut facultates nostras ueluti perdi
xurioſi nepotes prodigamus, adducti spe rec
tionis: ut res alienas nobis concreditas iniquè d
mus, ad nostram cõmoditatem priuatã: sed id
mis spectabimus, quod præcipuè in illis intẽdi
uidelicet bonitatem admirandam, & gratuitam
nos misericordiã, quam parabolæ illæ potissim
lineant, commendantq;.

Obseruatio III.

Neq; illud silentio inuolui debet, freque
Scripturis de una eademq; re plures condi pa
seu similitudines. Matthæi 13 plures ordine re
tur parabolæ, omnes autem de Ecclesia, quæ
cœlorum appellatur. Quin eadẽ Ecclesia ap
phetas, alibi cum uinea, alibi cum torculari, re
lijs componitur. Quimetiam Christus conferr
Solomone, cum uinea, cum Helia, cum Moyse,
Melchisedech. Item cum agricola, cum pasto
cum muliere quæ amisit drachmam, &c. Creb
autem & passim asperguntur similitudines de
impijs. Quod usum est hoc loco obiter adsc
quo, ubi plures similitudines seu parabolæ inc
mentẽ pio lectori ueniat, eas interdũ de una e

re peraptè exponi posse, & nõ ubiq; noua quærenda argumenta. Memimit Augustinus quoq; in enarratione Psalmi 8.

Obseruatio IIII.

Sæpenumero repositæ sunt in sententijs similitudines, in quibus tamen particulæ hæ, Quemadmodum, sicut, quomodo, ita, sic, desiderantur. Quod ad phrases quidem Hebrææ linguæ pertinet: dignum tamẽ est, cuius hoc loco fiat mẽtio. Gen. 39. Iudas habitauit leo: id est, sicut leo. Non raro etiam litera caph כ, quæ est similitudinis nota, quando duæ res inter se comparantur, in utroq; membro exprimitur. Gen. 44: Sicut tu, sicut Pharao: pro quo nos diceremus, Sicut Pharao, ita & tu: aut, Tu es ueluti alter Pharao. Iesaiæ 24. Et erit sicut populus, sicut sacerdos: sicut seruus, sicut dominus eius: sicut ancilla, sicut domina eius: sicut emẽs, sicut uendens, &c. Vbi nostro more dicendum: Sicut populus, ita sacerdos: quemadmodũ seruus, ita dominus: aut potius, quemadmodũ agetur cum populo, ita etiã cum sacerdote. Cæterùm interpretes, ubi hoc genus Hebraismi obuiã uenitũt, cõsuetudine linguæ Latinæ sarcire fideliter solẽt. Fortassis nõ intempestiuè hic addiderimus ex Cyrilli Cõmentarijs in Ioannis cap. 5. ad illa uerba, Pater omne iudiciũ dedit filio, ut omnes honorẽt filiũ, sicut honorãt patrẽ: uocẽ καθὼς, id est, sicut, nõ semper notare in sacris literis similitudinem. Quãdo enim de rebus dicitur diuersis, ac naturã differẽtibus, tunc nõ æqualitatẽ, sed similitudinẽ significat: ueluti, quando Christus cõfertur cũ agno aut

oue, homo cum arbore. Quando autem de ijs dic
quæ eiusdem naturæ sunt, tunc ultimam simili
immò identitatẽ & æqualitatem ostendit. Hoc
de Christo aliquid dicitur, sicut de patre. Qu
adnotauit, ut doceret, ex loquẽdi formulis, qui
lius confertur cum patre, adhibita particula
non posse cõuinci, filium tantùm esse aliquo m
tri similem, sed potius esse prorsus æqualem &
mnia parem. quandoquidem τὸ καθὼς in his
rebus dicitur naturæ. Ergo ne quis eos locos p
interpretetur, et cum Arianis Dei filio adimat
Adnotatiuncula hac cautiores reddimur.

DE NVMERIS. Cap. XX

Obseruatio I.

Quod ad numerorum attinet rationem,
Hebræis, minorem numerum in supputando
nere, maiorem uerò subijcere: contrà atq; L
ciunt. Genes. 5. exempla non pauca inuenias. Se
quinq; & centum annos: & postquam genuit
xit septem & octingentis annis, &c. Interpre
ne ijs qui non assueuerunt, asperior uideatur
suæ sequuntur in uertendo linguæ proprietat
Latini, ex usu Latinorum, maiorem numerum
loco plurimùm statuunt.

Obseruatio II.

Non rarò finitus numerus exprimitur, ubi
gi debet infinitus. Quod relatum uidemus ab
no, de doctrina Christiana lib. 3. cap. 35. Exempl
uerbiorum 24. Septies cadit iustus, & resurgi

autem corruunt in malum. Psal. 119. Septies in die laudaui te. Septies, id est, ualde crebrò. Iesaiæ 4. Apprehendent septem mulieres uirum unum: id est, plures mulieres. Psal. 90. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: id est, innumerabiles. Est ubi deprehendas usurpari numerum aliquem multiplicatū, siue in se ductum, in eandem tamen sententiam. Matt. 18. Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei? num usq; septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi usq; septies, sed usq; septuagies septies. Septuagies septies, perinde est atq; si diceretur, quoties quoties peccabit. In Apocalypsi, cum recensentur ex singulis tribubus Iudaicis centum quadraginta quatuor millia signati, numerus profertur ex duodenario multiplicato, seu ducto in sese. Duodecim namq; si per duodecim multiplices, summa proueniet centum quadraginta quatuor. Significatur autem hac summa simpliciter numerus infinitus. Suntq; omnino quidam numeri præ cæteris celebres, atq; à scriptorib. maximè frequentati: ueluti septem, decem, duodecim, septuaginta, centum, mille, & similes: qui plerunq; omnes pro infinito numero usurpantur.

Obseruatio III.

Rursus è cōtrario infinitus numerus aliquādo ponitur pro finito. Exēpla cùm alibi, tū in omnib. illis locis sese offerūt, in quib. uidetur cōmendari lex Mosaica ceu æternùm duratura. Gen. 17. ubi agitur de circūcisione: Exodi 12. de paschate: Exodi 31. de sabbatho, et alibi de alijs ferijs & cæremonijs, semper additur, seruandas

uandas in æternum, in ſeculum, uel ſimile quipp
Quos tamen locos palàm eſt nõ ſimpliciter ita
gendos, ſed de eo tantũ tempore, quo lex uires e
bitura: id quod in omnibus ſcriptis Apoſtolicis c
mè docent diſputationes de legalium cærimoni
abrogatione. Ne uerò Iudæi nobis hic litem inte
quaſi à genuina ſignificatione uocẽ עולם olam
uertunt tempus æternum, ſiue ſeculum) iniquè
queremus: illis opponimus plures Scripturæ loc
eadem uox pro tempore finito poſita inuenitur
muelis 1. Hanna ad uirum ſuum de puero Sa
Quouſq; ablactatus fuerit puer, & tunc duca
ut appareat ante faciẽ Domini, & maneat ibi
leolam, in ſeculum. Quo loco ſeculum nõ nota
50 annos, quot Leuitis ad miniſtrandum præſ
Domino fuerant, ut Numerorum cap. 8. uider
Rurſus Deuter. 15. Et erit, ſi dixerit ſeruus tuus
Non egrediar à te, quoniam diligo te, & fa
tuam: fueritq́; ei bene apud te, aſſumes ſubulam
nes ad aurem eius, atq; ad oſtium, & erit ſeru
in ſeculum. Hoc uerò eſt, ad ſpacium uitæ ſuæ,
tulumcunq; id foret. Sed neque Dauid Kimhi i
tur, eandem uocem Ieſaiæ 40, pro certo ac term
tempore accipi. Digniſsimũ iſtud eſt, quod me
infixum hæreat, ut multi loci clarius intelligant

Obſeruatio IIII.

Eſt præterea uſitatum Scripturæ, quoties i
hominum memoratur multitudo, ſeruitia, mul
puellas & pueros præterire: idq́;, ut apparet, qu

ſynecdo

ſynecdoche. Colligunt nonnulli hanc eſſe Scripturæ conſuetudinem, ex eo animaduerſam, quòd Exodi 12, cum numerantur excuntes ex Aegypto, ad ſexcenta millia peditum: ſubijcitur, excludi ab eo numero paruulos, & promiſcuum uulgus, nec mulierum ulla fit mentio. Similiter Matthæi 14, ubi narratur, quinque ues mille uiros ſaturatos de quinq; panibus: mox diſertè additur, præter mulieres ac pueros. Hæc igitur uerba de exceptione mulierum, paruulorum, & promiſcui uulgi, alibi quoq;, ubi de magna hominũ frequentia agitur, eruditi exiſtimant ſubintelligi. Omnium uerò minimè nomina mulierum exprimuntur in texendis generationibus: quod adnotatum uideo ab Hieronymo, ad caput 1. Matthæi, ubi Seruatoris noſtri Chriſti genealogia explicatur: aut ſi qua in illis nominatur mulier, id propter aliquod inſigne factum, uel certè quia aut antè, aut paulo pòſt eiuſdem iterum fit mentio. Ita plures fuiſſe filias patriarchæ Iacob, nõ eſt dubium, præſertim cum id teſtetur Gen. cap. 46. & tamen de nulla, niſi de Dina, quicquam eſt literis ſacris proditum: Geneſeos 34.

Obſeruatio V.

Scripturæ conſuetudo eſt, quando res aut perſonæ plures ueniunt ex ordine deſcribendæ, interdum non recẽſeri uniuerſas, ſed tantùm præcipuas, atq; eas quarum cognitio maximopere eſt neceſſaria. Exponitur hæc obſeruatio ab Hieronymo in commentarijs ad caput undecimũ prophetæ Danielis: Noſtri, inquit, hæc omnia de Antichriſto prophetari arbitrantur, qui

ultimo tempore futurus est. Cumq; eis uideatur
opponi, quare tantos in medio reliquerit sermo
pheticus à Seleuco usq; ad consummationem
respondent, quòd & in priori historia, ubi de re
Persis dicebatur, quatuor tantùm reges post
Persarum posuerit: & multis in medio transili
pentè uenerit ad Alexandrum regem Macedo
hanc autem esse Scripturæ sanctæ consuetudine
uniuersa narrare, sed ea quæ maiora uideantur
nere. Vbi addit statim nonnulla, quæ illustrant
uationem uicesimam primam suprà traditam,
sanè quæ adscribantur. Quanquam multa, inqui
postea lecturi & exposituri sumus, super An
persona conueniant: typum eum uolunt Anti
habere, & quæ in illo ex parte præcesserint, in
christo ex toto esse complenda. Et hunc esse
Scripturæ sanctæ, ut futurorum ueritatem præ
in typis: iuxta illud quod de Domino Saluator
Ps. dicitur, qui prænotatur, Solomonis: & omni
de eo dicuntur, Solomoni non ualent cõuenire.
enim permansit ille cum sole, & ante lunam, ge
tionis generationum, neq; dominatus est à me
ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis
rum, nec omnes gentes seruierunt ei, neq; ante
permansit nomen eius, neq; benedictæ sunt in
mnes tribus terræ, neq; omnes gentes magnifica
eum. Ex parte autem, & quasi in umbra &
ne ueritatis, in Solomone præmissa sunt, ut in Do
Saluatore perfectius implerentur. Sicut igitur

tor habet & Solomonem & cæteros sanctos, in typũ aduentus sui: sic & Antichristus peßimum regem Antiochum, qui sanctos persecutus est, templumq; uiolauit, rectè typum sui habuisse credendus est. Tantum ille.

Obseruatio VI.

Cogit nonnunquam sententiæ ratio, ut in temporũ supputatione moderatio quædã adhibeatur per synecdochen: hoc est, ut partẽ pro toto, aut totum pro parte accipiamus. Veluti ubi Euangelistæ exponunt trãsformationem Domini in monte, Lucas quidem cap. 9. dicit factum post dies ferè octo: at Matth. ca. 17, post dies sex. Hic sanè ut aptum sensum teneas, scire oportet: eum qui dies ferè octo constituit, numerare duorum dierum, primi uidelicet atq; ultimi, partes pro diebus integris: ab altero uerò easdem partes prorsus omitti. Eadem ratione intelliges, quòd Christus post tres dies resurrexisse memoratur. Partes namq; duorum dicrum, primi inquam ac tertij, pro diebus integris decet æstimare. Sortita est autem hæc regula inter Tyconianas, apud Augustinum, locum quintum.

Obseruatio VII.

Ita in Scripturis digeritur aliquãdo temporũ supputatio, ut etiamsi de perfectioris numeri summa aliquid desit, aut aliquid supersit, numerus tamen certus et perfectus statuatur. Quo qd uelimus, exẽplo planũ faciemus. Gen. 15 prædixit Deus Abrahamo, posterita tẽ eius peregrinaturã, nec nõ seruitute apud exteros premendam annis 400. Cæterùm Exodi 12. Moses

refert, Israelitas exegisse in Aegypto annos qu
gentos & 30. Iam non exiguum est inter hos nu
discrimen. Et si numerentur colliganturq; gen
nes in Scripturis expressæ ab Abrahami ætate
grationem usq; ex Aegypto: perdifficile est,
annorum summam constituere. Itaq; qui concil
cos illos studeant, ij sentiant, uerba in Exodo ac
da de toto eo tempore quod interceßit inter p
sionem primam, factam ad Abraham, usq; ad illu
Israelitæ ex Aegypto migrarunt: non autem de
lo, quo in Aegypto preßi sunt à morte Ioseph
seruitute. Quadringenti autem anni, de quibu
ad Abraham, non de seruitutis duratione, sed d
uerso tempore quo posteri Abrahæ peregrina
in Canaan, siue in Aegypto, cœperunt, recte
guntur. Confirmare illam rationem de annis q
gentis triginta, uidetur Apostolus ad Galat. 3. di
gem datam post annos quadringentos trigint
mento seu fœdere Dei facto cum Abrahamo. C
iam exactius supputando omnes annos, qui è S
ris possunt deduci, deesse aut redundare aliq
antur: conquiescendum est in præsentis obser
sententia. Qua de re plenißimè D. Augustinus i
stionibus super Exodum, quæst. 47. ubi post m
inquit: Solet sacra scriptura tempora ita nunc
ut quod de summa perfectioris numeri paulul
crescit, aut infrà est, non computetur. Nonnull
cum his congruunt, ab eodem referuntur de ci
Dei lib. 16. cap. 24.

Obseruatio VIII.

Signantur nonnunquã per numeros quædam mysteria. Solent sanè interpretes quidam, ubi occurrunt numeri, non paruam adhibere diligentiam, ut ex illis mysteria, id est, reconditam aliquam doctrinã de Christo, de Ecclesia, de Euangelio, aut rebus similibus, alibi in sacra Scriptura (ad cuius normam & amussim necesse est omnẽ interpretationem exigi) proditis & comprobatis, colligant. Qua quidem ratione Christus Matt. 12. tres dies, quibus Ionas fuit in uentre ceti, docet præsignasse mysteriũ mortis ac sepulturæ suæ ad triduum, & gloriosæ deinde resurrectionis. Autor Epistolæ ad Hebræos cap. 9 interpretatur, in eo quòd pontifex semel tantùm in anno ingrediebatur in sanctum sanctorũ, latuisse mysteriũ, quòd Christus semel esset moriturus, seq; ad expiandũ peccata humani generis oblaturus uictimã. Ioannes 1. Epistola cap. 5. recenset tria, quæ testimoniũ de Deo dant in terra: nimirum spiritum, aquam, & sanguinẽ: subindicat autem, in illis mysterium Trinitatis in Diuinitate esse repositum. Venantur interea nonnulli in numeris mysteria quouis loco, atq; interpretationes cõgerunt de rebus quibusuis, quas nusquã uideas in sacra Scriptura expositas. Atqui hæc curiositas nõ solùm nihil habet gratiæ, uerùm etiam coniuncta est cum grandi animarũ periculo. Admirantes enim suum ipsorũ acumen, paulatim sui amore excæcantur: excæcati consarcinant in mysticis & allegoricis interpretationib. suis absurda dogmata, quæ sapientiæ carnali adblandiuntur, &

probabilia in ſpeciem apparent. Ex his aũt diſ
tiones, rixæ, diſsidia deniq; & ſectæ pullulant. Q
igitur nõ eſt cuiuſuis artificis eruere myſteria,
lium eſt, ut tyrones ab hac diligentia ſibi tempe
atq; ſimplici ſenſu, quẽ uerborum ſeries clarè p
nit, ſint cõtenti. Adiectã igitur ſciet ſtudioſus ad
hanc à nobis obſeruationem, magis ut admon
qua prudentia opus ſit in legendis examinãdis
rum enarrationibus, præſertim ijs in quibus
oſtendãtur ampla myſteria: quàm ut excitemur
ſteria proprio Marte excerpenda. Iam uero
putãdis hebdomadibus, illis maximè quæ abſol
annorum numero, de quibus Daniel cap. 9. (ſu
aliæ quæ dierum numerum tantùm continent,
uitici 23.) in aliud tempus differri diſputatio de

DE VARIIS REPETITI
num formulis. Cap. XXIIII.

Obſeruatio I.

Quædam dicũtur in Scripturis per ἀνακε
φαλ, ſeu recapitulationem: hoc eſt, quædam p
tur quaſi facta, cum tamen eo tempore ſiue or
acta nondum fuerint: ſed alia nonnulla ſtatim
niunt & narrantur, quibus abſolutis, id quod
ptum fuerat, plenè deſcribitur. Quod per rec
lationem fieri qui non animaduertit, ſuſpic
quæ dicuntur, diuerſis temporibus eſſe geſta. E
gula tradita eſt à Tyconio, eamq; Auguſtin
doctrina Chriſtiana lib. 3. cap. 26. è ſeptem illis
tis poſtremam numerat. Exemplum extat C

Describit Moses formationẽ hominis ex terra,& statim addit: Plantauit insuper Dominus Deus hortum in Eden ab oriente,& posuit illic hominem quem finxerat. Hinc subijciuntur alia,de eiusdem horti institutione atq; ornatu. Post quæ denuò incipit dicere: Tulit itaq; ipse Dominus Deus ipsum Adam,& posuit eũ in hortum Eden,ut coleret & custodiret ipsum, &c. Non debes proinde intelligere, Adam positum in hortum tunc,cum primùm dicebatur: sed cum iam secundo loco narratur, postquam uidelicet hortus esset bene excultus. Aliud exemplum ualde perspicuum. Gen. 10. initio capitis recensentur generationes filiorum Noah,nempe Sem,Ham, & Iaphet. ac singulis expositis,tandem subijcitur: Hi sunt filij Sem (uel Ham, uel Iaphet) in cognationibus suis,linguis suis,terris suis,et nationibus suis. & tamen initio capitis 11 sequentis dicitur: Fuit uniuersa terra labij unius,& uerborũ eorundem. Videbitur autẽ parum cohærere,quod antè quidem dicitur diuisas cognationes filiorum Noah,in linguas & populos: paulo pòst uerò sequitur, terram uniuersam fuisse unius labij & uerborum eorundem. Quocirca recta ratio suadet,ut intelligamus,non esse factam illam diuisionẽ eo tempore,quo narratur cap. 10,ante linguarum cõfusionem inquã, quæ postea describitur cap. 11,sed post istã. Eamq; ob causam cap. 11 absoluta narratione de cõfusis linguis, disertè repetitur: Dispersit itaq; illos Dominus ab illo loco in superficiẽ uniuersæ terræ,& destiterũt extruere ciuitatem. Est ergo in his uerbis habẽda recapitulationis ratio.

Crebrò

Crebrò aũt tales loci obueniunt. Gen.21 dicitur
errasse in deserto Beer Seba: paulo aũt pòst, is
iurasse in loco Beer Seba, indeq; id nominis loc
tum. Cum igitur, ubi Agar errauit, id nomin
extiterit, sed Abrahã longe pòst, ob rei euent
primus imposuerit: palàm fit, aut priore loco a
tionem seu πρόλυψιν (de qua alibi locuti sum
posteriore ἀναπεφαλαίωσιν, recapitulationem
stere. Augustinus de ciuitate Dei lib.10.cap.
notat, Apocalypseos cap.20 dictum, quòd à co
sedentis in throno, terra et cœlum fugerint, no
uentus eorum locus: cum tamen postea narre
ijs alia, post quæ cap.21 dicitur illud expletũ, c
nouũ ac terram nouam restitutam. Rursus lib.
15. duo illustria profert exempla: alterum, q
attigi ex Genes.10. de filijs Noah: alterum ex C
ac 12, de profectione Abrahami in Chanaan.

Obseruatio II.

Frequenter in Scripturis eadẽ sententia di
bis repetitur: quod aut explicationis, aut cõfir
nis ergò fit. Psal.2. Dirumpamus uincula eorũ
ijciamus à nobis funes eorum. Psal.8. Quid est
ut memoriam eius habeas? & filius hominis, ut
eum? Psalmo 33. Consilium Domini in æternum
& cogitationes cordis eius in generationem &
rationem. Vbi D. Augustinus admonet, non esse
ταυτολογίαν, sed facere eiusmodi repetitionem
hementem & certam confirmationem. Iob 38.
uerbis & ueluti quadam amplificatione, descr

TH
mare certis
licet. Hucusq
transeas, &
tuorum. Ali
alijs uerbis
situm est ob
Quomodo
aliqua nota
bus Deus q
sint, solent
rius interd
care. Iesaiæ
umbra alari
mare, utent
His autem u
præsertim in
ue Aegyptus
Quemadm
explicãtur pl
fectata quada
decurtata ora
humus propte
Ge, comedes fr
comedere, nat
mine esse uolu
Nõnunquar
interrumpunt,

mare certis concluſum limitibus, quos tranſire ei non licet. Hucuſq; uenies (inquit Deus) & non adijcies ut tranſeas, & hic ponet impetus tuus elationem fluctuũ tuorum. Aliquando uerò neceſsitas poſtulat, quædam alijs uerbis repeti: ueluti quãdo prius aliquid propoſitum eſt obſcurius, quod lucidiore eget explicatione. Quomodo ſæpe apud Prophetas tectè & periphraſi aliqua notantur prouinciæ ac populi peregrini, quibus Deus quippiã minatur, aut promittit: qui autẽ ij ſint, ſolent Prophetæ aliquanto pòſt alijs uerbis, clarius interdum, & nomina propria adferentes, explicare. Ieſaiæ 18, ſermo fit ad terram conſidentem ſub umbra alarũ, ſitam trans flumina Aethiopiæ, & trans mare, utentem uaſis iunceis in ſuperficie aquarũ, etc. His autem uerbis deſcribi Aegyptum, ex ſequentibus, præſertim initio capitis deciminoni, ubi Mizraim ſiue Aegyptus diſertè nominatur, perſpicuum fit.

Obſeruatio III.

Quemadmodum uerò quædam per repetitionem explicãtur plenius, ita rurſus efferuntur quædam affectata quadam breuitate, & tanquam Laconiſmo, ut decurtata oratio uideri queat. Geneſ. 3. Maledicta eſt humus propter te, & in dolore comedes eam. Intelge, comedes fructus quos ipſa producit. Nam terram comedere, natura (quod nemo ignorat) alienũ ab homine eſſe uoluit.

Obſeruatio IIII.

Nõnunquam authores ſacri, quod dicere cœperũt, interrumpunt, et per digreſsionẽ alia admiſcent: mox

uerò

uerò iterum prosequuntur quod orsi fuerant.
moth. 5. Manus citò ne cui imponas, neq; comm
peccatis alienis: Temetipsum purũ serua. De
terponitur, quod planè alterius negotij est: N
hac bibas aquam, sed uino paululo utere prop
machũ tuũ, & crebras tuas infirmitates. Hinc
institutum, dicens: Quorundã hominum pecc
nifesta sunt, præcedentia ad iudicium, quosdã
subsequuntur. Quæ addita sunt ab Apostolo,
tius discernere Timoth. posset, quibus homini
imponere, & quibus nõ imponere expediret
manifestis irretiti erant uicijs, nolebat Apo
ministerium admitti, nisi uellet Timotheus il
municare peccatis. Quorum uerò peccata
culta, hos admittere fas erat: quandoquidem
tis iudicium Ecclesia ferre non potest.

Obseruatio V.

Aliquãdo quod uno loco dictum est, id r
alio post lõgum interuallũ, uel fortè etiã im
repetitur. Iesaiæ 5. parabola extat de uinea s
lari, eadẽ aũt repetitur eiusdẽ prophetæ cap
etiã Ieremiæ cap. 2. eandẽ positã agnoscas. C
super respexisse ad eam Matthæi 20 & 21,
tum est. Apud Ezechielem capite 3, ita legim
minis, speculatorem dedi te domui Israel: a
tur ex ore meo uerbum, & monebis eos ex
Rursus aũt capite 33. hoc pacto: Et te quidẽ fi
nis constitui speculatorẽ super domũ Israel,
dieris uerbum ex ore meo, præmoneas illos

Psal.85.cuius initium est, Benignus factus es Dominè erga terrã tuam,auertisti captiuitatẽ Iacob: plurima dicuntur quæ in suo cantico,siue uerba siue sententiã spectes, repetit inculcatq; Zacharias Lucæ 1. ita canens:Laudandus Dominus Deus Israel, quia uisitauit et fecit redemptionẽ populo suo.Operæ uerò est precium,ubi loci hunc in modum repetiti incidunt, accuratè obseruare,in quibus uerbis uel membris discrimen sit positũ,uicissimq; in quibus consensio. Vix aũt contingit sententiã aliquam repeti, in qua nõ perspicitur aliquanta diuersitas. Multa prodita sunt in Exodo, quæ repetuntur in Deuteronomio, sed haud citra uarietatem ac mutationem aliquã: quod Augustinus non dissimulat,lib. Quæstionum in Deuteronomium, quæst.10.In Euangelistarum quoq; narrationibus, dũ unus ab altero dicta repetit,interdum quædã uidẽtur dissona.Vnde in cõciliandis id genus locis,eruditi homines operam non paruam posuerunt.

DE IIS QVAE PRAETERmitti uidentur. Cap. XXV.

Obseruatio I.

Mos est Scripturæ quædã omittere, quæ tamen ex narrationis forma ac fine debent subintelligi.Iehosuæ 2.de uiris qui ad explorandum missi fuerant:Dixerũt autem ad Iehosuam, Vtique tradidit Dominus in manu nostra uniuersam terram. Certum uerò est,non fuisse initium hoc narrationis, maximè cum ibi in Hebræo habeatur כי, quæ est nota rationalis siue causalis, alterius rei antecedentis reddens rationem. E

diuerso.

diuerso quædam breuiter narrantur, ex quibus quæ sequi debebãt, tacitè oportet colligere. Exempli Dominus ad Mosen: Quid clamas ad me? Cum antea nihil præcedat de Mosæ ad Deũ clamore, uel precibus: necessarium est intelligamus, Mosen ualidè ardentiq; adfectu Dei opem prius implorasse. Genes. 14. Egressus est rex Sodomæ in occursum eius, postquã reuersus est à cæde Kedorlaomer. Quæ autem in occursu isto facta sint, quomodo colligata, quidq; constituerint, non dicitur, sed unicuiq; pro modo relinquitur æstimandum. His affine est, quod dum præcipua tantùm capita, et summa factorum dictorum exprimitur, quæ materiam præbent iudicandi de cæteris: sicut ex conspectis unguibus, iuxta uerbiũ, solent de toto leonis corpore. Quod genus cum Ioannis Baptistæ memoratur sic concionatus: Pœnitentiam agite, in propinquo est regnum cœlorum. Non dubium, multæ & graues fuerunt Ioannes, qui tantã multitudinẽ ad se pertraxerunt, sed omnium hæc summa atq; status fuit, ut ad pœnitentiã ducerentur, atq; remissionem peccatorum à Christo, seu per Christum, qui est agnus tollens peccata, expectarent. Ad hunc quoq; modũ Augustinus libro de Fide & Operibus, cap. 9 ratiocinatur, Philippum, Actorum 8, non tantùm habuisse sermones de Christo, et fide in Christum, uerumetiam multis alijs ad fidem pertinentibus, præterea etiam de moribusq; eius qui Christi membrum fieri cupiebat. Similiter Eunuchũ, sine dubio pleniorẽ edidisse

confessionem, quàm quæ ibi scripta habetur hisce uerbis: Credo filium Dei esse Iesum Christum. Quod uerò scripti genus proferas, in quo nõ oporteat eadẽ prorsus ratione ex ijs quæ expressa sunt, subintelligere alia multa quæ reticentur? Si in historia quapiam, honesto natum loco præclaras res gessisse, ætate uirili, legimus: statim sanè iudicamus, eundẽ liberaliter quoq; institutum fuisse, nec nõ aliquoties edidisse futuræ indolis specimen in ætate tenera. Ex altero enim necessariò uidetur alterum deduci. Breuiter, Augustinus libro Quæstionum super Leuiticum, quæstione 31. cernens quædam alicubi in libris sacris prætermissa, quæ alibi in issdem memorantur, non dubitauit dicere, nõ omnia scripta esse, quæ Deus loquutus est eis per quos nobis sancta Scriptura tradita ac manifestata est. In quam sententiam Euangelista Ioannes, postquam multa à Christo dicta factaq; exposuit: eundem addit alia permulta fecisse, quæ literis mandata minimè sunt.

Obseruatio II.

Aliquoties uno loco prætermissa, postea alio loco, ubi de issdem rebus sermo incidit, referuntur: atq; ita quidẽ referuntur, quasi iam semel dicta essent. Exemplã producit D. Augustinus Quæstione 31. super Leuiticum. Alterum ex Leuitici 10. Postquam filij Aharon consumpti essent flammis, ignem offerentes alienum contra præceptũ Domini, ait Moses ad Aharon: Hoc est quod locutus est Dominus dicens: In his qui propinquauerint mihi sanctificabor, & in conspectu totius populi glorificabor. Atqui ubi hoc dixerit

Dominus, quod cum dixisse Moses commemo
scriptura (ait Augustinus) quæ retrò est, non
tur. Alterum de Exodi 33. ubi Moses dicit ad D
Tu quoq; dixisti, Noui te ex nomine, & inue
tiam in oculis meis. Quo aũt loco Deus ijs uer
usus fuerit, nõ inuenitur. Sed quoniã, inquit
nus, mendaciter hoc Moses nunquã diceret,
tur idem etiam antè dixisse, quamuis scriptũ
rit. Statimq; id subijcit, quod præcedenti ob
ne audiuimus: nõ omnia scripta esse, quæ D
ros sanctos locutus est. Idem enarrans Psal.
bræos 78, admonet de damnis illatis Aegypt
chũ ac fulmina, ut aliquæ res igne absumpt
quemadmodum Psalmus innuit, nihil prorsus
do contineri. Vnde etiã addit, in multis alijs
pheticorum eloquiorum idem usuenire.

DE PROPOSITIONV
quantitate. Cap. XXVI.

Obseruatio 1.

Non protinus omnis propositio est uniu
nota uniuersalis adhæret. Manifestum est, q
de uniuersis, quæ tamen ad plerosq; tantum
non ad omnes. Secundi Paralipomenon 9: Et
catus est rex Solomon super omnes reges ter
uitijs & sapientia. Intelliges, non simpliciter
nibus regibus uniuersæ terræ, sed præ regi
daicæ. Estq; idioma sacræ scripturæ, prouin
sermo est, appellatione uniuersæ terræ coh
ste Hieronymo in Commentarijs ad caput

saiæ. Item Genes. tertio: Et uocauit Adam nomen uxoris suæ Heua, eo quòd ea fuerit mater omnis uiuentis. Omnis uiuentis hominis uult dicere, nõ bruti. Genes. quadragesimo primo: Omnes quoq; terræ uenerũt in Aegyptum, ut emerent à Ioseph frumentũ. Terræ uicinæ inquam, in quibus fames inualuerat. Ioannis 12. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnes trahã ad meipsum. oportet accipias de solis credituris. Ad Philipp. 2. Omnes quæ sua ipsorum sunt quærunt. de doctoribus non sinceriter agentibus: non de Timotheo, alijsq; simili præditis animo. Item Genes. 15. In semine tuo benedicentur omnes gentes: hoc est, ex omnibus gentibus benedicẽtur aliqui: uel omnes gentes pro multis, quarum nimirum fides in Christũ recumbet. Quodq; uox Omnis in ea promissione posita sit pro multis, abundè docet D. Augustinus contra Iulianum lib. 6. cap. 12, adferens probationis ergò, quod Genes. 17 dictum est ad Abrahamum, Patrem multarum gentium constituite. multarum, ait, non omnium: nempe credentium. Debent autem in huiusmodi sententijs notæ uniuersales, tam affirmatiuæ quàm negatiuæ, sic explicari, ut nonnotijs certis, præcipuè uerò his de quibus proximè sermo sit, accõmodentur. 1. Samuelis 20 Saul nihil locutus est in die illo: intellige, de Dauide. nam de alijs rebus uerba fecisse regem, non est dubium. 1. Samuel. 25. Pastores quos habes fuerunt apud nos, nec iniuriam illis ullam fecimus, neque defuit illis quicquam omnibus diebus quibus fuerunt in Charmel. Et paulò post: Neq; defecimus in aliquo omnibus diebus qui-

bus conuersati sumus cum eis. Rursus: Nec im
est quicquam ex omnibus quæ illius sunt. Cum
nihil defuisse, nihil ex omnibus imminutum,
de pecoribus. Matth. 23. In cathedra Mosi sed
bæ & Pharisæi: omnia ergo quæcunq; iusseri
uare, seruate. Omnia, id est, non sua, sed tan
Deus ipse per Mosen imperauit, ut inter
Chrysost. in Matthæum homilia 73.

Obseruatio II.

Rursus aliqua est propositio uniuersalis,
notam uniuersalem adiunctam non habet. A
Nam si unius delicto multi mortui sunt, mul
gratia Dei, & donum per gratiam, quæ fuit
minis Iesu Christi, in multos exuberauit. In
bro, multi pro omnibus. nam omnes sine ex
homines, per peccatum unius Adami, rei fac
steriori autem membro uox Multi, propri
tur. quia gratiæ Dei participes nõ fiunt hom
uersi, sed in Christum credentes. Quod Chri
professus est, ubi ait: Effundetur sanguis me
bis, & pro multis. Rursus in eodem capite
nos: Quemadmodum per inobedientiam un
nis peccatores constituti fuimus multi: ita p
entiam unius, iusti cõstituẽtur multi. Iterũ m
re loco pro omnes, posteriore propriè accip
Apostolus suis uerbis interpretationem istã
quis cauilletur: Sicut per unius delictũ prop
malũ in omnes homines, ad cõdemnationẽ:
unius iustificationem propagatur bonũ in o

mines, ad iustificationem uitæ. Atq; illic quidem Omnes propria significatione, hic uerò pro multis usurpatur. Videntur præterea nonnullæ propositiones indefinitæ, quas tamen uniuersales haberi, sententiæ ratio postulat. Exodi 21. Percutiẽs hominem unde moritur, morte interficiatur. Ibidem: Percutiẽs patrem aut matrem suam, morte interficiatur. Quorum præceptorum sensus est: Omnis qui percusserit, &c. Notum uerò est, à quibusdam dialecticis traditum: propositionẽ indefinitam æquipollere uniuersali. Quando uerò de indefinita propositione sermo incidit, libet adscribere ex D. Augustino, libro de uerbis Domini, sermone 11. ad illa uerba, Qui dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in præsenti seculo, neq; in futuro: Quædam in scripturis indefinitè poni, quæ nullo modo uniuersaliter aut particulariter posita explicare. Sententiam eius, quandoquidẽ elegans est, & acutè, ipsius uerbis apponemus: Non est necesse, inquit, ut omnem blasphemiam, & omne uerbum quod dicitur contra Spiritum sanctum, remissionem quisquam existimet non habere: sed necesse est planè, ut sit aliqua blasphemia, & aliquod uerbum, quod si dictum sit contra spiritum sanctum, nullam unquam ueniam remissionemq; mereatur. Quia si omne acceperimus, quis nam poterit saluari? Si aũt rursus nullũ putauerimus, cõtradicimus Saluatori. Est ergo sine dubio aliqua blasphemia, & aliquod uerbũ, quod si dictũ fuerit cõtra spiritũ sanctũ, non remittetur. Quid sit autẽ uerbũ, Dominus quæri à nobis uoluit: ideo nõ expressit

preßit. Quæri inquam uoluit, nõ negari. Solent
ſcripturæ ita loqui, ut quãdo aliquid ſic dicitur,
que ex toto, neq; ex parte dictum finiatur, non
ceſſe, ut ex toto fieri poßit, ut ex parte non
tur. Iſta ergo ſentẽtia ex toto, id eſt, uniuerſaliter
nunciaretur, ſi diceretur, Omnis blaſphemia
non remittetur: aut, qui dixerit qualecunq;
contra ſpiritum ſanctũ, non remittetur ei, neq;
ſeculo, neq; in futuro. Ex parte autem, id eſt,
lariter pronunciaretur, ſi diceretur: Quædã
mia ſpiritus nõ remittetur. Quia ergo nec uni
ter, nec particulariter enũciata ſententia eſt (
dictũ eſt, Omnis blaſphemia ſpiritus: ſed tam
indefinitè dictum eſt, Spiritus blaſphemia nõ
tur. nec dictũ eſt, Quicunq; dixerit quodcunq
aut, qui dixerit quoddã uerbũ: ſed indefinitè
rit uerbum) nõ eſt neceſſe omnem blaſphemi
mne uerbũ intelligamus: ſed neceſſe eſt plane
dã blaſphemiã, uel quoddã uerbum uoluerit
Dominus, quãuis id exprimere nolueritut
quærendo, pulſando, ſi quid recti intellectu
mus, nõ uiliter habeamus. Hæc ibi. Addit, cad
ne accipiendum illud Ioannis 15. Si non uen
loquutus fuiſſem eis, peccatum nõ haberent.
tè dictum, peccatum nõ haberent. Leuicula
aliquis iudicet, ſunt tamen nõ indigna audit
mus hucuſq; quantum fieri potuit, obſerua
quot in certas claſſes, ſiue locos: nũc ſubijcie
quæ conſuetudinem quidem Scripturarum

haud possunt tamẽ ad certos locos siue capita redigi.

NONNVLLAE OBSERVATIONES incerti ordinis. Cap. XXVII.

Obseruatio I.

Ordo in narrationibus ita subinde inuertitur, ut quod in propositione loco dicebatur priore, in expositione describatur posterius. Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram: statim uerò subijcit, quomodo formata fuerit terra, cum appareat præire debuisse creationem cœli. Sed debebat illa præmitti, quã doquidem & tempore terra prior extitit. Similiter Matthæi 1. in hac propositione, seu epigraphe, Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham: Dauid locatur prior, cuius tamẽ generatio cõtexitur posterius, sicut & tempore posterior est. Si quærat igitur aliquis, cur Dauid ita præponatur in propositione? aptè ei respondetur: hanc esse Scripturæ consuetudinem, ut ordo interdum inuertatur. Qui in alijs causis inquirendis occupantur, frustra sese torquent.

Obseruatio II.

Genus non rarò ponitur pro specie: atq; ex aduerso, species pro genere. Itemq; pars pro toto, et uicissim totum pro parte. Obseruatio seu regula hæc latè patet, ac magnus est eius in scripturis usus, quod exemplis aliquot docebimus. Leuit. 19: Statera iusta, lapides iusti, epha iustum, & hin iustum erit uobis. Leuit. uigesimo: Qui dederit de semine suo ipsi Moloh, morte interficiatur. Psal. 111. Beatus uir qui timet Domi-

num: Hic ſpecies nominantur pro generibus: m
quædã menſuræ, pro omni mẽſura: Moloch, pro
cunq; idolo: uir, etiam pro muliere, & quocunq;
mine. Amos 5. Quærite Dominum, & uenite, ne
erumpat quaſi ignis in domum Ioſeph, & deuo
non ſit qui extinguat in Bethel. Et cap. 6. Dolen
tanguntur, propter contritionem Ioſeph. Pars pr
to, Ioſeph pro omnibus tribubus, Bethel pro tot
terra Iudaica. Item Exodi 22. Viduam ullam aut
lum non affligetis. Per uiduam & pupillum, int
quaſcunq; perſonas auxilio deſtitutas, & (ut ui
ſulti loquuntur) miſerabiles. Deut. 22. Non uide
num aut bouem fratris tui cadentes in itinere, d
ſcondes te ab eis, ſed ſubleuando ſubleuabis eos
aut bos pro quocunq; animali, etiam pro ſeru
quibuſcunq; tandem, ex quorum præcipitatio
num proueniret. Sunt autem longè maiori dilig
iſta conſideranda in promiſſionibus, commina
bus, quibuſdam præceptis, itemq; in laudationib
uituperationibus. Etenim dici quidem multa
tur ad quoſdam ſpeciatim, quæ nihilo minus co
de quamplurimis generatim interpretari. Exe
pauca ad Iſraeliticũ populũ quaſi ſolũ habita, q
men ad omnes omnium nationũ & ſeculorũ po
to rectiſsimè transferas, ſi ueritatem ſententia
aſſequi. Cuius generis ſunt eæ in primis promiſ
quæ de beneficijs ſpiritualibus per Chriſtũ con
dis aliquid cõtinent. Rurſus quædam commina
dicuntur aduerſus Babylonem, ſeu de incolis Ba

piæ, quæ interim in omnes gentes, omnesq; quarumcunq; prouinciarum impios quadrant, adeoq; debent simpliciter uniuersis accommodari impijs, quando aliàs in sola Babylone haudquaquam cernuntur perfecta, quæ de ea dicuntur. Iesaiæ 14. locus est manifestus, in quo dicta aduersus potentiam & superbiam regis Babyloniæ, de quibuscunq; tyrannis rectè explicabuntur. In præceptis insuper idem fit manifestum. Quæ enim prioris ad Timotheum 3, & ad Tit. 1. præscribuntur de uitæ institutione Episcopis atq; Diaconis, eadē omnes pij in genere agnoscunt ad se pertinere. Quòd ad laudatiões ac uituperationes attinet, Apostolus Corinthios alibi laudat, quasi omnes boni uereq; pij fuerint: alibi uerò reprehendit atq; obiurgat eosdē, quasi omnes fuerint improbi. Verùm illa quidem tantùm de bonis, ista tantùm de malis intelligentur, Apostolo loquente de parte tanquam de toto. Adnotauit istud Diuus Augustinus epistola 59. ad quæstionem sextam à Paulino propositam. Hac item ratione nonnulla de Christo Ecclesiæ capite dicuntur, quæ nihilo minus transferentur etiam ad totum Ecclesiæ corpus: atq; è contrario quædā de tota Ecclesia, quæ accommodantur pariter ad singula membra, id est, singulos credentes. Longū foret, exempla de omnibus subijcere: unū tamē addam luculentū, ex Ezech. 36. in quo cum multa prius dicantur tantùm spectantia ad partem, siue speciē: mox ubi minimè crederetur, transitio fit ad totum siue genus, eodē prorsus pacto quo solent Prophetæ à corporalibus subitò orationē cōuertere ad spiri-

tualia. Factum est, inquit, uerbum Domini ad me
cens: Fili hominis, domus Israel habitantes super
suã, polluerunt eam in uia sua, atq; in studijs sui
si immundicia menstruatæ fuit uia eorum coram
Et effudi furorem meum super eos, propter san
quem effuderunt super terrã: sed & in idolis su
luerunt eam. Et dispersi eos inter gentes, dissemi
sunt super terras, &c. Post pauca sequitur: Prop
dic domui Israel: Sic dicit Dominus Deus: Nõ pr
uos ego facio, ô domus Israel, sed propter nomen
ctum meum, quod uiolastis inter gentes. Sanctifi
nomen meum magnum, quod est prophanatum
gentes, quod uos prophanastis in medio eor
scient gẽtes, quia ego Dominus, dicit Dominus
cum sanctificatus fuero in uobis, coram oculis
Et assumam uos de gentibus, atq; congregabo
cunctis terris, & introducam uos in terram
Et spargam super uos aquas mundas, et mundab
ab omnibus inquinamentis uestris, atq; à cunct
lis uestris mundabo uos. Et dabo uobis cor nou
que spiritum nouum ponam in interiora uestra
feram cor lapideũ de carne uestra, & dabo uob
carneum, &c. Hic sanè quæ antecedũt, dicuntur
priè ad gentem Iudaicam, & Israelem carnale
uerò sequuntur, de emũdatione uidelicet ab om
inquinamentis, pertinent ad omnes omnium
credentes, atq; ad Israelem spiritualẽ. Aliàs non
telligere, quomodo uaticinio euenta respõdeant
posis. Oculati proinde & attenti lectores in

di locis requiruntur, qui ex orationis serie, atq; sententiarum contextu, quando aut genus pro specie, aut totum pro parte ponatur, aut quando fiat contrarium, aduertere queant.

Obseruatio III.

Frequẽter in Scripturis cõspiciuntur subitæ personarum mutationes: ita ut qui primùm loquitur suo ipsius nomine, statim aliqd dicat in persona Dei: mox aliud in persona alterius, rursumq; aliud in pſona sua. Diceres dialogos, in quib. plures colloquũtur. Nisi aũt mutationes hæ accuratè obseruentur, statim errorem inducunt. Iesa. 42 primùm loquitur Pater cœlestis de Christo: Ecce seruus meus, cui innitar: electus meus, in quo cõplacuit animæ meæ. Tum propheta: Sic dicit Dominus Deus, creator cœlorum, &c. Rursus pater de Christo: Ego Dominus uocaui te in iusticia. Hinc Propheta, excitans omnes ad laudandum Deum: Cantate Domino canticũ nouum. Iterum Deus pater, expostulans & interminans: Tacui multo tẽpore, silui et continui me, &c. Mox propheta: Dominus pius est propter iusticiã suam, &c. Multo breuius & argutius Psal. 2 propheta, uelut admirans, sic incipit: Quare ad tumultũ conueniunt gentes? Inde in persona impiorũ tumultuantiũ: Dirumpamus uincula eorũ, etc. Iterum propheta: Qui habitat in cœlis, deridebit eos. Tũ pater cœlestis aduersus impios: Ego aũt cõstitui regẽ meum. Post quem ipse Christus, de suo cõcionans officio: Narrabo, inquit, decretũ, quod Dominus dixit ad me. Atq; ita uerba patris ad se facta Christus refert. Postremò rur-

mò rursus propheta, exhortãs impios ad resipiscẽ
Nunc itaq; Reges prudẽter agite, &c. Plura exem
passim in Psalmis inuenias. Habẽt autem magnam
tiam istæ mutationes personarũ, siue dialogismi,
sertim ubi ex adfectuum uehementia proficiscun
quod in proximo exemplo factum multo elegan
mè cernimus. Apud poetas, qui gaudent adfectus
mentes exprimere, uideas non dissimilia. In sacris
tem libris fit id magna cum utilitate, non solùm q
animi legẽtium mirabiliter excitantur, atq; accen
tur: uerùm etiam, quòd omnis generis homines u
ibi de sua salute docentur, atq; subinde quasi ac
quibusdam se pungi, qui legunt, sentiunt.

Obseruatio IIII.

Scriptura de quibusdam rebus pronunciat
gi opinione: hoc est, loquitur non ut res se habẽ
ut imperitum uulgus tunc existimabat. Hinc fit
Maria uirgo, quæ Christum de Spiritu sancto co
pit, nec uirum unquã admisit, dicit ad Christũ
Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te
trem nimirum uocat Ioseph um, quem tamen no
reuera Christi patrem ipsa nouerat, sed uulgus
putabat: sicut alius Euangelista de Christo loqu
putabatur, inquit, filius Ioseph. Eiusdem generis
quòd appellantur prophetæ, qui tales nõ erant, s
so credebãtur: ueluti 2. Paral. 18. Zidkijahu, Ier. 28
nanias. Referri etiã huc potest, quod Psal. 24. dic
Qui fundauit terram super maria, & super flu
præparauit eam. Ex uulgi uidelicet opinione, e

mantis terram innatare aquis, quemadmodum innatat scapha uel linter.

Obseruatio V.

Solent sacrorum librorum authores de se tanquã de alio quopiam loqui. Sic de sese Moses Numeri duo decimo: Fuit Moses uir mansuetus ualde, præ omni homine qui fuit in superficie terræ. Et Ioannes Euãgelista de se ipso: Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus: Ioannis decimonono. Rursus: Hic est discipulus, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quòd uerum est testimonium eius: Ioannis uigesimoprimo. Nimirum cum sancti homines loquuti sunt, agitante ipsos Spiritu sancto, qui lingua ipsorum tanquam plectro usus est, testimonia eorum sic accipientur, ut non ab ipsis, sed à Spiritu sancto profecta & enunciata. Quin eodem modo alias quoq; personas introducunt, perinde de se loquẽtes, atq; si de alio sermonem facerent. Geneſis quarto: Audite uocẽ meã uxores Lamech. Dicere cõueniſſet, Vxores meæ. Hucusq; à nobis sunt expositæ obseruationes generales, quæ in uniuersis libris sacris, ad eruendam ueram ac certam sententiam, adhiberi in consilium opportunè ubiq; poterunt.

EX LIBRIS SACRIS ALIOS alijs maiori diligentia legendos: & quid faciundum uersanti in prophetis.

Cap. XXVIII.

NVnc ordo postulat, ut adijciamus ea quæ antè diximus, in qbusdã libris sigillatim, nempe in scriptis

ſcriptis Prophetarum, in Hiſtorijs, in Pſalmis, in
qui ſententias ac diſputationes cõtinent, in Euang
in Paulinis epiſtolis, ut legãtur, atq; cum fructu
ligãtur, obſeruanda. Etenim nemo ignorat, non
eádem uia fas eſſe ingredi: & quibuſdã libris
diligẽtiam impendendam, q̃ cæteris: quem admo
uidemus alios alijs eſſe difficiliores, deq; magis
rebus diſſerere. Itaq; de Prophetarum libris pri
co ſermonem inſtituemus, atq; docebimus quã
opus ſit, ut Propheticarum concionum intelli
tibi enudetur, multiplicemq; utilitatẽ ex diligen
rundem euolutione percipias.

Obſeruatio I.

Quo maiori attentione ac reuerentia Proph
libros legas, prodeſt in primis intueri, quónam
eorũ inſtitutum, quæq; functio apud Hebræos
Conſtat autem, Prophetas diuinorum fuiſſe el
rum præ cæteris peritos, & à ſanctis patribus
in collegijs inſtitutos, ubi à prima inde ætate ſac
ctisq; ſermonib. atq; actionibus informabantur.
bebat aũt ipſis, populum de uoluntate Dei, ex
legis docere: uitia, ſi quæ oboriebantur, acerbe
pare, ac tempeſtiuè opprimere: lapſos in uirtutem
denuò reducere: atq; ut in officio omnes retinerẽ
de implendis promiſſionib. Euangelicis ad Pat
ctis, certiores facere. Quod quo maiori authori
licius q; perficerent, Deus nonnunquã facultate
dorum miraculorũ illos ornauit: præterea ſic ſu
flauit ſpiritu, ut uarias res futuras de Eccleſia,
fu

bus publicis subinde præuiderent (unde & Videntes sũt appellati) prædicerẽtq; præcipuè uerò de his quæ ad Messiæ, id est, Christi spectant gloriã, plurima certissimáq; prodiderunt oracula. Nã de hoc uno omnes magno consensu, & quidẽ perpetuò, uaria suis aspergunt cõcionibus, quẽadmodũ reuera ad hũc annũciandum præcipuè mittebãtur. Quamobrẽ rectè quoq; iis fecerit, qui uaticinia pleraq; omnia de Christo interpretari adnitetur. De Christo, inquit Petrus, (imò idẽ asseuerat Christus ipse) Lex et prophetæ oẽs ferũt testimoniũ. 1. Petri 1. Matthæi 5. Lucæ 1. 4. 24. Act. 3. 10.

Obseruatio II.

Libri prophetarum nõ sunt eo conscripti ordine, quo positos in sacro uolumine uidemus. Conducit autem uehementer ad rectè iudicandum, nosse temporũ ordinem: hoc est, qui prophetæ priores, qui posteriores, sua scripta ediderint. Obiter igitur, quo ordine libri prophetici sint editi, adnotabimus.

Abdias uixit, & suum conscripsit opus, ut suspicatur Hieronymus, ætate Achab regis Israel, atq; Eliæ prophetæ. 1. Regum 17. ut uerò alij, durante captiuitate Babylonica.

Ionas, regnante Ierobeam, filio Ioas, in Israel, à morte Eliśei.

Amos, regnante Vsia in Iuda, & Ierobeã in Israel.

Michæas, eodem rege, Vsia inquam, incœpit: et sub Ezechia finijt.

Oseas, Michææ contemporaneus: itaque sub Vsia rege creditur incœpisse, ac deinde prosequutus ad tempo-

tempora usq; Ezechiæ, annos, ut quidã opinant

Iesaias uaticinatus est sub Osia, Iothan, Ezechi
etiam ad decimum usq; annum Manassæ.

Iohel, Ezechiæ anno 14, ante bellum illatũ
naherib.

Nahum, eodem tempore prædicat Niniuitis
psis in pristina scelera.

Habacuc, sub Manasse floruit. Ezechias pau
erat uelut communis Mecœnas atq; alumnus p
tarum: Manasses uerò hostis, & tyrannus, in eo

Zophonias, sub pio rege Iosia.

Ieremias, incœpit eiusdem Iosiæ anno 13. Pri
tur uerò etiam post captam ciuitatem.

Daniel, in Chaldæa, cum capto rege Ioachin

Iezechiel, in Babylone, anno quinto post
tionem Iechoniæ.

Aggeus, Zacharias, & Malachiæ nomine
tus liber, editi sunt in reditu ex captiuitate Ba
ca, ad imperij Babylonici gubernacula sedente
Histaspe.

Quo igitur ordine sunt conscripti, eo etiam
re illos, propter diuersas caussas, quæ in sequ
Obseruationibus attingentur, expedit. Clemen
xandrinus Stromatum lib. 1. post abductos Ba
nem Iudæos, putat hos ordine concionatos: pri
remiam, inde Habacuc, hinc Iezechielem, mo
bum, tum Danielem, postea Malachiam, Aggæu
chariam. Ac res idonea est quæ memoretur, tan
to plures extitisse uates celebres, quàm quum p

gnauit Ezechias, & quum Iudæi à Babylonijs subiuga
ti. Nimirũ quando Rempub. moderantur Diuinæ re-
ligionis amantes principes, mirificè excitantur per
eiusmodi Mecœnates pia & religiosa ingenia, ac sa-
crarum studia literarum sensim resloresc unt: deinde
cũ planè pessundata uidetur Ecclesia, ac pura doctri-
na extincta, præter omnium opinionem, imò & inui-
tis omnibus emergit, quæ diu oppressa, & quasi tetris
carceribus uincta iacuerat ueritas, ac uerbũ Dei admi
rabiles serit fructus pietatis.

Obseruatio III.

Quoties uerò prophetã legere subit animus, per-
utile fuerit, prius cõsulere historias eius temporis, quo
uaticinati sunt, præsertim sacras, quæ in libris Regum
& Paralipomenis cõtinentur: ut ex ijs addiscas, quan
tum fieri potest, tum ipsius prophetæ qui in manibus
est uitã, institutionẽ & ingeniũ: tum Ecclesiæ atq; rei-
publicæ apud eum populũ, de quo, siue ad quẽ uerba
facit, statũ. Tum demum enim multo clarissimè perci-
pietur, quorsum tendant prophetæ cõciones, quod ue
eius sit cõsiliũ, ubi perspectũ habebitur quomodo reli
gio tunc neglecta fuerit, uel exculta: quæ item uitia in
Ecclesiã uel politiã irrepserint. Tyrones hac in parte
non parum iuuabuntur, librorũ propheticorũ inscri-
ptionibus diligenter excussis. Solent namq; hæ nomi-
na regum ac tempora & prouincias notare, ut scire
possis, quas legere ei tempori congruentes historias
expediat. Quanquam argumenta quoq; singulis præ-
fixa capitibus, momenti aliquid adferent. Loquor aũt

de argumentis, quæ cernimus digesta per quos
ruditos recẽtiores. Nam à ueteribus addita, nihil
contigit: & qui paulò ante hoc seculũ conati sunt
ligere, parum feliciter id attentarunt. Quòd si
uenit subsidium ab historijs: proximum est, ut
orationum propheticarum contextu, quæ facie
clesiæ aut reipublicæ fuerit, quæ uitia domina
uirtutes reflorescere cœperint, adnotare assi
Quod hoc fiet pacto.

Animaduertis fortè, à Propheta grauiter re
di ebrietatem, aut auaritiam: ueluti Iesaiæ qui
demus fieri. Ex ea sanè oratione cognosces, qu
pulum, ad quem Propheta cõcionatur, uitia
sim inualuisse. Item, audis damnari consilia de
te munienda uallo & fossis, Iesai. 22. de mitten
tis, qui amicitiã ac societatẽ regũ peterent ext
Iesai. 30. argumento hæc sunt, grauiter tũc per
rempublicã, atq; bellum fuisse in foribus, nec
tationes de repellenda ui hostili habitas. Assec
omnia multo plenius & certius, si quæ legim
rebus cõferamus, quas nostra memoria aut pa
gestas, siue in Ecclesia, siue in politia, cognou

Obseruatio IIII.

Scire & hoc decet: Prophetarum cõciones
quã extare integras, sed tantùm fragmenta, &
aliquot eorũ capita, quæ iudicata sunt Eccles
mè profutura, & ex quibus reliqua possunt
Quo quidem pacto cernimus ab Euãgelistis
tim tantum cõscriptos sermones atq; res ge

toris nostri Christi. Quis enim ambigat, longè uberiores, instructiores, & ampliore quadam maiestate, cõciones omnes à Christo, itemq; à Ioanne baptista esse habitas, quàm sunt literis mandatæ?

Obseruatio V.

Sed neq; semp digestæ sunt prophetarum cõciones eo ordine, quo fuerunt habitæ. Quæ res in causa est, cur aliquãdo difficilius perspiciatur, quomodo librorum partes cohæreant, & mutuò sese sequãtur. Cuius rei cõmonefacit nos Origenes, Homilia prima in Canticum canticorum dicens: Prophetica dicta non temporibus, sed ratione pensanda esse. Ac multo clarius D. Hieronymus, enarrans Ieremiæ caput 21. Notandũ, inquit, quòd in prophetis, maximeq; in Ezechiele & Ieremia, nequaquã regũ & temporũ ordo seruetur: sed præposterè, quod iuxta historiã postea factum sit, prius referri: & quod prius gestũ sit, postea. Aliud est enim historiã, aliud prophetiã scribere. Exemplũ ibidem luculentũ est propositum: nã illo ipso capite 21, pulchrè describitur, quomodo urbe iam obsessa, rex Zedechias ad Ieremiã miserit, cupiẽs de successu expeditãdo aliqd cognoscere. At capite sequẽti, protinus sequitur cõcio, habita diu ante illa tempora, nempe sub rege Iohaiakim. Plura exẽpla extant in Iesaia, ad quæ Hieronymus animaduersiones nõ aspernãdas adiecit.

Obseruatio VI.

Quinetiam prophetæ in suis concionibus, subitò ab uno proposito ad aliud transiliunt: qua ex re sæpenumero lector perturbatur. Omnis prophetia, inquit

Hieronymus in cap. Iesaiæ 16. ænigmatibus
tur, & præcisis sententijs: dum de alio loquitur
ad aliud, ne si ordinem scriptura conseruet,
ticinium, sed narratio. Rursum idem, enarra
Nahũ: Hinc uel maximè obscuri sunt prophe
repentè dum aliud agitur, ad alios persona
Cuius generis est, quòd in eo ipso propheta,
capitis prioris, dicuntur læta ad Iudam: proin
capite secundo dicuntur tristia, sed ad Ninu
renda.

Obseruatio VII.

Quocirca omni studio laborare decet,
singulas in concionibus prophetarum recte
mus. Huius rei maxima & continua cura
quando aliàs in tot transitionibus, digressio
theticis orationibus, multa uidebuntur mal
tia, quædam etiam pugnantia coniungi. Er
uet unusquisq; dum legit, ubi taxentur uitia
mendentur uirtutes: ubi præcepta aut exhor
ubi promissiones aut consolationes, aut co
nes: ubi de rebus ad religionem pertinentib
ciuilibus negocijs: ubi ad magistratus, aut a
ubi disputationes, aut sententiæ: ubi prædi
rum futurarum, aut narrationes antè actar
Christo (in quem tanquam scopum, semel
prophetas sua omnia intendere) aut de ec
de abdicatione Iudæorum, aut de adoption
ubi de lege, aut de Euangelio: ubi orationes
uel querelæ: & quis in tanta rerum, de qui

runt prophetæ, diuersitate enumeret omnia? Hæc igi
tur qui distinguere ritè uolet, diligentiam impendat
non mediocrem necessum est. Libet adscribere ex Epi
phanij lib. de Mensuris & ponderibus, priscos partis
tos esse prophetias in 10 speculationes, seu potius lo
cos communes: nempe in Doctrinas, speculationes, ex
hortationes, minas, luctus, consolationes, preces, histo
rias, prædictiones. Prædictionum uerò aliæ sunt de re
iectione legis, secundum carnem: aliæ de nouo Testa
mento, legi successuro. Iterũ aliæ de depositione prio
ris populi, aliæ de uocatione gentium. Quædam item
de promissionibus ad patres factis, quædam peculia
riter de Christo, aliquæ de Ecclesia. Nonnullæ contra
certas prouincias, & certas personas: aliæ contra om
nes in uniuersum impios. Quibus omnibus solebant,
eodem Epiphanio testante, discriminis ergò quasdam
notas appingere, quarũ adspectu statim admonebantur lectores, quid quoq; loco tractaretur. Cuius dili
gentiæ ueterum placuit mentionem facere, quo stu
diosa iuuentus exemplis maiorum prouocata, accipe
ret occasionem, simili modo quasdam notas seu chara
cteres excogitandi, quos in libris suis ad tales locos in
Prophetarum concionibus, quid dico Prophetarum?
imò uerò Apostolorum & Euangelistarum, obuios ap
pingeret. Porrò quisquis hunc in modum partes con
tinuum præcipuas semel distinxerit, facilè assequetur
eram atq; germanam sententiam, earum præsertim
Observationum adminiculo, quas suprà de consuetu
dine Scripturarũ tradidimus: de quib. nequaquã opus

est ut aliquid hic cum fastidio repetamus.

Obseruatio VIII.

Mos aũt est prophetis, quædã futura denu-
apertis uerbis, quædã tantùm uisis siue signis,
actionibus. Primi generis multa extant uatici-
Christo, de Antichristo, de falsis doctoribus, de
tatibus, rursumq; de fœlicitate Ecclesiæ. Secun-
ris uidere licet pleraq; apud Danielem, Ezechi-
autorem Apocalypseos. Hoc tamen discrimin-
ipsis obseruato, quòd alia prædicuntur signis
guris, sed addita conuenienti interpretatione;
dere licet in uaticinijs Danielis, de 4. monarch-
uerò sine interpretatione: quò spectant figura
uisa in Ezechiele, atq; Apocalypsi. Tertij gen-
quòd Ionas demittitur in mare, ac deuoratus
ad diem tertium rursus ejicitur: qua in re uati-
de Christi morte ac resurrectione fuit recondi-
quòd Ieremias iubetur circumspicere, & uide-
lum amygdalinum, ollam bullientẽ: quòd cõg
de conspirantibus in mortẽ suam uiris Anath-
Hieronymus disertè ait, uaticinium de Christo
se) quòd curante Phashor sacerdote conjicitur
cerem, in qua actione similiter uaticinium de
abditum erat: quòd Iezechiel bibit aquæ cer-
surã, coquit placentam hordeaceã in stercor-
menti humani: deniq; quòd in Nouo testamen-
bus se uinciri cingulo mandat Pauli apostoli.
psæ actiones, perinde ac uisa, modò quidem h
iunctam expositionem, modò uerò nõ habent

uerò hic diximus, actionibus Prophetarum plerunq; uaticinium ac typum de Christo subesse: idem decet intelligamus de actionibus aliorum sanctorum heroum, quos Scriptura uehit laudibus.

Obseruatio IX.

Est usitatum Prophetis, uaticinia rerum futurarũ explicare uerbis præteriti temporis, tanquam si narrarẽt res transactas. Subinde uerò sic narrãt, quasi de præsentibus sermo esset. Quod à Spiritu sancto introductum apparet, ad significandum maximã rerum expectandarũ certitudinẽ. Ps. 22. Circumdederunt me canes, & congregatio malignantiũ obsedit me, foderũt manus meas & pedes meos. Vbi plura exẽpla occurrunt, & in his quædã etiam expressa uerbis præsentis temporis. Loquitur aũt de Christo, affigendo cruci. Ieremiæ 31. Vox in cœlo audita est, planctus & fletus amaritudinum: Rahel flens super filios suos, nec uoluit consolari super filios suos, qa nõ sunt. Hæc uates de re futura, quæ postea de re peracta profert Euangelista Matt. cap. 2. Adnotauit plura exẽpla D. August. enarrãs Ps. 3. Præterea lib. 2. de sermone Domini in monte.

Obseruatio X.

Deprehensum quoq; est, futura à prophetis prænunciari forma optãdi seu imprecãdi. Neq; enim eos, cũ uidẽtur mala imprecari alijs, reuera sic imprecari: sed imprecationis figura, ea quæ uentura sunt, certò præuidere accipiemus. Itaq; cũ dicitur, Sit mensa eorũ ante ipsos in laqueum: tantundẽ sibi uolunt ea uerba, ac si diceretur, Pro certo erit mensa eorum ipsis in la-

queum. Testis Augustinus in commentario ad
per uerbis illis: Decidant à cogitationibus su
ad Psal. 34. & 78. supputatione Augustini. item
monibus, Sermone 109.

Obseruatio XI.

Prophetæ si quando concionantur aduer
lonios, Ammonitas, Moabitas, Philistinos, alia
tiones exteras, in more habent plerunq; serm
linguæ illorũ abuti, atq; seruare idiomata pro
rum. Obseruauit Hieronymus, enarrãs cap. 1.
ideoq; contendit, in Obadia ספרד Sepharad
sphorum, contra LXX, qui uerterunt Ephrat
rursus Iudæorum quidã arbitrentur illam esse
niam. Sed quicquid istud rei est, deprehẽdi in
ne Hebræo, non in peregrino potest. Hæc de
tarum consuetudine, in præsenti adnotasse cõ
mus. Assidua lectio plura & certiora commo

Obseruatio XII.

Conducet & hoc in primis ad explorand
phetarũ mentem, si ad Mosen siue ad legem
eorum præcipuos referas. Etenim Prophetis
re est, pleraq; ex lege ac libris Mosæ (quem in
est uelut parentem & principem existere pro
rum omnium) repetere: aut saltem ad illius dic
ciones suas dirigere & collimare. Id autem, si
nymo in cõmentario ad Ezechielis 44 capu
mus, ut quæ in mentibus hominũ sunt uel lege
gligentia, uel audiendi cõtemptu atq; oblitio
ta, uiua uoce innouẽtur. Nos uerò addimus, à

tis illud fieri, quo sua omnia efficacius cõfirment: nec non euidenter doceãt, se nihil diuersum à Mose, cuius unius summa esse debet authoritas, proferre, eamq; ob causam se ab omnibus religiosè audiẽdos. Sunt namq; Prophetæ ipsius legis interpretes, quomodo Apostoli & Euangelistæ interpretes se profitẽtur legis et prophetarum. plurimũ autem habet momenti ad pertrahendos quò libuerit auditorum animos, consensus docentium. Quod cum ita sit, nemo prophetarũ lectionem feliciter auspicabitur, qui Mosaicos libros, in primis autem legalia præcepta, non antè perlegerit.

Obseruatio XIII.

Vbi tandem sententiam ac mentem prophetæ fueris utcunq; assecutus, reliquũ est, ut ad nostra tempora, nostrasq; Ecclesias & Respub. deinde ad priuatæ uitæ institutionem, atq; omnis generis spiritualem fructum, sacras prophetarum cõciones studeas coaptare. est enim generaliter statuendum: Omnia quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam, quemadmodũ Apostolus ait ad Rom. 15, scripta esse. Quomodo aũt multiplicem eiusmodi doctrinam ex quibuscunq; scriptis colligas, aliquanto pòst plenius à nobis explicabitur.

QVAE POTISSIMVM EXpendenda in libris historicis.

Cap. XXIX.

BOna sacrorum librorum pars continet perpetuas historias. Caue autem arbitreris has ita tibi legendas, quemadmodum percurruntur historiæ profanæ. Nec enim satis fuerit, uidere in libris

sacris, quomodo & quo ordine res aliquæ n
gestæ: sed operæprecium insuper est, longè
simè uariam & multiplicem doctrinam rerum
tualium undiquaq; colligere, quæ in ijs sæpe
apertè proponitur, sæpius uerò tectè latet re
Enimuero aliud est, obseruare rem quampia
illo modo esse peractam: aliud, inuestigare, qu
quẽ ad finem Deus ita perfici ordinarit: deind
tibi propositum, non cognitione modò, uer
imitatione dignum, ibi uoluerit. Quanta igitu
tia in legendis historijs sacris reqratur, & q
fructum ex illis non pœnitendũ haurias, obs
nibus aliquot, tanquam erectis Mercurialibu
commonstrabimus.

Obseruatio I.

Lecturis sacras historias, cognitio Topo
præsertim Palæstinæ atq; prouinciarum adiac
maximoperè est necessaria. Eruditi homines
rata, uel non rectè cõsiderata, sunt interdũ in
literarum explanatione hallucinati. Doctu
opus edidit Ioachimus Vadianus. Probatur e
tis liber Iacobi Ziegleri. Et *tabulæ extãt, quæ*
cè depictos terrarum situs uisendos exhibent

Obseruatio II.

Dispicere statim in initio oportet, quous
tio quæpiam protrahatur, atq; ubi noua incip
num ea quæ sequitur, præcedenti sit aliquo m
nexa & affinis, aut potius alterius prorsus a
ti. Neq; uerò consultum est, sequi hac in par

ctionem capitum: sed à rebus ipsis atq; negocijs iudicium petendum est. Nullus enim non nouit, librorum capita plerunq; admodum ineptè separata esse.

Obseruatio III.

Dehinc animo perlustrare decet omnes factorum, quæ describuntur, circumstantias: nec nõ consilia, causas, fines, successus. Hinc nanq; non solùm clarior parabitur rerum gestarum cognitio, atq; negociorum pensabitur grauitas: uerùm etiã quomodo nostris quoq; rebus exempla in omnem euentum idonea accommodari queant, perspicuum fiet. Certè quidem in omni genere scripti examinãdo diligentia hæc requiritur: at multo maximè in historia, præcipueq; sacra.

Obseruatio IIII.

Operæprecium uerò est in libris historicis accuratè distinguere sanctorũ patrum doctrinã ab eorundem actionibus. Plurimum, inquit Augustinus libro de uerbis Domini, sermone 11, interest inter narrationes rerum gestarum, et inter ordinationes diuinas, seu dogmata de natura ac Dei uoluntate. Nunquam uerò destituta fuit Ecclesia idoneis doctoribus, semperq; necessarium fuit piorũ fidẽ doctrina aliqua ali atq; corroborari. Hinc igitur fit, quòd in historijs passim recitatur doctrina, quã sancti Patres aut toti Ecclesiæ seu cõgregationi piorum, aut suis domesticis, id est, uxoribus, liberis, uernaculis (qui quamuis pauci, magnam tamen & ferè totam subinde repræsentarunt Ecclesiam) exponere sunt soliti. Creberrimè uerò tractari & inculcari animaduertas hæc religionis capita: nẽpe de

pe de promißionibus, de aduentu Meßiæ ſiue Chr
de pœnitentia, de ſperanda miſericordia Dei, de
tuenda ira atq; uindicta in tertiam & quartam
rationẽ: deinde de officijs ueræ pietatis, de reſti
cultu, de præceptis diuinæ legis, de orationib. ad
de querelis & planctu piorum. Item contra ſupe
tiones, contra prophanantes Dei nomen, contra
doctores, contra impiorum fraudulenta conſilia
eorundem internecione. Breuiter, nullius doctri
gnitio Eccleſiæ Dei ad ſalutem neceſſaria eſt, q
cti patres non multo diligentißimè in ſuis urſeru
cionibus. Ac primo quidem loco inſiſtere expe
telligendæ ſanctorum doctrinæ: proximum uer
ut inquiſitio fiat in eorundem actiones.

Obſeruatio V.

In doctrina autem excutienda, quoties ea occ
attendere oportet quæ ſit doctrina perpetua, q
totam pertinens Eccleſiam: & rurſus, quæ ad cer
uitæ genus, uel ad certas perſonas propoſita. Pe
generis eſt, quòd Gen. 4 Enos concionatus eſt de
Dei cultu, reſtituitq; ſanam doctrinam de diuin
nis inuocatione: quam Caini poſteritas iam tum
rauerat, peneq; totam oppreſſerat. Notatur autẽ
hæc doctrina paucißimis hiſce uerbis: Tunc cœ
eſt ad inuocandum in nomine Domini. Item No
cionatus eſt de pœnitentia: alij alios locos præ
tradiderunt. Pertinent uerò hæ conciones omn
totius Eccleſiæ ſtatum, ſuntq; omni tempore &
in Eccleſia perneceſſariæ. Poſterioris generis

quod Nathan concionatur nominatim ad Dauidem, addens de filio eiusdem Solomone: quamuis sermonẽ claudẽs, de promisso semine benedicto, id est Christo, non obscurè uerba facit. Cuius concionis pars quidem ad reliquos quoq; homines pertinet, quatenus aliqui eorũdem accersi criminum possunt, quorum reus fuit Dauid: pars uerò alijs accommodari non potest, nisi fortè quando monstratur, ut benedictiones, ita minas quoq; ad posteros deriuari: itemq; promissiones de Christo, omnibus pijs cõmuniter ad cõsolationẽ proponuntur. Cæterum, quæ paulo antè diximus obseruãda in concionibus Prophetarum, eadem omnia intelligi par est de cõcionibus quorumcunq; sanctorum patrum, quas in libris historicis referri contingit.

Obseruatio VI.

Actiones simili decet industria dijudicare. Sunt nanq; actiones quædam sanctorũ patrum obseruãdæ, ut pertinentes ad publicam uniuersæ Ecclesiæ institutionem: quædam ad uniuscuiusq; informationẽ priuatã ac domesticam. quemadmodum nonnulla quoq; peragunt sancti Patres, tanquam ministri Ecclesiarũ, aut tanquam Prophetæ, aut reges: quædam tanquam priuati. Abraham concionatur de promisso semine, in quo benedicentur omnes gentes: aperit Dei uoluntatem de nouo signo fœderis circuncisione, omnesq; in sua familia circuncidit. Hæc autem, ut minister Ecclesiæ. Idem uerò ut priuatus & prudens patersamiliãs, suumq; agens negocium, mittit seruum in Mesopotamiam, qui filio Isaac uxorem quærat. Verùm quisquis circun-

circunstantias ritè obseruat, nihil horum prætermittit.

Obseruatio VII.

Consueuit autẽ sacra historia etiam lapsum [illegible] cata sanctorum patrum uisenda exhibere: uelut [illegible] tatẽ Loth, adulterium Dauidis. Quod idcirco [illegible] omnes habeant unde discant, non fidendum [illegible] ribus: solius Dei bonitate posse nos in uitæ [illegible] nia perseuerare: omnes homines, quantumlibet [illegible] stantes, tentationibus esse expositos, & peccat[illegible] obnoxios: deniq;, sola Dei gratuita misericordia [illegible] consequi. Eandem uerò ob causam, ubi de con[illegible] ne disserebamus scripturarum, admonuimus, [illegible] ter ubiq; adnotandum, quid de bonis referatur [illegible] factum, quidue ut malè factũ. Et rursus, quid [illegible] ut factum malè, quidue ut factum bene.

Obseruatio VIII.

Quædam uerò à sanctis peracta leguntur, [illegible] se quidem modis omnibus uituperanda, & [illegible] meritò censeantur: & tamen uel propter [illegible] mandatum Dei, uel propter rem significatã [illegible] umbratam, uel deniq; propter aliquã circum[illegible] ea etiam in laude sunt posita. Cuius generis [illegible] Israelitæ spoliarunt Aegyptios: quòd Moses [illegible] Aegyptium: quòd Simson mulierculas peregr[illegible] in his meretricem deamauit: quòd Phinees [illegible] cidit uirum principem: quòd Dauid comedit [illegible] propositos, quibus uesci fas non erat. In primo [illegible] plo excusationem adfert, Dei speciale mandat[illegible] secundo ac tertio, typi latent rerum per Chris[illegible]

rendarum: in altero quidem, quòd Moses paulo pòst liberaturus esset uniuersum populum Israeliticum à Pharaonis tyrannide, præcipuè uerò quòd Christus olim eriperet miserum genus mortalium è potestate Diaboli: in altero uerò, quòd Christus sibi copulaturus esset Ecclesiam ex gentilibus collectam. In penultimo, ardens studium auertendæ publicæ ignominiæ & uindictæ, quam Deus ipse fuerat inflicturus: in postremo, necessitas (cui licet legẽ dissoluere) spectari debent. Nonnulla etiam sine reprehensione facta sunt à patribus in Testamento ueteri, quæ agentes sub Euãgelio & Testamento nouo æmulari neq; deceret, neq; expediret. Exemplo esto, ut Augustinus refert, polygamia. Ergo catenus pro bene factis & licitis facta sanctorũ Patrum accipies, quatenus uideris ea aut apertè in Scripturis à spiritu sancto cõmendari: aut aliqua eiusmodi legitima ratione, quales iam iam aliquot cõmemorauimus, excusari à crimine: aut ad officia charitatis promouenda directè tẽdere: aut deniq; à nobis absq; offendiculo posse hoc tempore in Ecclesia usurpari.

Quibus de rebus qui plura uidere auet, diuum Augustinum cõsulat de doctrina Christiana libro 3. cap. 12. 13. 14. 18. 21. 22. 23. Huc uerò pertinet & illa obseruatio, in capite de Consuetudine scripturarum, à nobis tradita: Nõ esse pertrahendũ ad mores, imitandumq;, quicquid à bonis etiam bene factum legitur.

Obseruatio IX.

Huc etiam mentis aciem oportet dirigere, ut explo-

exploremus, num in re gesta uel illustris typus
gura, uel utilis allegoria sit recõdita. Etenim in
so est, quemadmodũ & suprà de prophetis di
in actionibus sanctorum patrum ut plurimũ
adumbrari, quod reuelati Euangelij tẽpore per
stum debebat, aut per alios etiamnum debet in
sia perfici. Quod licet cognoscere ex multis
ueteris Testamenti, per Christum & Apostolos
uo expositis. Ac de typis quidem nulla est diffi
Apostolus 1. ad Corinth. 10, obseruationẽ hanc
uerbis tradit: Patres nostri, inquit, omnes sub
rant, & omnes per mare transierũt, & omnes
sen baptizati sunt in nube & in mari, & omnes
dem escam spiritualem comedebant, & omnes
potum spiritualem bibebant. Sed plures illorum
approbauit. prostrati enim sunt in deserto. Hæc
τύποι, id est, figuræ nostri fuerunt, ne nos simus
piscentes rerum malarum, quemadmodum &
cupierunt. Et paulo pòst: Hæc aũt omnia τύποι
contigerunt illis. Scripta uerò sunt propter
tionem nostri, in quos termini ætatum incider
de Augustinus de ciuitate Dei libr. 17, cap. 10. S
ra sacra, quæ per ordinem reges, eorundemq;
euenta digerens, uidetur tanquam historica di
rebus gestis occupata esse narrandis, si adiuuan
spiritu considerata tractetur, uel magis, uel ce
minus prænunciandis futuris, quàm præteriti
ciandis, inuenietur intenta. Christus ipse clar
pretatur, Ionam prophetam deuoratum à p

post triduũ denuò eiectũ, præsignasse suã mortem & resurrectionem: item in serpente per Mosen erecto, prænunciatum, quòd cruci affigeretur. In epistola ad Hebræos, non pauca de Melchisedech, de tabernaculo testimonij, de ingressu sacerdotis semel in anno in sancta sanctorũ cum sanguine, erudite de Christo uero sacerdote, & seipsum semel offerente hostiã pro peccatis, exponuntur. Apostolus ad Gal. 4. duos filios Abrahæ, alterum eiectũ domo, alterũ uerum hæredem declaratum, ait figuram fuisse duorum Testamentorum: quorum alterum foret abrogandum, alterum stabile æternumq; maneret. At uerò allegoriarum ex historicis narrationibus colligendarum, longè diuersa est ratio. Nequaquam pari facilitate contexuntur, neq; cuiusuis est in ijs tractandis se exercere: Siquidem constat, etiam magni nominis uiris conatũ hunc aliquoties infeliciter cessisse: tantum abest, ut tyro speret se aliquid cum laude hic tentaturum. Itaq; de allegorijs paulo post dicendi erit locus.

Obseruatio X.

Nequaquam negligetur in lectione historiæ, annorum supputatio. Neq; enim spiritus sanctus accuratè adscribi illustrium hominum ætatem, atq; regnorum tempora, abs re ordinauit. Certè diuinarum promissionum, necnon Propheticarum prædictionum ueritatem, ex temporum in historia digestione explorari ac decerni necessum est. Et quia de annorum supputatione non parua est apud scriptores dissensio, obseruandum ante omnia, gentilium autorum iudicia;

nullo modo hic debere admitti. Neq; enim uel uel Apollonius Aegyptius, uel reliqui philosop annis qui à prima conditione mundi effluxer ferre, ut clarè euincit Theophilus Antiochenus pus lib. 3. ad Autolycum Christianæ religionis niatorem, aliquid certi potuerunt, quum Gr tantùm, qui de prima mundi origine semper a inter sè disceptarunt, leues & uanas sequeren iecturas, & sacras literas non audiuissent, uel auditas aspernarentur: quæ tamen omnium quissimæ, & solæ, quomodo & quo tempore sit à Deo formatus, apertè docent. Relinqui consultissimum esse, in hoc negotio ducib qui sacrorum librorum. Visum proinde es quandam supputationẽ hic adijcere, camq; cuam & quàm minimum habentẽ cotrouer giosi, ita Theologiam discentibus tantispe dum ætate ac iudicio ualentes ipsi congess rem, cõmendare. Ac ne quis de fide nostra dis numeris dubitet, nos ubiq; locos siue ca rum adscripsimus, quo quisquis uoluerit, co sitareq; statim possit. Quinetiam maioris secuimus eos in millenarios, qui ad calculi cupientibus non parum molestiæ adiment. igitur Millenarium sic colligimus.

Primus Millenarius.

Adam, 130 annorum, genuit Seth.
Seth, 105 annorum, genuit Enos.
Enos, 90 annorum, genuit Kenan.

Kenan, septuaginta annorũ, genuit Mahælalel. Gen.5
Mahælalel, 65 annorum, genuit Iared. Gen.5
Iared, centum sexaginta duorum annorũ, genuit Henoch. Gen.5
Henoch, 65 annorum, genuit Mathusalah. Gen.5
Mathusalah, centum octuaginta septem annorum, genuit Lamech. Gen.5
Lamech, cẽtum octuaginta duorum annorum, genuit Noah. Gen.5

Omnibus annis ritè subductis, uides ubi Lamech explesset annos centum uiginti sex, finiri primum mĩ di Millenarium.

Secundus Millenarius.

Secundum Millenariũ debemus auspicari ab anno Lamech 127, à quo ad natalem Noah intercedunt anni 50 & 6.

Noah tempore diluuij exegerat annum 600. Gen.7
Diluuium durauit anno uno & 10 diebus. Gen.8
Sem filius Noah, duobus annis à diluuio, genuit Arphaxat. Gen.11
Arphaxat 35 annorum, genuit Sela. Gen.11
Sela 30 annorum, genuit Eber. Gen.11
Eber 34 annorum, genuit Peleg. Gen.11
Peleg 30 annorum, genuit Reu. Gen.11
Reu 32 annorum, genuit Serug. Gen.11
Serug 30 annorum, genuit Nahor. Gen.11
Nahor 29 annorum, genuit Thare. Gen.11
Thare 70 annorum, genuit Abraham. Gen.11
Abraham 100 annorum, genuit Isaac. Gen.17

Porro expletis annis Abrahæ quinquagintauno
tur secundus Millenarius.

Tertius Millenarius.

Initium tertij Millenarij, faciundum ab
Abrahæ: atq; expleto 49 huius Millenarij, natu
ligetur Isaac.

Isaac annorum 60, genuit Iacob.

Iacob anno ætatis centesimo tricesimo, migr
Aegyptum.

In Aegypto autem uixit annis 17.

Ab hoc tempore serie annorũ nõ possumus p
litate deducere. Nã Genealogiæ haudquaquã
tione pertexũtur in Aegypto, qua hactenus
locus autẽ proximè obueniens, ex quo annor
colligi aliqua possit, habetur Exod. 12. ubi M
Israelitas uixisse in Aegypto annos 430. Ver
hoc pacto admodũ longũ tẽpus excresceret,
sum quiddam significari uidetur ad Gal. 3. ub
lus numerat annos 430, à tempore promissi
ad Abrahã, ad illud usq; tempus quo data es
enim ait: Abrahæ dictæ sunt promissiones,
eius. Hoc autẽ dico: testamentũ antè cõprob
in Christũ, lex quæ post annos 430 cœpit, nõ
ritum, ut abroget promissionem) prudenter
quomodo uerba Mosæ conueniat intelligere.
mur igitur ipsum Apostolũ, peritissimũ, iuxt
lissimũ Mosæ & legis interpretem: ac statu
nos 430 supputandos simpliciter ab eo temp
prima ad Abrahã promissio facta est. Hæc

12. describitur facta anno ætatis ipsius 75, ita ut tũc ex tertio Millenario effluxerint anni 24. His igitur adde annos 430, habesq; Israelitarũ exitũ ex Aegypto, exactis tertij Millenarij 454 annis. Quòd si quispiã pensiculatius rationẽ annorũ à promissione ad Abrahã facta, ad illud usq; tempus quo Iacob migrauit in Aegyptũ, subduxerit: cõperiet, effluxisse annos non plus minus ue 215. Vnde restabit, totidẽ quoq; annos Israelitas in Aegypto habitasse, ac Iacob quidem ipsissimo tempore medio annorum 430 eôdem commigrasse.

Porrò cum educeretur populus, præfuit ei Moses iam octogenarius, testante Stephano Actorum 7, annos 40. Deut. 1, 34. Psal. 94

Mosæ succesit Iehosua, & cum hoc Othoniel, qui itidem administrarunt annos 40. Iud. 3

Othonieli succesit Ehud, annis 80. Iud. 3

Post hunc Debora, annis 40. Iud. 5

Gedeon, annis 40. Iud. 8

Abimelech, annis 3, & paulo amplius. Iud. 9

Thola, annis 23. Iud. 10

Iair, annis 22. Iud. 10

Sine duce agebat populus annis 18. Iud. 10

Iephte, annis 6. Iud. 12

Ibzan, annis 7. Iud. 12

Elon, annis 10. Iud. 12

Abdon, annis 8. Iud. 12

Samson, annis 20. Iud. 15. 16

Heli, annis 40. 1. Samuel. 4

Samuel, & Saul rex, annis 40. Act. 13

Dauid, annis 40. 2.Sa
Solomon, annis 40. 1.
Rehabeam, annis 17. 1.Reg.14.1.Par
Abia annis 3. 1.Reg.15.2.
Asa, annis 41. 1.

Huius Asa anno 9 exacto, finitur tertius Mil
rius, ut 10 eius annus sit supputãdus quarti Mil
primus.

Quartus Millenarius.

Regis Asa, anni 32. 1.
Iehosaphat regnauit annis 25. 1.
Iehoram annis 8. 2.Reg.8.2
Ochosias anno 1.
Athalia regina annis 7.
Ichoas annis 40.
Amazias annis 29.
Azarias, seu Ozias, annis 52
Iothan annis 16.
Achaz annis 16.
Hiskijahu annis 29.
Menasses annis 55.
Amon annis 2.
Iosiahu annis 31.
Iehoachaz menses 3. abductus in Aegyptum. 2.
& 2.Paral.36.
Iehoiakim Eliakim, annis 11. 2.
Iehoiachim Iechanias menses 3. 2.Reg.24. 2.

Hic, cùm obsidione premeretur Hieroso
lio prophetæ Ieremiæ sponte sese dedidit regi

loniæ Nebuchadnezar, ac deportatus est captiuus cũ multis, imq; eius locum suffectus per Nebuchadnezar Zidkijahu, qui regnauit annos undecim. 2. Reg. 25, & 2. Paral. 36.

Sub hoc Hierusalem, dum nititur Babylonijs rebellare, expugnata ui est, atq; incensa: ipse præterea Zidkijahu captiuus abductus, oculis priuatus, filijs prius iugulatis in eius conspectu.

Captiuitas Babylonica durauit annos septuaginta. Ieremiæ 25. Daniel. 9

Finitis ijs annis, rex Persarum Cores, aliàs Cyrus, statim regni sui anno primo, motus est diuinitus, ad populum dimittendum. Eo igitur ipso anno reuersi sunt Hierosolymam. Ezræ 1. & 6

Anno secundo cœperunt ædificare templum. Ezræ secundo & tertio.

In tẽplo ædificãdo, propter plurima impedimẽta interuenientia, fuerunt occupati annos 46. Ioan. 2

Idemq; annus quo perfectum est templum, numeratur Dariaues, id est, Darij sextus. Ezræ 6.

Is autem Darius aliàs uocatus est Arthasastha, id est, Artaxerxes, à Philone etiã appellatus Darius Lõgimanus, qui scribitur regnasse annos 37.

Eiusdem Darij anno 20, dimissus est Nehemias ad extruendam reparandamq; ciuitatem. Nehemiæ 2.

Tandẽ eiusdẽ Darij anno 32, murus ciuitatis omni ex parte perfectus est, Nehemia curãte. Nehem. 5. et 6

Qui deinceps in noua Republ. duces siue principes ex tribu Iuda et familia Dauidis extiterint, ex Mat. 1,

Lucæ 3,& Macchabæorum historia licet cog
quãuis annorũ summa desideratur. Itaq; eã p
portet ex Philone,aut Iosepho,rerum Iudaic
ptorib. Cæterùm nos,qui à Scripturarũ tram
bẽter digredimur,ad Danielis cõfugiemus uc
in quo tempus ab exædificata ciuitate ad Ie
Meßiæ nostri aduentũ in carnẽ,clarè describ
aũt cap.9 dictum est Danieli, ab angelo:Et c
atq; cõsiderábis,ab egressu uerbi de reparã
ædificãda Hierusalẽ,usq; ad Meßiã,hebdoma
hebdomades 62. Quo loco hebdomades accip
de annis,ut uidelicet una hebdomas annos 7
indubit atũ est. Iã uerò ex hebdomadib. 69 p
anni 483. Atqui totidẽ planè anni à tricesim
Darij,ad 42 usq; Augusti:hoc est, ad Olymp
an.3,quo Christus carnẽ induit, effluxisse inu

Ergo ad calculum reductis annis omnib
Christũ natum quarti millenarij anno 989½
mũdi 3989½. Ita namq; quartũ millenariũ in
circo haudquaq; conueniebat, quia Dominus
ardẽs desideriũ sanctorũ,summis uotis aduc
siæ expetentiũ,ut est ad benefaciendũ semp
uior,anteuertere magis quàm differre bene
det. Quot aũt anni à Christo nato ad præsen
hæc scribimus,sint elapsi (numerãtur aũt n
rore 1546) qs est q ignorat? Hæc igitur,meu
est simplex,ꝑspicua,et sacris literis cõsentan
rum ab initio inde mundi conditi hucusq; fl

Nõnulli ex iuniorib. à nobis in eo dissen

70 annos captiuitatis Babylonicæ supputare incipiũt à spontanea deditione Iehoiachim Iechaniæ: ubi nos eos ordimur undecim annis tardius, quibus gubernacula tenuit Zidkijahu, quos ex ordine 70 annorũ nos remouemus, nitentes nimirũ narrationi posterioris libri Paralipomenon cap. ultimo. Rursus hebdomades Danielis quibusdam placet supputare ab anno Darij 20, quo missus Nehemias ad ciuitatem reparandã: cum nos interim deducamus eas à muro ciuitatis consummato, hoc est, Darij 32. Ex quo fit, ut 23 annos plures, quàm illi, nos statuamus. Cuius rei existimauimus pios candidatos candidè admonendos, quo ipsi facilius rectiusq; de omnib. ualeant iudicare. Porrò quãdo alios, maximè uetustiores, animaduertis longè secus numerare, nõ est quod perturberis. multo minus autor cuiquam è studiosis adolescentibus esse uelim, ut in supputatione sit curiosè & plus iusto occupatus, uel quærendo dissidentiũ cõciliationẽ sese maceret, afflictetq;. aliter numerãt Hebræi, Iosephus, Philo, & adiuncti: aliter Græci, ut Clemẽs Alexãdrinus, Theophilus Antiochenus, Eusebius Cæsariẽsis: aliter deniq; Latini, Augustinus, Isidorus, Iulianus, Pomerius, Beda, item Alphonsus, reliquiq; Astrologi: ab omnibus autẽ his diuersum statuũt quidã recẽtiores, in quibus primas tenet Picus Mirandula. Singuli aũt rationes adferre, quibus suam stabiliũt sententiam, profitẽtur se paratos. Attamen illud certo est certius, uix ab uno de quàm plurimis scopum ipsumq; albũ attingi. Quinetiã affirmare ausim, quod bona omnium uenia dixero, omnes ueteres, ad-

dam nos quoq; posteriores, ut in multis alijs, ita
annorum supputatione aberrasse, & adhuc aber
Cuius rei tres non cõtemnendæ, si modò uerum
libet, occurrunt caussæ. Prima est: quidam nimi
ctenus adhæserunt gentilibus scriptoribus, qui
admonuimus, nihil potuerunt certò & firmæ
strare. Secunda: etiam qui studiosissimè uolue
erarum literarum insequi uestigia, decepti
sunt diuersa inceptaq; numerorum notatione.
alij numeri apud L X X interpretes, alij uero
bræo frequenter reperiuntur. Quem errorem
dibile est ex eo natum, quòd scribæ soleant
potius notis quibusdam literarum, quàm integ
ctionibus exprimere. Atq; hæc res, ni fallor,
dit occasionem Græcis multo aliter supputandi
Hebræi assueuerant. Tertiam caussam libet
pitio Seuero, in principio Sacræ suæ historiæ,
bere Diuino nutui atq; ordinationi. Equidem
singulari Dei uoluntate adeò diuersas prodi
putationes, partim quia Deus, q ipse in mensu
mero & pondere, teste sapiente Hebræo, cuncta
suit, & apud quem mille anni sunt, ut refert
graphus, uelut præteritus dies hesternus, sibi
ram & exactam temporum cognitionẽ re
partim ut homines curiosi, cum deprehendant
nimis anxia & scrupulosa rerum non usquea
cessariarũ inquisitione plurimùm labi, magis
cessarijs et ad salutem utilibus quàm de ullis
uestigandis sint soliciti. Quomodocunq; aũt re

bet, nemo hæc accipiet, quasi dicta ut omne studiũ & cura in digerendis annis ab omnib. protinus abijciatur. Non sine grauibus caussis Spiritus sanctus, & genealogias, & ætatem ac successionem sanctorum Patrum, Ducum, Regum, ex quibus Christus genus trahere secundum carnem debebat, pertexuit. Et contineri in libris sacris, quæ operæprecium est in supputatione annorum spectari & ab homine percipi, extra cõtrouersiã est. Quare eum qui ex illis quæcunq; huc pertinent, quoad fieri potest prudẽter colligit, qs iure criminabitur? Sacræ scripturæ autoritate niti, tutissimũ semper est. Neq; modesta et pia disquisitio, sed præpostera curiositas incurrit in reprehensionẽ. Maximè uerò damnantur odiosæ & pertinaces de hisce rebus contentiones.

Reliquũ est, de ratione supputãdi per Olympiades paucula adnotemus. Græci quidem hoc pacto, per Olympiades inquã, annos digerunt: quod, si Plutarcho credimus, primus fecit Hippias Elæus: quamuis nullo admodum subnixus, ut idẽ Plutarchus meminit, necessario ad fidem argumento. Significat aũt apud eos Olympias, spacium annorum 4, hac nimirum de causa, quòd eo interuallo recurrente, receptum olim fuerit, publica in Olympijs certamina, ad quæ tota Græcia auidissimè cõfluebat, edi. Cæterùm apud multos scriptores legitur, Christũ natum ex uirgine Olympiadis 194, anno 3. Ex quo intelligitur, si annos Christi natalẽ proximè antecedẽtes partiaris per quaternariũ, cẽties nonagies atq; ter duobus annis superadditis, prodire illum ipsum annum, quo primùm per Olympia-

des numerari cœptum est. unde nullo negocio
piades singulas discernes. Incidet, ni fallor, pr
lympiadis annus primus, in annũ ultimũ reg
id est, quarti millenarij annum ducentesimum
tumdecimum. Cæterùm Romani plurimum p
sulum annos numerarũt, quod facere sunt adu
exactos reges: nempe, annis ante Christum
carne manifestatum, 507: ab urbe verò con
anno Darij, opinor, octauo, post templum pr
Hæc ad supputationem annorũ futuro Theo
cessaria, arbitramur sufficere. Si cui uisum e
quam digessimus, tempora prophetarũ, initia
rum & monarchiarum, aut alia quædam hui
ris hinc inde apponere: facile id poterit, erit
haud pœnitendus. Nostra sanè non interest
præsenti addere. Satis est, quòd uiam utcunq
uerimus. Ad reliqua pergamus.

Obseruatio XI.

Porrò in toto annorum decursu anxiè
quomodo Ecclesia Dei in doctrina & fi
exercitijs profecerit, uel ab ijsdẽ defecerit: u
modo à Deo defensa fuerit, conseruatáq; uel
pore neglecta. Operæprecium est, animos
hæc duo capita defixè intueri: quò & scia
doctrina uniuscuiusq; pij mens posit tuò co
re: & certi sint, pios, siue Ecclesiam, nunqu
prorsus deseri. Hic uel primarius est finis,
libri sacri sunt editi: asseuerante Apostolo, Q
quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam &

tionem scripta esse. Certum uerò est, non aliunde plenius aut rectius, quàm ex sanctorum Patrum historijs, posse hæc percipi. Sed age, exemplis quod diximus cõprobemus. Geneseos 4. legimus, ætate Seth, ac filij sui Enos, cœptum inuocari nomẽ Domini. Cum autẽ natus sit Enos anno mundi 236, argumento est, intra breue illud tempus, adeoq; statim à morte Abelis, uires nimirum colligente potentia atq; malitia familiæ Cain, sanam doctrinam & uerum Dei cultum fuisse ubique extinctum: ætate autem Seth atq; Enos, cœpisse Ecclesiam habere melius, nec non doctrinam de uera inuocatione, atq; exercitia pietatis denuò instaurata, ac floruisse. Rursus quando Gen. cap. 5. scribitur nominatim de Hænoch, quòd cum Deo ambulauerit, animaduertere licet, synceram religionem iterum refriguisse: omnesq; familias, excepta illa Hænoch, ad impietatem conuersas: unum autem Hænoch, ceu fidum præsulem, diligenter in Dei Ecclesia laborasse. A nato autem Enos usq; ad Hænoch, non plures quàm 387 anni intercessere. Tantum uerò abest ut Ecclesia à raptu Hænoch incrementum capiat, ut etiam uniuersum genus mortaliũ, in omne flagitiorum genus præceps ruens, Deum magis magisq; ad iram prouocarit. Quamobrem constituit Deus, orbem (quantus erat) diluuione perdere. Qua ætate sic in angustum deductæ sunt res Ecclesiæ, ut octo tantùm homines Dominus seruare dignatus sit: Noah uidelicet, cum uxore & liberis. Interea autem idem Noah annos 120, tum strenuè docendo, tum piè sanctéq; uiuendo, adde & arcã quem-

admo-

admodum à Deo iussus erat extruendo,adiu
pœnitentiam homines (sed frustra) conatu
Hænoch uerò ad natum Noah,numerãtur an
Quis nõ miretur, toties tam magnas uicissitu
causa religionis? & tot seculis tam exiguam
nullam fuisse Ecclesiam? Perfacilè uerò est,
ne ulterius progredi,atque in reliquis deinc
rijs Ecclesiæ incrementa decrementáq; nota
signare. Quomodo autem Deus suam electa
siam,quantumlibet tenuem,& ab hostibus
cumuallatam,miris modis præterq; omnium
tutatus,eadem prorsus uia obseruabitur.Cum
ret familia Cain,atq; extructis ciuitatibus
uicinos rus habitãtes,in primisq; pios auder
uit Deus humilem & adflictam Ecclesiam
Seth, per quam familiam sana doctrina &
Dei cultus longè lateq; propagatus est. Por
tibus paßim, & primo hauddubiè loco in p
centibus tyrannidem,Deus mundum diluuio
constituit.At interim solicitus est de Eccles
parari arcam,in qua reliquiæ piorum salu
Aliquot seculis pòst,iterum propè actum es
sia:utpote quæ quasi in sola familia Sem hos
dumq; tantisper habuit,dum Abraham ex
euocatus tenebris,ad lumen ueri cultus diu
citur.Huc uerò ubi is promouit,incredibile
ricula ei fuerint adeunda. Nunc enim uelut
ab una prouincia ad aliam migráns oberra
ab omnib.hostiliter insidioseq; impetitur,

rem uideatur posse retinere: modò cum uicinis regib. cogitur ancipiti bello experiri: deniq; quid non? Et tamen semper euadit ille superior, semper Deum habet propitium, nusquã omni prorsus ope destituitur. Vbi in Aegypto familia Ecclesiastica incrementum ceperat, nullum humanæ sapientiæ consilium prætermittebatur, quod ad oppressionem Ecclesiæ profuturum putaretur. Iamq; de necandis omnibus masculis publico edicto cautum & prouisum erat. Sed quid fit? Nunquam Ecclesia magis propagata est, nunquam augustior euasit. Præterquã enim quòd mirabiliter ex tristi seruitute est liberata, tum uerò post paululũ temporis quotidianis Dei cũ Mose colloquijs, atq; signorum multiplici uarietate freta cõfirmataq; est: accepit etiã à Deo præcepta de religione, de cæremonijs atq; eius generis institutis, quibus nulla unquam gens uidit præclariora. Quo longius in sacris literis progrederis, eo magis illustria exẽpla de Ecclesiæ cõseruatione occurrũt. Hæc uerò cõsideratio prouidentiæ atq; potẽtiæ Dei, eius deniq; bonitatis in cõseruãda Ecclesia, nõ cognitionẽ modò ueritatis & salubrium dogmatũ, uerumetiã fidem in nobis auget, alitq;. Qui aũt obseruat Ecclesiarũ in pietate profectũ, sentit is se quoq; ad proficiendũ in eadem nõ mediocriter excitari. Porrò qui perpendit Ecclesiarũ ruinã: admonetur, ut Deum sedulò oret, ne præsentis temporis Ecclesiam, aut se quoq; deficere à ueritate, uel cadere patiatur.

Obseruatio XII.

Sit hic scopus præstitutus, et huc labor omnis tẽdat,

uberem

uberem ut eruditionẽ ſpiritualem ex diuin
ſtoriarũ demetas. Narratio nulla tam eſt ſter
ex ea dogma, aut redargutio falſæ doctrinæ
inſtitutio aut correctio aut cõſolationes dec
ant. Quo modo uerò iſtud aptè fiat, Chriſtus
ſtoli in illis locis nos docuerũt, in quibus exe
ctorum patrum ſuo inſtituto accommodan
mentationum formulas ad quamcunq; rem
cunt. Locos aliquot uelut digito commo
Matth. 12, de Dauide ueſcente panibus uet
et Niniuitis, de regina Auſtri & Solomone.
de temporibus Noah. Marci 12, de uerbis Da
ſen, ex rubo loquẽtis. Luc. 4, de Elia apud
Sareptanã diuertente, de ſolo Nahaman Sy
to per Heliſæum. Luc. 11, de ſanguine Abe
Zachariæ interfecti inter ædem & altare
de diebus Loth, eiuſdemq; uxore. Ioan. 6, d
manducantibus manna, et interim mortuis
de circumcidendo etiã in ſabbato. Act. 7. ph
runtur à Stephano, ex quibus de Chriſto ar
lio teſtimonia et cõprobationes nititur colli
13, ad eundẽ finem refert nonnulla Paulus a
chiam Piſidiæ. Ad Rom. 4. 9. 11. 1 ad Cor. 10. C
inceps, in ſingulis propè Epiſtolis, uaria ex
cris admiſcentur. Ex quibus profectò locis
ſcere quiuis poteſt, quomodo exẽpla hiſtor
ri deceat, hoc eſt, quomodo accõmodabunt
to quo de agitur: qua forma breuiter &
quaſi uerbo indicanda argumentatio, aut

enda: quomo
darguendum
moresq;, & a
expediat inſle
ratione ſiue fa
rum etiã ex pa
ſanè pacto uid
ciſsimis uerbis
bam Deo, & i
Gal. 3, In ſemi
ſecundam, ta
poſſe ex pauci
colligi, nemo c
hiſtoria Abrah
citem ad Rom
nus ualida argu
rit. Sed neq; inſ
ſtoria uarijs ar
tum uerba illa
Euãgelicis ſcrip
tur: neq; interc
ceſſum eſt, a
dem Chriſtu
od non liceat
ecepto, repudi
ec inſignis do
Eph. 5. ratioc
ſtunctionẽ, cha
inſtitutio cõ

cenda: quomodo deniq; ad adserendum dogma, ad re-
darguendum falsas opiniones, ad instituendam uitam
moresq;, & ad quamcunq; utilitatem explicandam,
expediat inflectere. Cæterum non tantum ex tota nar
ratione siue facto decerpētur huiusmodi rationes, ue-
rum etiā ex partibus, & singulis adeò membris. Quo
sane pacto uidemus ab Apostolo ad Rom. 4, ex pau-
cissimis uerbis historiæ Abrahæ Gen. 15, Credidit Abra
ham Deo, & imputatum est ei ad iusticiam: rursus ad
Gal. 3, In semine tuo benedicentur omnes gentes: tam
fœcundam, tamq; grauem doctrinam erui, quantam
posse ex paucis uerbis, ijsdemq; in speciem sterilibus
colligi, nemo crederet. Non dissimiliter ad Rom. 9. ex
historia Abrahæ, Iacob & Esau, Pharaonis Aegyptia-
cum item ad Rom. 11, ex historia Eliæ, lectissima, nec mi-
nus ualida argumenta instituto suo seruientia conge-
rit. Sed neq; insolens est, unum eundemq; locum ex hi
storia uarijs argumentis explicandis adhiberi. Sic e-
tiam uerba illa Gen. 2, Erunt duo in carnem unam: in
Euangelicis scriptis inuenimus ad diuersas causas trans
lata: neq; interea usquā à germana sententia eorundē
recessum est, aut detortū dici aliquid potest. Primum
idem Christus ea usurpat Matth. 19, ad probandū,
quod non liceat uxorem quauis de causa, more Iudæis
accepto, repudiare, & alterā in matrimoniū ducere:
hæc insignis doctrina est. Ex ijsdem uerbis Apostolus
Eph. 5. ratiocinatur, arctissimā esse mariti et uxoris
coniunctionē, charitatemq; indissolubilē. Vbi sane egre
gia institutio cōmendatioq; est uitæ cōiugalis propo-

sita. At prioris epistolæ ad Cor.6,colligit ex il
bis,cum qui scortatur, mẽbra sua facere memb
retricis. Faciunt igitur eadem uerba ad morum
rectionem.Hoc autẽ pacto,ex quacunq; histor
tiplex & uaria eruditio spiritualis,ab ijs qui i
tes sunt colligi potest. Nonnunquã singulæ cir
tiæ,propè dixeram singula uerba, suppeditan
rum argumentorum,nouæq; doctrinæ materia

OPVS PSALMORVM LEG
tem,quæ nam obseruare decer
Cap. XXX.

CAeterùm qui in Psalmis (Deum immort
insigne opus) sese uolet exercere, pro
tanta uarietate argumentorũ, & bre
quidem expositorum exploranda, omnes ing
neruos intendat necessum est. Cõplectitur enim
Psalmorũ,quemadmodum rectè ait Augustinus
generis doctrinam,ex lege,ex historijs, ex pr
ex prouerbijs, deniq; ex omni sacrorum scrip
penu:ut quicquid alibi præclarè dictum est,
hic uideatur: atq; unus hic liber iusta quædam
sacrorum librorum Epitome agnosci possit. Q
ca qui hunc legit,omnes legit: & qui hunc m
ter intelligit,stratã apertamq; habet uiam, q
telligendos reliquos ingrediatur. Cæterùm e
quæ meritò ad percipiendã Psalmorũ intelli
accõmoda hoc loco dicerẽtur, paucula adnec

Obseruatio I.

Lucis non parùm adferet, diligenter cons

Psalmorum inscriptio. Quædã aũt inscriptiones solos exprimunt authores, nempe Dauidẽ, Solomonem, Asaph, Idithũ, filios Coræ, haud scio an præterea alios: nam diuersos esse authores, è quibus alij scripserint an ætatem Dauidis, alij à reditu ex Babylone (inter quos fortè Aggæus & Zacharias) omnes autem digestos in ordinem ab Ezra, multorum fert opinio. Certè Spiritus sancti esse opus, & ab hominibus Spiritu sancto afflatis exaratum, nemo ambigit. Et sicubi nomen autoris nõ præfigitur, eius esse censendos, cuius nomẽ paulo antè legebatur, ab Hilario in prologo, ab Hieronymo in enarratione Psalmi 89 ad Cyprianum presbyterum (nam inter epistolas collocatur) uideo annotatum. Sed hæc res modicè ad intelligendum confert. Quædam uerò inscriptiones constant solis uocibus, uel instrumenta musica, uel modulationum species significantibus: ut Githith, Nechiloth, Michtam, Neginoth, &c. Sed ne hæc quidem momẽtum magnũ afferunt, ad clariorem intelligentiam. Quædam denique inscriptiones historiam continent, ueluti ad Psalmum tertium legimus: Dauidis, cum fugeret Absolonem filium suum. Psalmum 7 editum uidemus ob negotium Husai, filij Iemini. Alium legimus: Dauidis, cũ mutaret uultum suum coram Abimelech. Alium, cum uenit Nathan, post peccatum cõmissum cum Bathsabea. Ex his autem inscriptionibus adminiculum quod ad percipiendam sententiarum uim capitur. Quamuis de his ipsis Psalmis rectè quoque monuit Ambrosius, in præfatione ad Psalmum 119, non idcirco

corporaliter eos intelligendos, quia corpor-
tiorũ significatio antefertur: quim potius
ſpiritualem intelligentiã ſub rerũ geſtarũ
tione ſectari. Quod quomodo fiat, ex quib-
mentarijs in Pſalmos cõſcriptis, quales ſunt
& Arnobij, cognoſci poteſt. Neq; noſtri
de hac re in præſenti plenius agere. Tyro
ſe habẽt, ultra ſimplicẽ & apertã ſentẽtia

Obſeruatio II.

Plurimùm autem conducunt ad aperie-
morum germanam ſententiam, argumenta
lis Pſalmis adiũcta à religioſiſſimis ac doct-
buſdam uiris conſpicimus. Athanaſius pe-
libellum dedit, in quo uſum & finem quo
Pſalmorum compendioſe monſtrauit. Poſ-
ſtra memoria quidam argumẽta multo u-
hibuerunt, quæ uel ſola, ei qui in lectione
uolet proficere, commentarij uice eſſe qu-
mendantur præ cæteris, quæ congeſta à G-
iore, multorum teruntur manibus. Cæter-
utcunq; leuaremus Theologiæ candidatos
quo, conati ſumus Pſalmorum argumenta
quandam ſummam, & tanquam in tabula
contrahere. Pſalmi igitur omnes ad ſex
claſſes appoſitè rediguntur.

Quidam ſunt ſimpliciter didactici, &
qui uidelicet docent, quid iuxta legem ac
Dei ſit expetendum uel fugiendum: comm-
tutes, damnant uitia, ac de finibus bonorum

per disserũt. Cuius generis sunt, 1.11.14.15.32.36.49.50.
51.62.73.77.78.84.90.99.101.119.127.130.131.133.134.

Quidam cõtinẽt oracula & prædictiones, de Christo, de Ecclesia, de diuerso Ecclesiæ & sanctorum statu, de persecutionibus, & in his piorum liberatione, impiorum uerò interitu. Huc pertinent Psalmi 2.8.9.
14.16.19.21.22.24.29.40.41.45. 47. 53. 59. 67. 68.72.
87.89.93.95.96.97.98.100.109.110.113.117.145.

Quidam sunt precatorij, in quibus nimirum propheta uel sancti quicunque implorant Dei misericordiam, petunt remitti peccata, liberari à periculis, Ecclesiam conseruari. Tales sunt 3.5.6.7.10.12.13.17.20.
25.26.28.31.35.38.39.42.43.44.51.54.55.56.57.59.61.63.
64. 69.70. 71.74.79. 80.81.83. 85.86. 88.94. 102.119.
120.123.130.132.137.140.141.142.143.

Alij sunt consolatorij, concionantes de patientia, de expectanda certa piorum liberatione, de promißionibus, bonitate, iusticia, iudicio Dei, de impiorum secuturo excidio. Ad hunc ordinem refer Psalmos, 4.31.37.
49.52.58.75.77.82.84.91.92.112.119.121.128.

Nonnulli sunt σὺχαριστικοὶ, quibus uidelicet post liberationem piorum è uarijs periculis, post attritos hostes impios, post accepta beneficia, & auersa mala, gratiantur Deo gratiæ. Horum nõ paruus est numerus:
23.27.30.31.33.34.46.48.60.65.66. 76.103 104.105.
106. 107.108. 111. 114. 115. 116.118.119.122.124.125.126.
129.135.136.138.139.144.145.146.147.148.149.150.

Postremò aliqui sunt mixti, quandoquidem conant partim precationibus, partim consolationibus,

partim gratiarum actionibus, partim prædi
partim deniq; doctrina atq; exhortationibu
indicauimus nonnullos, utpote quorum num
deas ad diuersos ordines haberi adscriptos, ut
ria in illis comprehensa poscere uidebatur. Sc
tem hi, 14. 31. 39. 51. 77. 84. 119. 130. Tantum de
rum argumentis.

Obseruatio III.

Præcipua autem opera in id poni debet, ut
rum partes scitè distribuas. Quod quidē han
is efficiet negotio, qui, quemadmodum supra
nuimus, obseruare assueuerit artificium Dial
& Rhetoricum. Quamuis eo maior quoq;
in Psalmorum lectione requiritur, quo plus
non ex Dialecticorū argutijs, uel Rhetorum
modò, uerumetiā ex poetarum felici uberta
admixtum nouimus. Scatent enim Psalmi omn
ris elegantijs. siquidem nusquam adfectus, pr
uehementes, mouentur crebrius: nusquā frequ
res personarum loquentium mutationes, nusq
plificationes, uel extenuationes magis appos
quam tanta in figuris sermonis uarietas atq;
nusquā proprias Theologiæ phrases obseruar
cōmodius: deniq; nullum scripti genus extat p
ctatū ornatu, acrimonia, maiestate: ut prosecū
reat, omnes tā uerborum q̄ rerum Theologic
pes, in unum Psalmorū opus, tanquā prædium
dā thesaurū, à Spiritu sancto cōgestas. Ergo c
men Psalmorū ab omnibus quidem Theologis

lentibus,& quasi quotidie,& magna cum diligentia legendum:quod tamen non nisi ij intelligent,qui artificium omne dicendi,& scripturarum cõsuetudinem, locosq; Theologiæ præcipuos probè tenuerint.Habebunt sanè tyrones illud frequenter in manibus:nec dubium quin in eo aliquid cõsequentur. sed ad mysteria pertingere non prius dabitur,quàm paulo altius in rebus sacris progressi fuerint.

Obseruatio IIII.

Nihil erit pio lectori uel prius,uel posterius,quàm ut (quod nusquã non factum oportet) ubiq; adnotet, quod ad doctrinã, hoc est, ad dogmata,uel redargutionem,uel correctionẽ,uel institutionem, uel cõsolationem Ecclesiæ,aut suæ priuatim cõscientiæ,aptũ iudicauerit. Faciet uerò istud dexterrimè,qui adfectus suos accõmodare,tẽperare,inflectere didicerit,ad eorum adfectus qui in Psalmis ipsi loquũtur. Si quis deplorat in Psalmis sua peccata,ac petit à Deo ueniã:cogitet lector,suum quoq; ibi agi negotium: hoc est,sua ipse peccata pariter deploret, reũ se corã Deo sistat, misericordiam studeat impetrare. Si quis psalmographus agit pro acceptis beneficijs gratias:eũm oportet adfectũ induas, atq; legas tanquã beneficia in te quoque collata agnoscens,& gratitudinis erga Deum significationem quandam dare ipse cupiens. Atque ita de alijs iudicandum. Frigidè & modico cum fructu in alieno uersatur scripto,qui animi sui sensum ac motus ad scriptoris mentẽ atq; adfectionẽ quoad eius licet nõ impellit. Vidimus aliquando,qui poetã enarra-

bant cruentum aliquod bellum describentem ce, uultu, aliqua ex parte membrorum motu tos, quasi classicum ipsi ad pugnã canerẽt, dio armorum strepitu iactarentur: eaq; res animos incredibili quadam ratione cum exc permouebat, tum ad pleniorem intelligentia cebat. Pari igitur studio, alacritate, diligentia nia, cum decet esse præditum, qui ad concion pheticarum, in primis Psalmorum abdita sc trare desiderat. Aptæ ac moderatæ animor ctiones, calcar nonnunquam addunt: quinetia ceptoris seu commentarij instar existunt.

IN LIBRIS QVI CONTIN gnomas & conciones disputatorias facto opus sit. Cap. XXXI.

SVnt libri, in quibus neq; historiæ, neq; c uel uaticinia prophetica, neque Psalm henduntur: sed argutæ ac breues senten de eruditæ disputationes: dignissimæ autem, g mnibus, etiam philosophia humana egregie u legantur & cognoscãtur. Intelligo autem libr uerbiorum, Ecclesiastæ, Hiob, & si qui simile de his & paucula, & dilucidè.

Obseruatio I.

In Prouerbijs Solomonis admodum uaria expetendis fugiendisq; traduntur: quamobre cura esto, obseruare quousq; compingantur s ad eundem locum communem, siue ad idem mentum pertinentes, atq; ubi noui argumen

tur oratio. Posteaquam hoc pacto sententias ueluti in certa capita distinxeris: proximum est dispicias, ad quem propriè locum cõmunem referantur, adnotando: hic agi de Dei prouidẽtia, ibi de gratitudine, de labore, de institutione liberorũ, de œconomia, & cura rei familiaris: hic contra scortationem, ibi contra cõtentiones, contra ebrietatẽ, ac turpes uoluptates. Hæc ubi perfecta: prudenter obseruabit lector, quæ conducant ad res sacras, ac religioni adiunctas, quæ ad negocia ciuilia: tum ex ijs quæ sacris seruiunt, decernet, alias conuenire legi, alias Euangelio: alias item fidei, alias charitati, alias spei, atq; ita deinceps. Ex ijs autem quæ ciuilibus annumerantur, alia de re domestica, de familia, deq; priuatis negotijs: alia de Republica, de magistratibus, de publicis negotijs accipientur. Sed quis recẽseat discrimina omnia? Nullæ sunt locorũ cõmuniũ species in philosophia, seu diuina, seu humana, quibus non accommodantur pleraq; ex Prouerbiorũ opere. Perutile autem fuerit cum Solomonis gnomis accuratè conferre, si quid ab alijs scriptoribus, etiam prophanis, rectè usquam in eãdem sentẽtiam dictum, atq; literis mandatum sit.

Obseruatio II.

Ecclesiastes & liber Hiob, præter crebras sententias, quibus abundãt, exhibẽt iustas & insignes disputationes, quibus pares in libris philosophorum nõ inuenias. Quamobrẽ præ cæteris profecturos sese in his spererent, qui post philosophorũ placita degustata, ad horũ lectionẽ properabunt. Ecclesiastes aũt disputa-

tionem habet de summo bono, quod definit ef-
ctionẽ cum Deo, atq; perpetuã Dei fruitionem
circa confutat ante omnia, & primo statim cap
qui summum bonum posuerunt in scientia. Se
ac tertio capitibus, eos qui summum bonum co
in uoluptate. Quarto, qui in honoribus. In quo
pitis progressu, & sexto, eos qui in diuitijs. Co
tribus bonorum generibus, animi inquam, corp
fortunæ differit, deq; contrarijs malis, & quo
horum usus, necnõ quomodo præcipuè à pru
Dei res nostræ omnes pendeãt, luculenter doce
ad finẽ usq; libri, de uita piè ac iustè transigen
tandem Deo cõiungamur, fœlicitateq; fruam
na, cõcionatur. His ita perceptis: partes pruden
parare, hinc obiectiones, inde dilutiones disp
formulas argumentationũ deprehendere: qu
sona Ecclesiastæ, quæ in persona aduersariorum
sum opinantium pronuncientur, discernere no
operosum. Cætera industriam propè nullã req
Nam regulæ generales antè à nobis exposita
ti plurimũ ubiq; adferunt. Canticum Solom
bræi ueteres, ne quis uerborum illecebris tũm
turpes cogitatione complecteretur, legi à iun
uetuerunt. Quisquis autem uolet pede ingred
currere, eum oportet mente in res spirituales
defixa, omnia de uehementi amore, quo Chri
ram suam sponsam Ecclesiam, propter quam
factus est, atq; perpessus plurima, cautè inter
necnon ex ijs quæ dici possent de sponso, spon

ardenti adfectu carnali depereunte & expetente, col ligere, quomodo multo ardentius Christus, non carna lis, sed uerè spiritualis homo, suam depereat spiritualem sponsam Ecclesiam. Totum reuera hoc scriptum, quantum est, in perpetua allegoria consumitur: ac sanctæ Ecclesiæ Dei dignitatem, beneficia à Christo accepta, dona, diuersa officia, ac uarios successus artificio incredibili depingit.

Obseruatio III.

De opere Hiob, quorsum attinet multis agere? Legisse apud quosdã scriptores memini, in Vlysse p Homerum describi omnes perfecti & sapientis uiri uirtutes. Et rectè quidẽ, nec reprehẽdo. Sed me puto multo rectius posse dicere, in uno Hiob omnes uiri perfecti & sapientis planè heroicas uirtutes elucere. Præcipuè aũt mõstrat is liber, quomodo nõ decẽ modò annos iactati terrâq; mariq;, sed per omnem adeò uitam in quibuscunq; aduersitatib. nixi fide ac spe in Deũ, magno animo patientes persistamus, atq; in patiẽtia nostras possideamus animas. Diuiditur aũt opus uniuersum in tres partes: quarum prima, describitur beati Hiob, uiri iusti et pfecti, inopinata admirãdaq; adflictio. Secũda, de causis tantæ adflictionis, atq; mirabili hac in parte Dei iudicio, disputatio bene lõga instituitur, protracta nimirũ à cap. 4. ad 38 usq;, ubi Dominus ipse cõtrouersiã dirimit, æquã ferens de utriusq; partis disceptationib. sentẽtiã. Tertia, exponitur fœlix duũ adflicti Hiob restitutio, lætusq; exitus, ca. ult. Graues aũtẽ atq; difficiles loci Theologici in disputatione illa

ne illa plures excutiuntur: ueluti de ui peccati
sine exceptione homines obruentis: de peccati
in nobis, atq; pœnis: de tentationibus utiliter
missis: de pœnitudine ac resipiscentia: de eo qu
boni in hoc mũdo premuntur calamitatibus:
fidendum secundis successibus: de prouidentia
Dei: de sapientia, iusticia, & potentia Dei. In to
cipuos locos decet lectores toto intentos esse
qui fructum referre gestiunt. Incidunt nonnu
ex elementis philosophiæ naturalis, cuius appo
scos fuisse apprimè studiosos, intelligentur cer
plenius. Cum aũt illa ipsa ad demõstrandã amp
damq; Dei potentiã, bonitatem, iusticiã, sapien
comparata, discunt hinc eruditi & pij omnes,
tione Physicorum placita, atq; horum genuin
in Christianorum scholis tradi oporteat. Rel
communibus obseruationibus fient peruia.

DE LEGENDIS LIBRI Euangelistarum. Cap. XXXII.

EVangelistarũ libri nisi extarent, quemad
demptionis & restitutionis nostræ neg
confectũ, prorsus ignoraremus. Cõprehe
tur aũt ijs libris pariter, ut res gestæ, ita doctri
que, siue conciones Seruatoris nostri Iesu Chri
de sinu Patris ad nos descendit, ut ueritatẽ om
nius quàm in lege aut prophetis fuerat man
enarraret. Ex quo sanè quiuis statim intelligi
tantam requiri in horum librorum lectione

quanta legi uel prophetis non impenditur. Quãobrẽ quæ ad libros historicos, neq; non ad prophetas percipiendos diximus cõducere: eadem, qui assequi uolet scripta Euangelistarũ, sibi necessaria obseruandáq; existimabit. Imò uerò cum maxima uisatur in Euangelijs rerum uarietas (occurrũt enim subtiles disputationes, occurrunt graues cõfutationes, seu reprehensiones, occurrũt dulces cõsolationes, occurrunt diræ cõminationes: occurrunt eruditæ in genere didascalico interpretationes, obscurorum in lege & prophetis locorum: denique occurrunt ex omni genere concionum Theologicarũ diuersi loci, ac diuersa argumẽta acutissimè tractata:) profectò quæcunq; de libris ueteris Testamenti dicta sunt, ea omnia uolumini Euãgeliorũ accõmodari atq; aptari debẽt. Cæterùm quãdo ne hæc quidẽ sufficiũt, operæpreciũ est pauca alia adijciamus.

Obseruatio I.

Qui Euangelistam aliquẽ legit, cautè conferet quæ de eadem re, quæ in manibus est, cæteri quoq; Euangelistæ memorant. Siquidem fit nonnunquam, ut unus Euangelista aliquid prætermittere, ueluti circunstantiam, aut simile quippiam: alius uerò aliquid superaddere uideatur. Quod exemplo testatum faciemus. Historiam transformationis Christi describunt Luc. ca. 9. & Marcus cap. 9. & Matt. 17. Lucas autem ait: Et facta est, dum oraret, species uultus eius alia. Marcus uerò de immutatione uultus Christi mentionem non facit: sed satis esse putat simpliciter dixisse, Christum in conspectu discipulorum transformatum. Cæterùm

cum

cum Lucas non exprimat, quomodo mutata fu-
sti facies: discendum id est ex Matthæo, qui ait:
duit facies eius sicut sol. De uestimentis autem
scribit idem: Vestimenta illius facta sunt candi-
lumen. Marcus uerò: Vestimenta illius facta
dida, candida ualde ueluti nix, quàm candida
re potest fullo super terrã. Lucas deniq; com-
dit utrumque: Vestitus eius candidus, inquit,
gens. Porrò unus quispiam Euangelistarum
doque refert historiam, quam nemo attingit
si quis præterea alius, non tamen conscribun
mnes. Ioannes illam de transformatione
similiter nonnulla à tempore cœnæ ad ingre
in hortum trans torrentem Kedron: quod
quoq; D. Augustinus in Euangelium Ioannis
tu siue sermone 112. At idem Ioannes solus
atque admirabilem illam concionem Christi
habitam, diffusè describit: solus recitat histo
qui 28 annos morbo adfectus, ad Probaticam
decubuit. Tanta uerò authoritas est Euange-
cti, inquit Augustinus sermone 140, quem in
schalibus habuit, ut quia in eis loquebatur
nus, uerum sit etiam quod dixerit Euange
Interdum uerò unus sine additione, uel detr
planè idem narrat quod alius: alter tamen
quitur euidentius, ac uerba magis idonea
xempla sunt passim in conspectu posita. Ipsi
gitur collatio, quãdo plus lucis quàm credi
peditat: et siue in rebus ipsis, siue in uerbis

mutatio, nunquam sine commoditate abit ea diligentia: meritò admonẽdos candidos lectores censui. Quò autem commodius collatio talis fieret, Eusebius elegãtes concinnauit Canones, qui certò monstrant, quid Euangelistæ singuli, uel soli, uel cum alijs de re quacunq; retulerint. Quamuis non mediocriter etiã adiuuant, quas ad marginem librorum adscriptas uidemus, uulgo uocatæ concordantiæ.

Obseruatio II.

Interea uerò, tametsi Euangelistæ in quibusdam narrationibus non concordant per omnia: minimè tamen suspicaberis eos loqui contraria, aut inter se dissentire: quin potius de apta cõciliatione eris solicitus. Ex illa ipsa historia trãsformationis Christi corã trib. discipulis factæ, exemplũ instituto accõmodum sumẽ potest. Inter Matthæũ et Marcũ conuenit: dicunt nãque Christũ post dies sex adduxisse discipulos in montẽ. Atqui Lucas ait: Factũ est post hæc uerba, diebus fere octo, assumpsit Petrũ & Ioannem & Iacobũ. Quid igitur? dissentiũntne? Minimè. Conciliantur autem hi loci nullo negotio: tum quòd Lucas dicat, non simpliciter octo, sed ferè octo: tum quòd per synecdochẽ par aliquotã diei præcedentis, & rursus partẽ aliquotã sequentis comprehendit, atq; duas has portiones à sex diebus secludit. Obseruationẽ perutilem ad conciliandas Euangelistarum narrationes ex Epiphanio recuperauimus, quũ de cõsuetudine scripturarũ in exemplis impijs & impijs uerba faciebamus. Sed à nemine plura et certiora sunt hũc ad finẽ digesta, quàm à D. Augustino,

gustino, in nobili illo opere, de cõsensu Euãgelis

Obseruatio III.

Sed & illud par est adijciamus. Si Euangelis
easdem res referunt, alicubi in circumstantiar
plicatione uidentur sic dissidere, ut cõciliatione
cogitare haud posßimus: non tamen propterea
bimus euangelicorum scriptorum dignitati q
derogatũ, multo minus de ueritate ac certitud
rundem dubitabimus. Præstat autem, quomodo
sostomus obseruationem hanc exponat audire,
ut aliquid ipse cõmenter. Sic igitur homilia
thæum ait: Non sufficiebat unus Euangelist
memorare? Sufficiebat quidem, sed cum q
sint qui Euangelia cõscribant, nec issdem temp
nec in eisdem locis, neq; pariter congregati, &
se cõferentes, & tamen quasi uno ore omnia
ciant: fit hoc sine dubio, ueritatis grande ind
rùm è contrario, inquis, ista res accidit: im
dißidere redarguũtur. Immò hoc ipsum maxi
testimonium ueritatis. Si enim ad unguem in
consonarent, etiã usq; ad tempora ac locá, ipsa
uerba: nemo inimicus credidisset unquam, eo
muni ad decipiendum consilio congregatos, q
humana quadam conspiratione Euangelium
disse. Non enim simplicitatis fuisse tam solicit
nantiam iudicarent. Nunc uerò quæ uidetur
exiguis dissonantia, ab omni illos suspicione
& satis clarè scribentium existimationẽ tuetu
rò aliquid de temporibus ac locis uariè dixer

hil quidem dictorum obest ueritati. Sed tamen & hæc prout donauerit Deus, progredientes declarare tentabimus: illud post hæc quæ diximus postulantes, ut diligenter notetis, quòd in illis principalibus causßis, in quibus & uita nostra, & prædicationis summa consistit, cõsentiunt, neq; quisquam illorum uspiam uel tantillum discrepare inuenitur. Quæ uerò ista sunt? Nempe, quòd Deus homo factus sit, quòd mirabilia operatus, quòd crucifixus, quòd sepultus sit, quòd resurrexerit, quòd ascenderit in cœlum, quòd iudicaturus sit, quòd salutaria præcepta dederit, quòd non contrariã legem intulerit priori, quòd filius, quòd unigenitus, quòd germanus et uerus, quia eiusdem cum patre substantiæ, & quæcunq; sunt talia. In his quippe omnibus maximam illorum inueniemus esse concordiam. Si uerò in miraculis non omnes omnia dixerũt, sed hic quidem illa, alter uerò alia narrauit, nihil te omnino conturbet. Nam si unus uniuersa dixisset, superfluus iam fuisset numerus cæterorum: sin uaria omnes inter se scripsissent, ac noua omnia, nullum potuisset cõuenientia apparere documentum. unde simul omnia arguta fuissent mendacij. Hactenus ille. Visum fuit admonere, partim ne pij adolescentes supra modum se fatigarẽt in peruestigandis conciliationibus: partim, ne cum res pro uoto non succederet, ipsos libros sacros inciperẽt subpendere.

Obseruatio IIII.

Habet hoc plurimum ponderis, quòd Euangelistæ, res à Christo gestas dum exponunt, in more habent,

ad comprobandum eum esse semen benedictum
Messiam patribus olim promissum, atq; per pro
tas multis antè seculis prænunciatum: promissio
que uaticinia prophetarum adscribere, & in m
riam reducere. Ita Matthæus, posteaquam capit
mo retulisset uerba angeli testantis de uirgine
concepisset uirtute Spiritus sancti, atq; illã pari
filium, qui saluũ faceret populum à peccatis su
tim adijcit ex Iesaiæ 7. Porrò totum hoc factum
perficeretur quod dictum fuerat à Domino per
phetam, ita loquentem: Ecce uirgo erit prægn
pariet filium, & uocabunt nomen eius Imman
pite 2. profertur uaticiniũ Micheæ, quo demõs
diu antè prædictũ fuisse, Christum nasciturũ in
lehem: Et tu Bethlehem terra Iudææ, nequaqua
ma es inter principes Iuda. ex te enim mihi pro
rus est Dux, gubernaturus populũ meum Isra
cap. ex Osea, Ieremia, prædictiones aliæ simili
sa attexuntur. Sed nullũ ferè caput extat in libr
gelicis, quod nõ aliqua prophetarũ testimonia
dium adducat. Iccirco autẽ obseruãda est hæc
listarum diligentia: simul quo fidẽ nostrã de Chr
in Christum conceptã, animisq; semel imprim
niamus, simul quo nobis in promptu sit instru
quo Iudæos, aliosq; Christiani nominis hostes
mus tempestiuè confutare. Chrysostomus in
sum, partim ex Euangelistis, partim ex Prop
brum eruditum emisit in lucem, inscriptum, A
gentiles demonstratio quòd Christus sit Deus.

Obseruatio V.

Quando autẽ Euãgelistæ uaticinia uel testimonia illa ex ueteri testamento accersunt, dispicere conuenit, an eorundem tantùm referant sententiam, an etiã & uerba: & si uerba, an iuxta ueritatẽ Hebraicã, an ex editione LXX interpretum. quod etiam in uniuersis noui Testamenti libris ex æquo fieri oportet. Apostolus ad Galatas tertio ait: Scriptum est, Execrabilis omnis qui pendet in ligno. Quod tamẽ Deuteronomij uigesimoprimo, unde sumptũ est, nequaquã ad uerbũ legitur, tametsi perspicua interim est sentẽtia. Rursus codẽ capite refert Apostolus ex Leuitici decimooctauo: Qui fecerit ea homo, uiuet in ipsis. quæ ad uerbum ipse transtulit. Solent aũt uerbũ uerbo reddere Euãgelistæ, siue Apostoli, quãdo argumẽti siue probationis præcipua uis in uerbis quibusdã sita est. Veluti cum Apostolus ad Romanos decimoquinto adducit ex secundi Samuelis 22: Propter hoc cõfitebor tibi in gentibus, & nomini tuo canã. Iterum ex Psalmo: Gaudete gentes cum populo eius. Et rursus ex Ps. 117. Laudate Dominum oẽs gentes. Item Christus in Euãgelio: Dixit Dominꝰ Domino meo, sede ad dextrã meã. Quibus sanè locis ducuntur argumentationes ex certis uocibus, nempe gentium, & Domini. Apostolus namq; probat atq; reuincit, nõ Iudæos modò, sed gentes quoque promissionum Euangelicarum debere esse iuxta ueterum uaticinia participes: Christus uerò demonstrat se diuina natura esse præditum, atq; patri per omnia æqualem. Cæterum ubi nequaquam colligitur

ratiocinatio ex una aliqua uoce, ibi Apostoli q
gelistæ satis ducunt de diuinorum oraculorum
tia redintegrare memoriam. Itaq; ut ritè ex
quantum ponderis argumentationes quæ ubi
ad causſam aliquam confirmandam, habeant
ſubinde aduertere, ad uerbum ne, an ad ſenſu
teſtimonia è ueteri inſtrumento proferantur.
fert inſuper nonnihil, an Hebraica ueritas pr
in medium, an LXX interpretum authorita
namq; eſt, illam ſemper anteponendam, nec
menti plurimùm adferre. Quocirca ubi plerq
diores atq; ex uerbis ſumptæ argumentation
xuntur, ibi ueritatis Hebraicæ prima cura eſ
pè uerò Apoſtoli translationem LXX uſur
Quamuis nominatim de Matthæo teſtatur
in eius uita, quòd ubicunq; ſiue ex perſona ſu
perſona Domini ſaluatoris, ueteris Scriptur
nijs utitur, non ſequatur LXX interpretum
tatem, ſed Hebraicam. Equidem Apoſtolos
luiſſe accõmodare ſe ijs, ad quos ſcribebant
thæum, cum Hebraicè, & ad Hebræum pop
pſerit, de Hebræo exemplari libenter mutu
monia: cæteros uerò Euangeliſtas & Apoſtol
pſerint ad gentiles, ex ijs libris citaſſe firma
uidebãt gentiliũ manib. paſſim teri. hi aũt e
interpretũ. Sciendũ aũt, quod ad pronunci
pturis, ad uerbũ uel ad ſententiã proferend
à nobis idem quod ab Apoſtolis & Euange
dicimus poſſe fieri: nõ tamen ſemper, nec q

Etenim si de uoce quapiam controuertitur, uel ea occurrit cui magna inest uis atq; emphasis, ut inde etiã argumentatio ualida, & in caussa quæ tractatur efficax, duci queat: hic profectò nõ temerè aliquid immutabitur, sed singulæ uoces accuratè expendentur, maximè uerò si aduersus hæreticos susceptum sit certamen. Vbi autem nequaquam incidit huiusmodi occasio, neq; de re admodũ ardua disceptatur, perfunctus ille suo fuerit officio, qui genuinam sententiam perspicue & uerbis non improprijs expresserit.

Obseruatio VI.

Prudenter distinguenda esse miracula siue signa Christi, ab eiusdẽ doctrina & cõcionibus, atq; illa plurimum subsequi ueluti ad doctrinæ antecedentis comprobationẽ, notius est quàm ut explicari plenius debeat. Admonuit quoq; Augustinus libro de uerbis Domini secundũ Ioannẽ, sermone 44. signa quæ Christus edidit corporaliter, debere etiã spiritualiter intelligi: atque quæ in corporibus peracta sunt, ad animas esse transferenda. Neq; enim tantũ miracula faciebat, inquit, propter miracula: sed ut illa quæ faciebat, mira essent uidẽtibus, uera essent intelligentib. Quibus uerbis Augustinus innuit, quærendas esse aliquãdo interpretationes allegoricas. Atqui nos tyronẽ hac in parte laboribus parcere malumus, ab eo id impetratũ maximè cupientes, ut quod longè præstabilius est, auidè cõsectetur: hoc est, ut quæ ad roborandã fidẽ de diuina & humana natura in Christo, & remissione peccatorũ propter eundẽ accipiẽda (ad quæ duo capita Euange-

liſtæ omnia ſua dirigunt) deinde ad explicationem
ficiorum charitatis, ad uitam piè ſanctéq; inſtitu
conducunt, ea animo atq; oculis deſignare, & c
pere hinc inde laboret.

OBSERVATIONES NONNVLL
introducentes ad lectionem Paulinarum Epiſtolarum. Cap. XXXIII.

DIſſimulari non poteſt, uerum eſſe quod
Petrus de Pauli dixit Epiſtolis: Nonnul
cilia intellectu in ijs cõtineri, quæ indoc
rumq; firmi detorquent, ſicut & cæteras ſcrip
ad ſuã ipſorum perniciem. Quocirca de ration
di atq; intelligendi eas epiſtolas, nos meritò p
adnotaremus: ſed quãdo præſens locus, ut id p
faciamus, nõ patitur, libet pro multis pauca ſub
Extant ſanè plurimi tam ueterum q̃ recentiorum
eaſdem cõmentarij, & quidam nõ minus brev
lucidi: itaq; cõſultum ego exiſtimarim, ſi pius ty
de multis ſibi cõparet, cuius manu apprehenſo,
nitiores partes, intimosq; receſſus deducatur.
eo dico libentius, quo magis neceſſariũ eſt, ut q
ſeriò Theologicari deſiderãt, plus in his epiſtol
alijs ſeu ueteris ſeu noui inſtrumenti libris occ
Quumq; ſeſe exercere debeãt in omnib. epiſtol
berrimè: tamẽ omnium diligentiſſimè in gra
Rom. quã, quoniã grauiſſimos locos, adcoq; m
uniuerſæ propemodum Theologiæ complectun
nes Theologiæ candidatos decebat tanquam

proprios tene
quæ ad introd
uiter exponam

A' breuiori
ti ſemel à nob
aſſuefies Pauli
bet (ſicut ſolent
tamen cum phr
munis præcept
inde in iſſdem e
quas accipitur
ſenſus: ſed quæ
xius excutitur.

Prodeſt qu
editaq; probab
ex ipſius Apoſt
commentarijs
Ante omnes
ſes, cum Athen
Hinc, prior
Phrygiæ Pacat
Quarto lo
ſo, ubi 3. annos
Quinto, ill
ſtor. 20. nonnu
Sexto, poſte
i. c. Act. 20.

proprios tenere, ediſcereq;. Sed his omißis, præſtat quæ ad introductionem arbitramur cõducibilia, breuiter exponamus.

Obſeruatio I.

A' breuioribus et facilioribus epiſtolis fieri uelim, ti ſemel à nobis dictum, legendi initium. In his enim aſſuefies Paulino ſtylo atq; phraſibus, quas multas habet (ſicut ſolent quicunq; ſcriptores) proprias: omnes tamen cum phraſibus legis & prophetarum, atq; cõmunis præceptoris Chriſti, pulchrè conſentientes. Deinde in iiſdem epiſtolis quaſi iſagoge quædam ad reliquas accipitur. Mirabilis eſt in omnibus doctrinæ cõſenſus: ſed quæ in una ſuccinctius, eadem in alia prolixius excutitur.

Obſeruatio II.

Prodeſt quaſdã legere eo ordine, quo conſcriptas editasq; probabile eſt. Hoc aũt ordine, quantũ partim ex ipſius Apoſtoli uerbis, partim ex ſanctorum patrũ commentarijs potui colligere, ſcriptas exiſtimo.

Ante omnes alias editæ ſunt duæ ad Theſſalonicenſes, cum Athenis ageret: Act. 17.

Hinc, prior ad Timotheum, apud Laodiceam, quæ Phrygiæ Pacatianæ eſt metropolis: Act. 18.

Quarto loco ſcripta eſt prior ad Corin. ex Epheſo, ubi 3. annos propè integros docuit: Act. 19. 1. Cor. 16.

Quinto, illa ad Titum, ex Nicopoli Macedoniæ: Actor. 20. nonnullis placet, ex Epheſo.

Sexto, poſterior ad Corinthios, Philippis Macedoniæ: Act. 20.

Septimo, nobilis illa ad Rom. cõdita est Co
in Achaia, paucis antè dieb. quàm Hieroſolymis
ciſceretur: Act. 20. Rom. 16. In uniuerſum ſcripſ
captiuitatẽ, ſunt numero ſeptẽ. Iam Romæ agen
pſit has, atq; hoc quidem, ut credimus, ordine.
Primò, epiſtolam ad Philippenſes.
2. ad Coloſſenſes. 3. ad Philemonem.
4. ad Epheſios. 5. poſteriorem ad Timo
6. ad Galatas.
7. ſiue Romæ, ſiue alibi agens in Italia, ad Hebr
tamen hanc inter Paulinas numeramus.

Rationes, quibus adducimur ad hunc ordin
tuendũ, longũ foret in præſenti explicare, &
ſuperuacaneum: itaq; alio in Opere opportun
diffuſius id à nobis factũ eſt. Quiſquis aũt hoc
epiſtolas eas legerit, atq; interea aduertet, tum
Apoſtolorũ, tum ex ipſis Epiſtolis, quantũ ſi
ubi egerit Apoſtolus, quo in ſtatu res eius fuer
ſcriberet: præterea, ſiue ex Epiſtolarũ ſerie, ſiu
de, quis ſtatus eccleſiarũ ad quas ſcribebat, d
eſt, quin ex hac ſedulitate deprehẽſurus ſit, ſi
dicã lucẽ accedere, omniaq; ſtatim multo qua
faciliora apparebũt. Dignũ obſeruatu, quod
prima in epiſtolã ad Coloſs. adnotauit Chryſ
epiſtolas è uinculis miſſas, neſcio quid conti
plioris gratiæ. Et reuera, qui intentè conſider
niet doctrinã grauẽ: adfectus uerò, mirabilẽ
charitatis ſpirãtes ardorẽ. Quod et hinc fact
dit. Nam in uinculis, inquit, quaſi ſi quis glori

licæ præcellens, inter medias hominũ strages & tro-
phæa cõsistat, illinatq; epistolis quæ uult mandata: sic
sanè faciebat hic beatus Apostolus. Nouerat planè,
quantũ momẽti ea res esset allatura. Quare Philemo-
ni scribẽs, ita loquitur: Quem genui in uinculis meis.

Obseruatio III.

Cum autẽ appellentur Epistolæ, & sint: nemo non
intelligit, epistolarum decorum in ijs spectari debere.
Omnis quidem generis materia rectè epistolis cõmitti
potest: at interim retineri obseruariq; semper decet præ-
cipuas scribendarum epistolarum leges. Itaq; in episto
lis Paulinis inscriptiones seu salutationes in initio, &
comprecationes in fine, interdum cum adiunctis man
datis de rebus familiaribus, oportet prudenter sepa-
rare, ut & cætera epistolis accommodata.

Obseruatio IIII.

Sunt autem, uolenti cum fructu legere Paulinas
epistolas, hæc maxima cura obseruanda.

Primùm, ad quos epistola mittatur, & qui nam po
puli, quibus ue morib. fuerint. quod modò ex ipsis epi
stolis, modò ex geographis cognosci potest. Nonnunq;
uerò ad hominũ, ad quos scribit, ingenia, attemperata
uidetur Apostoli oratio. Hinc factum, quòd ad Roma-
nos rerũ dominos, cernimus grauiter et cum maiesta-
te quadã tractata uniuersa: ad Galatas uerò, tanquam
ad leues & inconstantes, alius est sermonis habitus,
nempe acris & mordens, alicubi etiam perturbatior.

Secundò dispicias, quare scripta, siue quæ scriben-
di occasio oblata fuerit. Hic uerò disquirere oportet,

quis tunc fuerit Eccleſiæ, ad quam epiſtola dat
tus: num quæ controuerſiæ de dogmatibus ibi e
num à pſeudoapoſtolis ſollicitatæ fuerint ad de
nem: num conſtantes in doctrina accepta perſe
uerint: cæteraq; his ſimilia. Colligi autem hæc
ſunt aliunde certius, quàm ex ijs quæ in epiſto
continentur, atq; ex Apoſtoli ſermonibus. Enim
qui legit 1. epiſt. ad Corinth. cap. 1: Significe, um
bi de uobis fratres, quòd contentiones ſint inte
&c. ſtatim animaduertit, Corinthiorũ eccleſiam
labefactari ac diſſipari cœpiſſe ſectis & factio
atq; Apoſtolũ idcirco impulſum ad ſcribẽdũ, qu
dia tempeſtiuè abrumperet, necnon ad concor
reduceret. Poſt aliquantum interuallum addi
ſtolus: Miſit me Chriſtus ut euangelizarem, non
to ſermone, ne inanis reddatur crux Chriſti. Q
co olfacit quiuis, fuiſſe ibi quoſdam inflatos er
ne atq; eloquentia, qui moliebantur in conte
adducere ſimplicitatem docendi, qua Apoſtolus
ſueuerat, adeoq; ipſam Euangelicam doctrinã
ſam, cuius is doctorem ſe profitebatur. In epiſ
Gal. ſtatim in exordio Apoſtolus dicens, Miror
à Chriſto adeò citò transferamini in aliud Eua
non obliquè ſignificat, à ſana doctrina eos de
idq; fraude atq; impoſturis quorundam hypocr
qui ſeſe iactabant ueros eſſe Apoſtolos, atq; prin
Apoſtolorum familiares: Paulum autem cõten
non eſſe uerum Apoſtolum, & nunquam à Chri
catum, nunquam cum reliquis Apoſtolis habu

ſuctu

suetudinem, nunquam de doctrina contulisse. Eodem pacto progrediẽdum in cæteris. Qua enim arte quærimus caussam & occasionem scribendi in epistolis Ciceronianis, uel Plinianis: eadem promptũ est inuenire occasionem scribendi in hisce Paulinis.

Tertio loco obseruabis, quid epistola cõtineat, siue quot sint præcipuæ eius partes. Comprehenduntur autem ferè singulis epistolis graues aliquæ disputationes, interdũ etiã plures: deinde & alij tractantur loci, quos explicari Ecclesiarũ status poscebat. Quamobrem operæ est precium, summa animi contentione in adniti, quo prudenter distinguas ubi disputationis sit initium, ubi eadẽ finem capiat. Deinde, utrum hãc sequatur disputatio alia, & quousq; hæc protrahatur: qui præterea loci subijciantur. Nã incidunt redargutiones falsorum dogmatum, reprehensiones errorum in ritibus, obiurgationes aduersus uitia & corruptos mores. Quarum rerum luculenta exempla in Corinthijs sunt obuia: ueluti ubi doctißimè disputat de resurrectione mortuorum, ubi reprehẽdit ac damnat prophanationem cœnæ Dominicæ, ubi obiurgat litigantes in foro magno cum offendiculo apud iudices infideles. Quinetiam in singulis siue disputationibus siue locis grauioribus inuestigare oportet, ubi sit proposito, ubi confirmatio, ubi confutatio, ubi conclusio. Frequenter namq; uideas capita quædam doctrinæ Christianæ hac methodo per Apostolum explicata. Qui artificij Dialectici & Rhetorici peritus fuerit, is hac in parte aliquid præ cæteris præstabit. Non abs re Sedulius in

lius in Collectaneis ad secundũ caput epistolæ
pronunciat Paulina scripta syllogismis dialec
rhetoricis schematib. abũdare, adeoq; si qs dilig
scrutetur, sicut uina in uitib. messes in semine
in radicib. sic de profundißima abysso excep
catũ piscẽ, q antè humanis oculis minimè appa

Quarto loco, hæc omnia ad eum quẽ dixim
dum ubi fuerint pensitata, facile erit colligere
epistolæ, aut uniuscuiusq; nouæ disputationis
seu propositionem generalem. Status disputati
epistola ad Rom. est: hominem iustificari fide
stum, absq; legis operibus. quem totidem uerbi
stolus ipse cap. 3. reddidit. Epistolæ priori ad C
thios, quandoquidem multæ sunt in ea partes,
test unus præfigi status, sed pro illarũ diuersi
cessum est diuersos quoq; status distingui.

Quinto, prudenter decernas oportet, ad q
nus caussæ, siue potius concionis Theologicæ
caussæ aguntur in foro, at in Ecclesia propriè
cõciones) epistola unaquæq; referatur. Enim
nes sunt didascalici siue dogmatici generis:
posteriore ad Cor. illa ad Philippenses, & br
ad Philemonem. Quarũ prima tota est apolo
ideoq; generis correctorij: Rhetores suo more
iudicialis: secũda, hortatoria: tertia, commẽda
petitoria: quamobrẽ generi institutiuo accens

Sextò atq; ultimo loco distinguentur notis
dam, præcipua doctrinæ Christianæ capita, at
cõmunes Theologici, quotquot in epistola expl

Quæres nõ solùm monstrat scripti multijugem utilitatem: uerumetiam instruit præformatq; animum, ut si quando dicendum sit, habeant studiosi quasi cellaria, unde paratam rerum Theologicarum supellectilem expromant. Hæc ita à nobis adnotata, cùm diligẽtem tum sagacem lectorem reddere queunt.

Obseruatio V.

Est Apostolo familiare, epistolas secare in duas partes principales, quarũ priore ea tradit quæ pertinent ad doctrinã, id est, dogmata fidei: ut de lege, de peccato, de gratia, de hominis iustificatione, de uocatione gentium ad Euãgelium, de abdicatione Iudæorum, de Ecclesia, de præstantia Euangelij præ philosophia humana, de baptismo, de cœna Domini, de resurrectione mortuorum. posteriore uerò exponit, quæ referenda existunt ad institutionẽ, hoc est, præcepta morũ, & uitæ in uera sanctimonia cõformationẽ: ut de obediẽtia erga magistratus, de charitate ac fide cõiugali, de officio dominorum ac seruorum, de hospitalitate, de eleemosyna, &c. Breuiter, in priore parte monstrat Apostolus, quæ sunt fidei: in posteriore, quæ operũ. in priore docet, quomodo homo iustificetur: in posteriore, qualis esse debeat hominis iã iustificati uita: in priore erudit hominem internum, in posteriore externũ, ut totus homo integer atq; perfectus, tam apud Deum q̃ apud homines, & sit & habeatur. De hac nõnihil D. Augustl. lib. de fide & operibus, cap. 7. Et cur Apostoli eum retinuerint in docendo ordinem, hanc reddit rationem. Nisi, inquit, in homine præcedat fides, uita bo

na sequi non poterit. quicquid enim homo uel
ctè fecerit, nisi ad pietatem quæ ad Deum est
tur, rectum dici non oportet.

Obseruatio VI.

Est & hoc aduertendum in Apostolo, quod
quam oratio eius adsurgit paulo altius, atq; su
stolarem mediocritatẽ attollitur. Etenim dicen
ras atq; schemata graui generi orationis apta
adhibet: interdũ quoq; adfectus uehementior
uet, atq; animos nititur ad res maximas cõcitan
que inflammare. Sed scire oportet, Paulum apo
mùm natura fuisse uehementẽ, & ualde serio
terq́; omnib. in negotijs agere solitũ: quod sic
ctis Apostolorum, ita ex ipsius quoq; scriptis
gnoscere. aliquãdo uerò & genus negotij in q
sabatur, aliquã postulasse uehementiã, & con
nem. Hinc igitur fit, quòd ubi tempestiuum
maximeq́; in disputationũ confirmationibus
tationibus, itẽq́; in redargutionibus, acer, insta
mens, urgens cõspiciatur, nusquã uel latum
iure suo decedens, tantisper dũ causam semel
quò cupit deduxerit. Quapropter quod G
Pericle dicere solent, eum fulminare, tonare,
cõmouere Græciã: id nos multo iustius de nos
mus Paulo, qui uerè fulmina & tonitrua sua
ciebat, quæ in uniuersa Asia atq; Europa, imò
be q̃ latè patet, exaudita sunt: & hodie quoq;
uox eius apud nos, per Dei gratiã, magnificum
dã sonat. Hæc autem idcirco à me adnotantur

telligant omnes, se tunc quoq; multa longè clarius intellecturos, cũ acres intentiq; erunt ad omnia: & modò tanquam si inter hostium uibrata tela periclitarẽtur, animo strenui, erectiq;: modò tanquam si in dulcissimorum amicorum consiederent cœtu, blandi & suaues. In summa, uis ad intelligenda Paulina scripta certam tenere uiã: pro negotiorum quæ in illis explicantur qualitate, adfectus Paulinos indue, adeoq; studio ac uoluntate animi in Paulum transformeris, & opinione omnium maius experieris adiumentum.

Obseruatio VII.

Quod de alijs librorum generibus dictum est, de colligendis ijs quæ ad doctrinam seu dogmata, ad redargutiones, ad correctiones, ad exhortationes & cõsolationes pertinent: id in his epistolis maximè obtinere debet. Ingentes enim sunt bonorum spiritualiũ diuitiæ hic repositæ. Alexandro magno opus Homeri, in quo reconditam omnes confitentur insignem literarum humanarum eruditionem, dignum uisum est, referente Plinio lib. 7. cap. 29. ut precioſisſimo scrinio, quod erat auro, gemmis & margaritis ornatum, inter præcipuas Darij opes iudicatum præstare cæteris, seruaretur. at qualibus loculis idem princeps dignum iudicasset nobilisſimum istud opus epistolarum D. Pauli, si, quantum in Homero, tantum in his exerceri ingenium eius contigisset?

Has obseruationes ad lectionem sacrarum scripturarum introducentes, hactenus tradidisse sit satis. Spes habet animum, hanc operam nostram tyronibus, ut perspi-

perſpicuas, nec non ueras ſententias ex ſacris fo-
dum ea attentè legunt, pro captu ſuo queant t-
opis aliquid allaturam. Poſſent, fateor, aliæ obſe-
nes his adiungi: poſſent & à magnæ eruditio-
quopiam longè quàm nos fecimus artificioſius
diuſq; explicari. ſed qui recordabitur propoſi-
ſtrum eſſe, iis tantum qui primùm ad ſublime
philoſophiæ ſtudiũ ſeſe accingunt, labore hoc
conſulere: is hauddubiè intelliget, nos quantũ
in præſenti præſtitiſſe. Neq; interea quenquam
mus hiſce obſeruationib. nimis anxiè inhærere
dammodo ſuperſtitioſè puerilitérq; alligari. N
lis hoc genus obſeruationum ſeu regularum
culis, in conſummatum Theologum nemo
profectò magis, quàm facultatem purè caſtig
di ſermonem Latinum parabit, qui ſolus prae
Grammaticorum didicerit. Enimuero cand
ſtrum decet inſuper occupari multa & diuin
diuinorũ librorum, tum præſtantiſſimorũ
interpretum lectione: adhæc cõtinuis medita
nec non docendi enarrandiq; ad illorum imi
præexercitamentis ingenium excolere, prud
perfectam rerum Theologicarum intelligen
ſcendat. Quibus de rebus alio loco diſſeren
pient ergo ſtudioſi adoleſcentes iſtas obſer
tanquam elementarias quaſdam ad legenda
troductiones, utiles mea quidẽ ſententia, &
neceſſarias, ſed à quibus temporis progreſſu
ra ſe conferre oporteat.

QVOMODO EX IIS SCRIPTVrarum locis, quos assequeris, multiplicem doctrinam atq; fructum spiritualem decerpas. Cap. XXXIIII.

REstat nunc de eo tandem dicamus, quod omnis lectionis atq; operæ in diuinis literis positæ caput est: nempe ut sciat pius tyro, quomodo ex his locis quorum uerã & simplicem sententiã sic satis fuerit assecutus, spiritualẽ fructum possit capere: atq; uel publicè ad uniuersæ Ecclesiæ, uel priuatim ad suæ ipsius cõscientiæ utilitatẽ quæ obseruarit, conuertere. Si quidẽ hoc demũ est feliciter uersari in sacris literis, & rectè eas intelligere: ita accipere & interpretari eas, tanquã si propter præsentẽ Ecclesiæ statum, nec nõ ob tuã unius utilitatẽ editæ omnes forent, sicut reuera editæ sunt. Istud igitur, quomodo efficere expedire queas, ex ipsis libris sacris, maximeq; ex Paulo apostolo, harum rerũ magistro peritissimo, ideoq; digno cuius sectemur cõsilium, breuiter commonstrabimus. Ait uerò Apostolus ad Rom. 15. Quæcunq; præscripta sunt, in nostram doctrinam præscripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Iterum 1. ad Cor. 10. Hæc autem figuræ nostri fuerunt. Et post pauca: Scripta uerò sunt propter admonitionem nostri, in quos termini ætatum inciderunt. Sed multo clarissimè 2. ad Timoth. 3. At tu persistito, inquit, in his quæ didicisti, & quæ tibi cõcredita sunt, sciens á quo didiceris, & quòd à puero sacras literas noueris,

ueris, quæ te possunt eruditum reddere ad salut
fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis scriptura di
tus inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargu
ad correctionem, ad institutionem quæ est in iu
ut integer sit Dei homo, ad omne opus bonum
ratus. Sunt autem alij plures loci, multiplicem
rum literarum utilitatem declarantes, qui opp
his adiungi queant: sed in his paucis continen
præcipua sunt, quæq; rationem quandã colligen
lutarem animis doctrinam aperiunt. Audis igitur
rè dici, propter nos præscripta esse omnia, ut co
tiones ex ijs petamus: audis, quæ in ueteri testa
peracta sunt, nostri fuisse figuras atque admoni
audis deniq;, sacras literas prodesse ad doctrinã
redargutionem, ad correctionem, ad institutio
iusticia. Quæ sanè mouere omnes uehemente
ut magni eas faciant, nec oscitanter perlegant.
rùm hæc in summa obseruare in illis per Ap
admonemur: Consolationes inquam, doctrinas
gutiones, correctiones, institutiones, aliàs adm
nes dictas: quæ omnia ad salutẽ & conducun
perquàm necessaria. Atq; ad hæc capita refe
quæcunq; usquã alibi sunt de scripturarũ usu
Atqui operæprecium est uideamus, quomodo
hæc capita distinguantur, et quid appellatione
bi uelint. Quid παράκλησις seu consolatio sit
non est obscurum. Et uerba tam antecedentia
sequentia in oratione Apostoli ad Rom. 15. ad
declarant. Passim uerò obuiæ fiunt in Prophe

Apostolicis concionibus apertæ consolationes. Deinde historiæ de pijs hominibus, qui in aduersis manserunt constantes, atq; ex horrendis periculis fuerũt mirabiliter liberati, nos magnopere solãtur, dum iubẽt simili modo fortiter eluctari, atq; Dei opem certamq; salutẽ expectare. Admonitio uerò, ὑποθεσία, pertinet ad uitæ institutionẽ, atq; emendationẽ: quod exempla quæ ab Apostolo adferuntur, totaq; orationis series 1. ad Cor. 10. testantur. ait enim: Patres qui ex Aegypto migrarunt, fuisse quidẽ baptizatos, fuisse item refectos cibo ac potu spirituali, perinde atq; nos: attamen quando à peccatis sibi nõ temperarũt, grauiter à Deo punitos, atq; internecione deletos. Eorũ igitur exemplis uult Apostolus omnes Christianos admonitos, ut quãuis baptizati sunt, atq; corporis sanguinisq; Christi spirituali cibo refecti, nõ tamẽ id satis esse ad salutẽ ducãt: sed obseruari insuper, ut uitã piè innocenterq; deinceps transigãt, quod ni faciãt, æquè atq; priscos illos peritu ros. Porrò doctrina διδασκαλία significat explicationem dogmatũ, quæ de rebus diuinis asseruntur seu probantur. Quare doctrinæ annumerãtur omnes articuli fidei, omniaq; religiõis nostræ capita: ut quòd Deus unus est, & omnipotens, & iustus, & æternus; &c. quòd tres sunt personæ distinctæ in una diuinitate; quòd Christus, ut uerus Deus, ita uerus quoq; ho- &c. quòd Deus mundũ in tempore cõdiderit. Itẽ, quæ traduntur de Ecclesia, de Lege, de Euangelio, de fide, charitate, de spe, de uita beata & æterna, & quæ sunt eius generis, cõdem spectãt. Crebrò autẽ in sacris

literis inueniuntur dogmata disertis uerbis, non
quam prolixis disputationibus & concionibus
sita: crebrò ex historijs atq; sanctorum factis co
tur. Dogma enim nostræ religionis est, esse a
eosdemq; ministerio Dei destinatos: hoc uerò
adseritur Psal. 104, & ad Hebræos 1. Qui crea
los suos spiritus, inquit, & ministros suos igni
mam. Atqui eadem doctrina ijs quoq; cõprob
storijs, quæ narrant angelos à Deo ad homines
cendos, uel consolandos, uel ex periculis erip
subinde esse missos. ἔλεγχος idem est quod red
ueluti cum redarguuntur & conuincuntur,
rectè argumentantur. Vnde Aristoteles parte
ctices, qua monstrat rationem retegendi dolos
des sophistarũ, de Elenchis, id est, redargutio
phisticis inscripsit. Et ad Titum cap. 1. Apostol
uult Episcopũ, qui potens sit τὸς ἀντιλέγοντα
χειν, contradicentes conuincere. Sententia ig
stoli est, è sacris literis peti debere, quæ facium
uincendos falsorum dogmatum magistros: qu
hæretici, philosophi, & similes. Enimuerò
instrumentũ omne suppeditat, non modò ad
dum uera dogmata, uerùm etiam ad destruen
sa. Quod deinde ait Apostolus, prodesse sacra
πρὸς παιδείαν, id est, ad institutionem: idem
si diceret, ex sacris literis colligere nos debere
quæ ad uitam in uera sanctimonia, coram Deo
minibus, formandã cõducunt. παιδεία namq;
tionem talem significat, qualis solet rudibus

formandos mores breuibus præceptionum formulis proponi. Atq; id sibi uelle Apostolum, arguit adiecta particula ἐν δικαιοσύνῃ, in iustitia. Si bene aduertimus, non differt παιδεία à νουθεσία, prioris ad Corinthios decimo. Nam de uita moribusq; formãdis utraq; uoce Apostolus commonefacit. Est autem scriptura sacra uberrimus fons, ex quo dulces præceptiones de uita piè iusteq; instituẽda hauriri semper possunt. Ac latissime quidẽ patent, quæ huius sunt loci. Nam sub institutionibus comprehenditur omnis doctrina de uirtutibus & uitijs: comprehẽditur quicquid ad ethicen, politicen, œconomicen, ad Ecclesiam, ad Rempublicã, ad omnia uitæ genera referri potest. Deniq; correctiones ἐπανορθώσεις non malè dixerimus, si Apostoli mentem libet intueri, quæ colliguntur ad corrigendũ atq; instaurandum quæ in uita actionibusq; hominum neglecta uel collapsa apparent. in quam sententiam etiam D. Ambrosius hanc Apostoli uocem interpretatur. Huius igitur generis sunt, cum proferũtur ex Scripturis sentẽtiæ aptæ ad reprehẽdendos homines, propter contemptam disciplinam Ecclesiasticam, propter auaritiam, ambitionẽ, auaritiã, diſsidia: deinde cum ostenditur, quomodo qui lapsi sunt in uiam redire, moresq; emendare & posſint, & debeant. Ad summam, doctrina et redargutio uersantur in explicatione dogmatũ: correctio siue admonitio atq; correctio, de uita agunt, moribusq; ad illas duas referuntur capita fidei, ad has uerò referuntur officia charitatis: sicut ad consolationem propriè pertinent, quibus spes excitatur. Illæ duæ

complectuntur theoreticen, atq; accõmodatæ su-
diendo homini interno: hæ duæ praxin, erudiun-
minem externum. Illæ duæ discernũt ueram do-
à falsa, quando altera strenuè confirmat ueram,
argutè cõfutat falsam: hæ duæ discernunt actiones
& honestas ab impijs & inhonestis. nam pias q-
altera docet, impias uerò altera seueriter carp-
studet emẽdare. Ergo qui in lectione sacrorum
rũ conabitur colligere, hinc quod pertinet ad
nam, inde quod ad redargutionẽ: præterea alibi
ad institutionem seu admonitionẽ, alibi quod ad
ctionem conducit: deniq; qui paßim etiam eru-
solationes, & hæc omnia accõmodata uel publi-
Ecclesiæ, uel priuatim suæ conscientiæ: is profe-
telliget, se fructũ multo uberrimũ reportare, q-
quidẽ largiter sibi parauerit quo totus homo,
ternus quàm externus, fide, charitate & spe-
buatur. Nullus uerò occurrit in libris sacris loc-
salebrosus, infœcundus aut sterilis, quin aliquæ
fructus spiritualis partes, hoc est, aut doctrina,
dargutiones, aut institutiones, aut correctiões,
niq; consolationes quædam sumi ex eo poßint.
rò quibusdam in locis tanta est optimarum rer-
ges, tam diues prouentus, ut omnes illæ partes
nullo propè negocio demetantur.

Sed quo candidati nostri tandẽ assequãtur,
tione quod tantopere commendamus, perficia-
exemplũ unũ, ex quo tota res euadet illustrior,
ciemus. Sit igitur in manibus locus ex concione

Ri,quẽ Matth.cap.10.describit: Ne metuatis uobis ab his qui occidũt corpus,animam aũt nõ possunt occidere:sed metuite magis illũ,qui potest et animã & corpus perdere in gehennã. Non ne duo passerculi minuto asse uæneũt? & unus ex illis nõ cadet in terrã,sine patre uestro. Vestri uerò etiã pili capitis omnes numerati sunt. Ne igitur metuatis,uos pluris estis q̃ multi passerculi. Ex paucis hisce uerbis quomodo multiplicem doctrinam eruas,non difficile est demonstrare.

Duos in primis habemus hic insignes doctrinæ Christianæ locos nobis propositos.alterum,de confessione Euãgelij excelso inuictoq; animo corã hominib.eden dã.alterũ,de Dei prouidẽtia. De quibus hæc dogmata nalde appositè,nec nõ salubriter memoriæ cõmendantur. 1. Necessariũ esse,ut cognitã ueritatẽ,quoties à nobis exigitur,publicè profiteamur: parati rationem nostræ fidei reddere,quẽadmodũ Petrus loquitur,omni poscẽti. 2. Id aũt faciundũ, etiã cum fortunarũ omniũ atq; capitis periculo,si quando contingat tyrannos propter illam confessionẽ,tormenta,proscriptiones bonorum,exilia,deportationes, denique mortem exterminari. 3. Vnum Christum, eiusq; ueritatem præ omnibus rebus quæ in mundo sunt colendam,atq; præ ea etiam uitam nostrã cõtemni debere. 4. Omnibus autem qui hoc pacto non dilexerint Christum, eiusq; ueritatem,& fortè negare non uerentur,paratas æternas pœnas, tam animæ quàm corpore luendas. Nam Christus quoque eos olim coram patre suo in cœlis,sibi agnitos negabit. 5. Vt uerò promptio-

res simus ad confessionem Christi constanter e
Deum gerere nostri curam, nec non rebus no
gendis seruandisq; ualde esse intentum. 6. D
insuper, prouidentiam istam Dei non solùm u
liter in rerum omnium cõseruatione esse occu
uerùm etiam minimas quasq; res nostras offic
rare, nec spirituales tantùm, sed etiam corpo
ternasq;, adeò ut & capilli capitis nostri n
sint. 7. Discimus, eandem prouidentiã, quar
creaturarum uel abiectissimarũ tutelam ad se
re, ueluti passerum, atq; id genus animalculor
de re Psal. 145. & 147. Tantum de uaria & m
ex paucis Christi uerbis doctrina. Ad eundẽ sig
dum debes & tu paßim in Scriptura sacra, s
occurrerit didactica, siue historica narratio, e
gmata religioni nostræ propria exsculpere.

Verùm operæprecium est adhuc explor
idem locus contineat aliquid ualens πρὸς ἔλ
redargutionem, id est, ad conuincendum erro
losophorũm uel hæreticorum, uel quorumcu
rum qui contra ueritatem sentiendo, aut falsi
rendo lapsi sunt. Nam falsa dogmata neces
Ecclesijs damnari, ac prudenter reselli, quo
tioribus uitentur, explodanturq;. Itaq; ex ips
sti uerbis redargutiones huiusmodi colligẽtu
darguuntur, qui existimãt satis se facere, si
etamq; de religione sententiam animo solo a
tur, atq; ita cõsciẽtiã suã uni Deo probẽt: imm
homines liberũ esse quiduis cõcedere, aut a

prout loci, temporis & personarũ fert cõditio, maximè ubi ineuitabile imminere uidetur uitæ discrimen. In qua falsa opinione semper multi fuerunt in Ecclesia, præsertim quo tẽpore persecutiones propter iusticiam sunt palàm excitatæ. Atqui Apostolus disertè ait: Corde credi ad iustitiam, ore aũt fieri confessionẽ ad salutem: Rom. decimo. Apud ueteres scriptores inueniãs non pauca de ijs qui metu pœnarum fidem abnegarunt, ac postea iterũ recipi ab Ecclesia postulabãt. 2. Redarguuntur item philosophi, in primis Epicurei, negare ausi diuinã prouidentiã: fingentesq; Dei maiestatẽ sublimiorem, q̃ cui res humanas curare uacet, aut conueniat. 3. Redarguuntur etiã Stoici, qui cõtendebant gubernari cuncta fato. 4. Redarguũtur, qui casum et fortunã sic cõstituerunt, quasi tumultuarie, citraq; ullius prouidentiæ sapientẽ ordinationem res in mundo euenirent. 5. Redarguuntur illi quoq; Theologi, qui Dei prouidentiã tantùm uniuersalem faciunt, in genere uidelicet administrantẽ uniuersa, nerùm ad minutiora & particularia haudquaquã descendentem. 6. Redarguuntur omnes hæretici, quales in primis Pelagiani, plus iusto humanis tribuentes uiribus, perinde ac si in hominũ manu esset fidẽ pro arbitrio amplecti, in cadẽ cõstanter perseuerare, eandẽ intrepidè cõfiteri, metu periculorum aut mortis nusquã angi: cum hæc omnia cõstet solius Dei esse dona, testante Apostolo Actor. 17, Eph. 2. Philip. 2. 7. Reprehenduntur oẽs qui plus nituntur ac fidũt rebus externis, & caducis opibus, amicitijs, potentiorũ

auxilijs,quàm diuinæ potentiæ ac bonitati,à q
men uel pili capitis nostri numerati sunt,& ne
ram cadant seruantur. 8. Increpatur illorum
ritas,qui bonas creaturas conãtur perdere,qua
interim tutandas ad se recepit. Poterit quiuis
in cæteris locis redargutiones colligere,quantu
tura rei,qua de sermo est,patitur. Scitè Theop
ctus ad illa uerba ad Gal.4,Misit Deus filium
ctum ex muliere,redargutionem pariter & ide
adijcit hoc pacto:Factum,non per mulierem,
occasionem inueniant,qui per uirginem asser
quam per canalem aliquem,Dominum proce
mundum,id falso omnino existimãtes: sed ex m
hoc est, ex ipsius mulieris substantia corpus
tem,uirginalis uteri fructum prodijsse. Pers
hac ratiõe adnotatas doctrinas, redargutiones
eius sunt generis,in sanctorũ patrũ scriptis obs

Tertio loco uideamus,ecquid afferant uerb
sti πρὸς παιδείαν,id est, ad uitæ morumq; in
nem,cuius sanè prima cura omni tempore esse
Has uerò hic tibi institutiones habe. 1. Cum
unum Deum timendum præ omnibus homini
scis sanè,omni tempore pro uirili enitendũ, ut
Dei timorẽ ob oculos tibi uersari declares:adij
modo animum perpetuis meditationibus de se
te diuini iudicij,de pœnarum magnitudine,qu
rem Dei abijcientibus, & Christum negantib
paratæ,informes atq; exerceas,quo promptior
uitam corrigendam. 2. Ex eadem ratione co

re animo debes rerum terrenarum contemptũ: ac statuere, omnes quãlibet eximias esse eiusmodi, quas alacriter uelis relinquere, ut Christo in cœlis iungi, & pro bonis momentaneis adipisci æterna queas. 3. Consideratio diuinæ prouidentiæ efficit, ut in omnibus actionibus præsentiam Dei inspectoris mens cogitet, eiusdem auxilium sæpenumero imploret, deinde iuuari acregi actiones ab eodem persuasissimum habeat: denique nullum periculũ tam formidabile instare, à quo ille non possit & uelit clementer eripere, quando opportunum iudicabit. Hoc genus institutiones non tantum cognitionem rerum diuinarum augẽt, sed uitam ipsam instruunt: nec nõ ad puritatem innocentiamq;, sine qua Deo placere nemo potest, inducunt.

Quarto loco ueniũt obseruandæ ἐπανορθώσεις seu correctiones, quas hac ratione concinnabis. Hærebimus aũt in eodem exemplo ex Matth. 10. 1. Corrigunt ea uerba Christi illorum negligentiã, qui nõ contendũt precibus à Deo impetrare synceram dilectionem, qua inflammati non detrectẽt uel uitam propter nomen eius profundere. Quinetiam excitant atq; urgent nos ad orandum, quo tantæ dilectioni iungatur uerus timor, qualis ingenuos et morigeros filiolos decet. 2. Taxatur horũ quoq; segnities, qui non postulant in periculis, maximeq; propter Euangelij cõfessionẽ ingruentibus, sibi donari insuperabilẽ fortitudinem, atq; ad finem perseuerantiã. 3. Verbis autẽ illis de prouidẽtia, grauiter feriuntur, qui mentẽ nõ exerrent confirmantq; cõtemplatione diuinæ potentiæ, iu-

stitiæ,

ſticiæ,bonitatis:quæ in cõditione,gubernatione,
ſeruatione uniuerſarũ rerum ita ſunt ubiq; ocul
poſitæ,nullus ut poſsit ignorare,niſi qui iuſta D
prorſus excæcatus fuerit. 4. Quinetiã argu
admonenturq; oẽs qui Deo nõ agũt quotidie gr
qui nos,hoc eſt,animos noſtros,corpora, actione
niq; qcquid ratione ulla noſtrũ dici poteſt, dig
ſua ſapiẽtia gubernare,ac bonitate tueri. 5. Pe
guntur obliquè, qui nõ aſſueſcũt bonis creatur
rectè & reuerenter uti,quãdo earũ omnium cr
ſe Domino,huiusq; munifica liberalitate eas no
ſtribui,in cõfeſſo eſt. His et ſimilib. ſermonib. no
arguitur,corrigitur noſtra ſupinitas: & nos qu
modo inſtigamur, ut ad frugiferas actiones ſ
ſtructiores deinceps,et alacriores. Apud Propho
Apoſtolos denſæ occurrunt correctiones, qua
ditorum ingenijs,& negociorum qualitate,mo
blandas obſecrationes, modò per aſperas obiurg
nes,modò per moderatas exhortationes effing

Quintò & poſtremò inueſtigabis etiã alq
num in loco qui examinatur, poſita aliqua ſi
tionis materia. Non eſt aũt magnæ difficultat
lationes digerere. Scriptura namq; gignit plu
eaſdemq; firmas & certas,quibus innixi tutum
que in uerbis Chriſti de prouidentia latet inſig
ſolatio. Quæ enim,obſecro,amplior poſſet con
homini,etiã in medijs malorum fluctib. propè
ſo, proponi, quàm Deum patrem noſtrum cu
res humanas indeſinenter curare: atq; ita quic

rare, ut ne pilus quidem queat citra illius bonam uoluntatem perire? Quis hic non erigatur animo, ac roboretur, nõ dicam aduersus tyrannos huius mundi, sed aduersus ipsum diabolum, omnesq; inferorum cõiuratas cohortes? Danda uerò in his omnibus diligens opera, ut nostris temporibus, atq; præsenti nostrarum Ecclesiarum statui, quoad fieri potest, accõmodentur omnia. Passim aũt apud sacrarũ literarũ interpretes uidere licet, quomodo ex locis quos enarrãdos suscipiunt, adnotare semper soleant, modò quod ad doctrinam uel redargutionem, modò quod ad institutionem uitæ correctionem, modò quod ad consolationem pertineat: cum neminem lateat, propter has potissimũ cõmoditates spirituales, tanquam fines destinatos, Scripturã uniuersam diuina ordinatione in lucem esse editam. Eum qui harum rerum nihil obseruat, credibile non est seriò quicquã legere: tantum abest ut intelligat. Inanis est sacrarum rerum meditatio, quæ nõ ad aliquam saltem istarũ partium de fructibus spiritualibus dirigitur. Atq; est reuera mirabili Dei prouidentia cõstitutũ, ut incõparabilis diuitiarũ spiritualiũ uarietas & copia in sacrorũ librorũ pœnario recondita existeret. Habent enim cuiuscunq; conditionis homines occasionẽ, aliquid ad suam cõmoditatem inde transferẽdi: neq; possunt ulli excusationẽ prætexere, si nihil uel ad augendam cognitionem, uel ad uitæ emendationem hauserint. Inueniunt qui paulo fœliciori captu sunt præditi, & præ cæteris illuminati, omnia cœlestis philosophiæ dogmata: qui errauerint,

aut

aut lapsi quoquo modo in doctrina fuerint, a
acres redargutiones: qui simplices sunt & mod
altiora non ualentes progredi, at soliciti tamen
ta piè inculpateq; traducenda, obuias habent
mas institutiones in iusticia: qui autem ueritat
ciam assequuti, segnes interim & frigidi man
gere animum possunt in salubres correction
mò, qui adflicti sunt, & siue ob spirituales inter
siue ob corporales & externas molestias per
reperiunt suprà quàm dici potest suaues con
nes: deniq; quocunq; sis adfectus modo, inuen
stomacho tuo congruat, & non fastidioso fati
possit. Doctrina promouet ad rerum scitu dig
& necessariarum cognitionem: redargutiones
hendunt, reducuntq; in uiam falsis opinionib
ptum: institutiones, quomodo uita innocenter
debeat, præscribunt: correctiones prouocant
tes & lapsos ad resipiscentiã: consolationes a
rorem tollunt, atq; ad certam spem obtinendæ
cordiæ & liberationis è periculis excitant.
uitæ spiritualis perfectionem posis amplius
re? Certè aut uehementer fallor, aut hi fructus
cabũt omnes ad diuinarum scripturarũ inda
ctionem: & quicunq; ulla tenentur salutis siue
tate, in huiusmodi frugiferis meditationibus
ctesq; se exercebũt. Orãdus interea sine inter
pater cœlestis, ut quib. sacrarũ literarũ semel
intellectũ, ijsdẽ largiatur pietatis actiones egre
gnitioni per omnia respondentes: quo cæteri

summatos Theologos, hoc est, nõ tantũ doctos, uerùm etiã bonos ac pios agnoscãt, reuereantur, ac prædicẽt, præterea quantum fieri licet imitentur.

DE VARIA SACRARVM SCRIpturarum expositione, seu de quadruplici earundem sensu. Cap. XXXV.

EQuidem decreuerã allegoriarum negociũ silentio prorsus prætermittere: quòd malim candidatum cœlestis philosophiæ occupari in colligenda simplici & natiua uerborũ sententia, quàm in excogitandis subtilibus allegorijs. Sed quãdo animaduerto, ex allegoriarũ cognitione hãc saltem reditura ad tyrones utilitatem, ut ubi in posterũ tempus legent in alienis scriptis, uel audient in cõcionibus seu prælectionibus, quædam allegoricè exposita, iudicare de ijs paulo rectius queant: libet de allegorijs, imò eadẽ occasione de peruulgata apud plurimos quadruplici scripturarũ interpretatione, nõnulla fusius repetere. Video quosdã uaria de hac re adnotasse, sed ita, ut magis incertũ lectorem dimittant, q̃ acceperãt. Nos uerò ea proferemus, quæ perspicua existimamus, quæq; confirmus etiam aliquousq; in rerum diuinarum scientia progressis non iniucunda fore. Neq; sanè pollicemur absolutam de allegorijs commentationem, sed qualem breuitas, qua in præsentiarum utimur, admittit. Sacram igitur scripturam, sicut ferè quodcunque scripti genus, diuersa ratione ac uario sensu exponi, nemum à ueritate non est: sed quomodo, & quàm

feliciter

feliciter fieri id poßit ac debeat, non omnes ex a
conſiderant. Referam igitur quorundam de ho
gotio ſententias. Solent pleriq; ſcripturarũ inter
tationẽ ita partiri, ut aliã appellent literalẽ, ali
tualẽ: et hãc ipſam rurſus modò tropologicã, m
legoricã, modò anagogicã. Literalẽ uocãt, que
ſenſum grãmaticũ, et ex prima natiuaq; uoci
catione accipitur, ut id dici atq; ſignificari in
tur, quod cõmuni loquẽdi more uerba ſibi uol
ratio interpretandi ſemper primo loco inquir
& ab hac non licet in grauiorib. diſputationib
dere. Nota uerò euadit ex Grammaticis, Dial
Rhetoricis præceptionibus, necnõ ex cogni
ſeωn, atq; cõſuetudinis ſcripturarũ. Spiritual
pretatio eſt, cum multo aliud q̃ quod uerba ſ
ter ſignificãt, adeoq; abſtruſius quiddã & ſ
eruitur. Iam tropologia, quæ primas in ſpiritu
pretatione obtinet, eſt, qua adnotantur qu
res ac uitã formandã cõducunt: ueluti quãdo
ria inebriati Loth colligitur, q̃ deteſtanda ſit
& crapula, et cùm in omni ætate, tũ maxime
deinde quàm horrẽda flagitia eam comitentur
nim unquã ſola eſt. Allegoriã dixerunt, cum
ſententiæ aliter accipiuntur, q̃ uerba ſonant,
cõmodantur cõferunturq; cum alijs reb. ſimi
quandam habentibus, in primis uerò cum bi
Chriſto capite, uel in Eccleſia eius corpore
tur. Quo pacto, quæ olim geſta ſunt à ſancti
bus, pleraq; aptantur ijs quæ longè pòſt in Eu

sunt per Christum, uel per Ecclesiã peracta: atq; ostenditur utraq; inter se admodum conuenire. Ad Eph. 5. coniunctio uiri & mulieris declaratur magnum continere sacramentũ, de dilectione qua Christus prosequitur Ecclesiam. Ἀναγωγὴ est, ratio explicandi scripturam, qua præter uerborum significationem astruitur aliquid pertinens ad cœlestem gloriam, post hanc uitam expectãdam, & mysteria Trinitatis seu diuinæ naturæ: quemadmodũ si quis dicat, Hierusalem repræsentare nobis patriam cœlestem. Cæterùm quàm aptè hæc ita definiantur, post pauca docebimus. Libet aũt hunc explorare, atq; in lucem protrahere, unde huius partitionis occasionẽ, qui ita distinxerũt uarias interpretandi formas, sumpserint. Apud patres, tam Græcos quam Latinos, de interpretatione spirituali nonnulla extant, quæ isti sine iudicio legentes, aut nõ rectè sunt assecuti, aut feliciter rectéq; dictis infeliciter sunt abusi. Historiæ ecclesiasticæ lib. 2. cap. 17, ex Philone refert Eusebius, fuisse quosdam appellatos ἱκέτας, quasi dicas supplices, qui toti in perpetua rerum diuinarum contemplatione occupabantur: hos autẽ sic enarrasse scripturas, ut allegoricis expositionibus potißimũ inciderent. Quandoquidem uniuersa lex, inquit, fieri illis uidetur animali similis, quod corpus quidem habeat ipsam literam, & ea quæ secundum literam desiderantur: animam uerò, occultum in litera spiritualem & inuisibilem sensum, quẽ illi ab authoribus suis edocti, sublimius & nobilius uelut inspicientes, per speculum contemplantur, ex ipsis etiam nominibus ad-

mirandas quaſdam ſpecies intelligentiæ proſ
Hæc ibi. Et qualis illo tempore fuerit allegoria
cimnandarũ ratio, ex ipſius Philonis diuerſis lu
tionibus, in primis è duobus libris Allegoriar
deprehẽdi ſic ſatis poteſt. Inde apud Eccleſiaſ
rarchiæ ſcriptorem Dionyſium, quiſquis is fuit
quædam de anagoge legũtur: eaq; interpreta
remoniarum, quarum tunc in ſacramentor
ſatione erat uſus, adhibetur. Origenes uerò
eſt, etiam quæuis in ſcripturis obuia, per all
& per anagogen appoſitè explicari: mirabi
centiam id audendi, in ſcholas & eccleſias
Præcipit ea de re clariſſimè in commentariis
ſin, Homilia 2. & 17. in Numeros, Homilia
ἀρχῶν lib. 4. cap. 2. atq; alibi non infrequen
nem aliquot deinde Græci ſunt ſecuti. Inter
Hieronymus ex Græcorum penu deprom
quemadmodum diuerſis locis apud eundem
cet. Enarrans Amos caput 4, ita ait: Debem
ram ſanctam primùm ſecundum literam
facientes in Ethica quæcunq; præcepta ſun
iuxta allegoriam, id eſt intelligẽtiam ſpiritu
tiò, ſecundum futurorum beatitudinem. Idem
biam: Præcipitur nobis Solomone dicente,
deſcribe ea tripliciter in conſilio et ſcientia
deas uerbum ueritatis, his qui proponũt tibi
in corde noſtro deſcriptio & regula ſcriptu
Prima, ut intelligamus eas iuxta hiſtoriam, ſ
xta tropologian: tertia, iuxta intelligentiam

lem. In historia, eorum quæ scripta sunt ordo seruatur. In tropologia, de litera ad maiora consurgimus: & quicquid in priori populo carnaliter factũ est, iuxta moralem interpretamur locum, & ad animæ nostræ emolumentum conuertimus: in spirituali theoria ad sublimiora transimus, terrena dimittimus, de futurorum beatitudine & cœlestibus disputamus, ut præsentis uitæ meditatio umbra futuræ beatitudinis sit. Tantum Hieronymus. At uerò Augustinus paulò aliter. Is enim in libro de Vtilitate credendi cap. 3. rursus libro Imperfecto de Genesi ad literam, cap. 2. quadruplicem sacrarum literarum exponendarum rationem ponit. Primam, secundum historiam, cum uidelicet docetur, quid scriptum, aut quid gestum sit: quid non gestũ sit, sed tantummodo scriptum, quasi gestũ sit: ueluti cum Christus Matth. 12. citat ex 2. Samuelis 21. quòd Dauid comederit panes propositionis, etc. Secunda est, secundum αἰτιολογίαν, cum ostenditur qua de causa aliquid dictum uel factum sit. Exemplum Matth. 19. Christus prohibens repudiũ uxoris, nisi interueniente fornicatione, prudenter etiam causam exponit, ob quam libellus repudij Iudæis antea concessus fuerat. Moses, inquit, permisit eum uobis propter duritiã cordis uestri. Tertiã uocat secundũ ἀνάλογίαν, qua utriusq; testamẽti cõgruentia demonstratur. Quartã secundũ allegoriã, cum docetur nõ ad literã accipienda esse quæ scripta sunt, sed figuratè intelligenda: quomodo 1. ad Cor. 10 Apostolus historiã Exodi notat allegoriã fuisse populi Christiani, & patribus omnia contigisse in

figura. Plura huc pertinẽtia refert idem Aug. de uera religione cap. 50. Distinguamus, inquit, fidem debeamus historiæ, quam fidem debeamus intelligentiæ, quid mandemus memoriæ, uerũ esse, tes, sed credentes tamen. Et ubi sit uerũ, quod nit et transit, sed semper eodem modo manet. modus interpretandæ allegoriæ, quæ per ea dicta creditur in spiritu sancto: utrum à uisquioribus ad uisibilia recentiora eam perduciet: an usq; ad animæ adfectiones atq; naturad incõmutabilẽ æternitatẽ. An aliæ significsibilia, aliæ motus animorũ, aliæ legem æternaliqua inueniãtur, in quibus hæc omnia insint. Et quæ sit stabilis fides, siue historica ralis, siue spiritualis & æterna, ad quam ompretatio authoritatis dirigenda sit. Et quid intelligenda & obtinenda æterna, ubi finis bonarũ actionũ, fides rerũ temporaliũ. Et q sit inter allegoriam historiæ, allegoriã sacririam sermonis, & allegoriã sacramenti. Quuerbis, diuersæ explicãdi scripturas rationerãtur, sed quæ omnes ad quatuor membra enumerata referri queãt. Hinc uerò factũ dam integras historias, imò libros integros, lis modis enarrãdos susceperint. Ruffinus, tradio, in Catalogo illustriũ scriptorũ, benedicto cob super patriarchas enarrauit triplici, historali, & mystico sensu. Sequẽtibus seculis crecia. Quidã enim perfricta fronte tentarun-

usquam occurrit in sacris libris, ꝑ allegorias atq; anagogas interpretari: et non tantùm historias, in quibus id subinde fit cum gratia, uerumetiam conciones didacticas ac disputationes, tam Prophetarum quàm Apostolorum: deinde præcepta et promißiones, in quibus profectò à simplici sensu grammatico nulla citra periculum fit digreßio.

Cæterùm quid de diuersis hisce interpretandi modis arbitremur statuendum, & quomodo sanctorum patrum pronunciata intelligi conueniat, aperiemus. Agemus autem ordine de singulis: primùm inquam de sensu literali, hinc de tropologico, deinde de anagogico, postremò de allegorico.

Literalis itaq; sensus, quē aliâs historicū seu grammaticū appellāt, semper primo loco, ut nobilißimus, erui debet: quādo is solus certas & ꝑspicuas parit sententias, solus aptus est ad ducēda argumēta quibus dogmata religionis confirmantur: solus probationes necessarias suppeditat, ubi ex allegoricis siue anagogicis tantùm probabiles & in speciē efficaces adferuntur. Neq; unquā simplicē & germanā uerborū sententiā licet relinquere, nisi aut uerbis insint tropi: aut oratio ipsa Grammaticè accepta, absurdi nescio quid significet, quā ob causam necessum sit ad interpretationē allegoricā cōfugere. Qua de re pòst dicemus. Itaq; perfectum existimet ille se rectè sapienterq; facere, qui in excipiēdo sensu literali siue Grāmatico diligēter se exercet. Illa aūt interpretādi forma, quā Augustino placet ꝑ αἰτιολογίαν fieri, ad hoc ipsum genus referri om

nino debet. Neq; enim in ea à ſenſu grammatico
ditur: ſed tantũ expoſita cauſa facti uel dicti, illu
redditur ſententia. Enimuerò in omni interpre
ne cuiuſcunq; ſcripti, idem eſt factu pernecessa
Crebrò nanq; expedit ante oculos poni ſcripturæ
ſilium, atq; uelut digito intento monſtrari, quo
oratio, cur ſit inſtituta, quãtum ponderis ratio
gulæ habeãt. Quimetiã altera interpretãdi ra
Auguſtino dicitur ſecundum ἀναλογίαν, ab
tatione grammatica diuelli minimè poteſt. Nec
quemadmodũ nõnulli ſuſpicãtur, allegoriæ aſſ
Reuera enim ἀναλογία nihil aliud q̃ collatio q
exiſtit, qua quæ dicta uel facta ſunt in uetere
to, cõponuntur cum ijs quæ dicta facta'ue
in Teſtamento nouo. Quod genus eſt, ſi quis
de Iuda Dominũ ſuũ prodente hoſtibus oſcu
ſymbolũ eſt amicitiæ, dicat eũ idem feciſſe, q
Iob, qui Amaſan cõfodit, dum ſimulat ſe uelle
ri. 2. Samuel. 20. Item ſi quis uerba Chriſti uel
demõſtret per omnia cõſentire cum uerbis
alterius cuiuſpiã ſancti prophetæ, aut uiri exi
telligit aũt quiuis, dum iſtud fit, nequaquã
quid in ſenſu grammatico: ſed tantum facta
adhibitisq; docendi cauſa exemplis, ſplendori
tiamq; orationi accedere: prorſus eodem pacto
lent interdũ Rhetores ad illuſtrãdum facta
rum, adiungere facta Græcorũ, uel exterarũ
Quod cũ primis eleganter feciſſe uidemus
cos Plutarchum in Parallelis, apud Latinos

Maximum. Itaq; eiusmodi exemplorum tractationem in sacris sermonibus rectè nuncupauerimus, argumentationem à typo, de quo post pauca dicturi sumus. Ad summum autem, omnis enarratio quæ fluit ex artificio Rhetorico uel Dialectico, quandoquidē à simplici uerborum sententia non abducit, ad sensum literalem siue grammaticum pertinere iure cēsebitur. Hæc igitur de eo sensu delibasse sit satis.

Interpretatio tropologica nō est remota ab eo sensu quem uerba orationis pariunt, sed accommodatio eius quod uerbis innuitur ad uitæ ac morum institutionem ueluti quādo obuia est historia inebriati Loth, rectè adijcitur per tropologiam, quòd ex ea discimus, sobrietatem modis omnibus esse auersandam. Non difficile est eodē pacto, quæ ad uirtutes expetendas, uel ad fugiendā uitia inducūt, ex sacris historijs cōcionibus colligere. Profectò quisquis uult cum fructu historias uel cōciones sacras legere, eum necesse est optima quæq; ad suam priuatim uitā informandā coacervare: id quod Titum Liuium quoq; uidemus prudenter monuisse, in graui illa præfatione ad suam rerum Romanarū historiā. Quamobrem hæc interpretandi ratio rectius Moralis siue Ethica appellabitur, quàm Tropologica. Etsi enim uox τρόπος Græcis significet non tantum χῆμα, id est figuratā locutionem uel modum, sed etiā uitam moresq; hominis: tamē receptißima cōsuetudine figuratā locutionē auditorib. repræsentat, ut nomine τροπολογίας orationem intelligāt, in qua uox occurrit à natiua significatione deflexa.

Quamuis Apostolus Paulus, quæ ad uitã mores
ponendos colliguntur, mauult, quemadmodum
præcedẽti ostendimus, notari nominib. institu
correctionis. Vtilis est, inquit, scriptura ad insti
nem & ad correctionẽ. Quim uerò Paulli opus
cendi interpretandiq; magistrũ, & propriè u
diuinis loquẽtem, potius audimus & imitamur
quoscunq; alios ineptire subinde solitos?

De anagoge maior uidetur esse difficultas
bene perpendimus, anagogica interpretatio
cõuenit cũ allegorica: neq; reipsa distinguun
tum ex descriptione utriusq;, tum ex Patrum
euincemus. Vocant anagogicam interpreta
quando sic explicatur scripturæ sententia, ut
discedendo à uerborum primitiua significa
gatur aliquid de cœlesti gloria post hanc uitã
ctanda, aut de mysterio Trinitatis, atq; à uisi
transitus ad inuisibilia: à speculo & ænigma
lus ait, ad Dei claritatem. quemadmodum Ioa
baptismo differens, progreditur ab aqua ad
Ioan. 3. Item Apostolus ad Coloss. 2. uerba facien
surrectione nostra cum Christo, iubet cœlestia
intueri: uitam quippe nostram & conuersa
cœlis esse. Sed rarò admodum huiusmodi inter
tionem in scripturis offendas. Quid autem ea
rica interpretatio, nisi in qua similiter dict
ctum ue exponitur, nouo sensu, à uerbis ipsis
tum remoto? sed ita, ut eruatur aliquid de Chri
de Ecclesia, de Lege aut Euangelio, de offi

ut charitatis, &c? Itaq; palàm fit, quod ad artificiũ quidem atq; explicãdi formam attinet, allegoriam & anagogen per omnia conuenire: quod uerò ad materiam attinet, discrimen qualecunq; & perquàm exiguum incidere. Quod tamen discrimen non profectò magis necessarium est ponere, quàm necessum est contextus differentiam inter interpretationem allegoriam, quæ fit de Christo, uel de gloria ciuitatis Dei cœlestis: & eam quæ fit de homine, uel de Ecclesia, quæ est ciuitas Dei terrena, uel de quouis alio proposito. Sed expendamus etiam, si placet, patrum sententias. Dionysius ecclesiasticæ Hierarchiæ cap. 2. postquam descripsit ritus baptismatis, addit se uelle eosdem explicare secundum anagogen: & tamen quicquid ibi subijcit, allegoriam resipit, atq; ad allegoriarum ordinem uenit simpliciter transferendum: quod quilibet uel mediocriter eruditus potest iudicare. Augustinus loco antè memorato, nempe cap. 50 libri de Vera religione, anagogen atque allegoriam disertè coniungit, permiscetq;. ait nanq;: Quis sit modus interpretandæ allegoriæ, quæ per sapientiam dicta creditur in spiritu sancto: utrum à uisibilibus antiquioribus ad uisibilia recentiora perducere eam sufficiet, an usq; ad animæ adfectiones atq; naturam, an usq; ad incommutabilem æternitatem? Vbi duo posteriora membra anagogen innuunt, nihilo tamen minus sub allegoria comprehenduntur, cum de interpretanda allegoria se uerba facere astruat. Hieronymus ad Hedibiam, tantùm triplicem interpretandi formam agnoscit, nimirum

secundum historiam, secundum tropologiam, &
tiam iuxta intelligentiam spiritualem, siue iuxta
riam: nimirum hic intelligēs allegoriam, peritia
anagogen, quas arbitratus est reipsa non separa-
& in Commētarijs suis subinde aspergit quæ
quam per anagogen exposita: quæ tamen si pro
latius inspexerimus, per allegoriam inuenie
ctata. Exemplum adscribam unum, alterum ui
lud Iesaiæ 1. Cognouit bos possessorem suum, &
præsepe domini sui: Bos iuxta anagogen, inquit
tur ad Israel, qui legis portauit iugum, & mand
mal est: asinus peccatorū onere prægrauatus
populus accipitur. Rursus super illis uerbis pro
tæ, Derelinquetur filia Sion sicut umbraculum
nea: Iuxta anagogen, inquit, uinea Dei & pa
paradisus homo appellari potest, cui si mens
rit, habet custodem mentis Deum: sin autem
quasi quædam bestiæ fuerint deprædatæ, relin
à custode Deo, & omnia nostra redigentur ad
dinem. Iterum eodem capite, ubi propheta ait:
modo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena
subijcit Hieronymus: Hæc omnia possumus secu
anagogen referre ad animā sancti quondā uiri
prius Dei iustitia cōmorata est, si postea pecc
& pro hospite Deo homicidæ dæmones in e
cōmorati. Has interpretationes secundū anago
ctas ipse pronūciat: in quibus tamē, si accurate
naueris, obseruabis, nihil de uita futura, uel de
tatis negocio prōponi, sed de uita præsenti, de

THE
sia, de sanctor
animaduertis
standum, nec
ronymus alibi
dos, nulla dist
in cōmentarijs
16. ad Gal. 5. N
re ex Origene
dum studiose
anagogen atq
Quod cum ita
cem sacrarū li
triplicē, iuxta
rumq; sanctor
licet, qui alia
gicum, quem d
sed rectius cur
nem, ac correc
etiam spiritua
Cæterum q
sic enim loqu
allegorico, pro
bus suscepta est
Non est all
ia plebe artif
bebitur: quā
or diligentia
mus. Quid sit
i, ubi et quā

sid,de sanctorũ exercitijs sonare omnia. Quamobrem animaduertis,allegoricum sensum ibi simpliciter spectandum,nec ullum diuersum. Quinetiam idem Hieronymus alibi crebrò uarios hosce interpretandi modos,nulla distinctione facta,miscet. Quod uidere licet in cõmentarijs Iesaiæ 8.10.15.54. Ieremiæ 2. Ezechielis 16.ad Gal.5. Nec difficile foret plura exempla proferre ex Origene,quem Hieronymus uidetur sibi imitandum studioſè proposuisse. Ex his igitur perspicuũ fit, anagogen atque allegoriam planè inter se conuenire. Quod cum ita se habeat,quilibet intelligit,quadruplicem sacrarũ literarũ sensum nõ ritè cõstitui: sed tantũ triplicẽ,iuxta Hieronymi sententiã ad Hedibiã, aliorumq; sanctorũ patrũ censurã,posse colligi:literalẽ uidelicet,qui aliàs Grammaticus seu historicus:tropologicum,quem dicere quidã malunt Ethicũ,seu moralẽ, sed rectius cum Apostolo appellauerimus institutionem,ac correctionẽ:deniq; allegoricũ,quem nominãt etiam spiritualem,mysticum,theoreticum.

Ceterùm quia de literali sensu,itemq; tropologico (sic enim loquuntur) satis aperte dictum est:restat de allegorico,propter quem præcipuè hæc dissertatio nobis suscepta est,paulo plenius agamus.

Non est allegoriarum tractatio cuiuslibet de media plebe artificis,neq; etiã temerè & quouis loco adhibebitur:quã ob causam in ea explicanda meritò maior diligentia insumetur. Hæc proinde ordine discutiemus. Quid sit allegoria, & quomodo à typo differat: tũ,ubi et quãdo allegoricas interpretationes adiũgere conue-

conueniat: hinc, quæ sit eiusmodi interpretatio
aptè colligendarum ratio: deniq; quis earum
quousq; sint admittendæ.

Allegoria generaliter definitur (ut habet Bo-
nus de Trinitate lib.15.ca.9.) tropus, ubi ex alia
intelligitur. ut 1.ad Thessal.5. Itaq; non dormia-
cut & cæteri: sed uigilemus, & sobrij simus.
dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur,
sunt ebrij. at nos qui sumus diei, sobrij simus. Hie-
mus in illud ad Gal.5, Hæc per allegoriam dicta
Allegoria, inquit, aliud prætendit in uerbis, alia
gnificat in sensu. Pleni sunt oratorum & poeta-
bri. Scriptura quoque sacra per hanc non mo-
parte contexta est. Verùm hoc pacto latius pa-
goria, quando ea definitio etiam ad collationes,
gines, ænigmata, paræmias, parabolas, apologos
nias accommodari potest. Igitur operæpretium
legoriam, de qua nobis sermo est, ab his paulùm
stinguere, atq; concisius crassiusq; definire. Alle-
ergo est interpretatio scripturarum, petita aliqu
longius, & uel propter utilitatem, uel propter
sitatem, post interpretationem Grammaticam
ralem, opportunè adiuncta: & quamuis à uerbo
quidem sententia nonnihil remota sit, attamen
quæ cõferuntur aptam retinet similitudinem. Sc
autem doctrinæ fidei est analoga, atq; ad audito
institutionem comparata. Cuius sanè interpreta
exempla apud scriptores Ecclesiasticos frequen
ueniunt. Similitudine autem redditur, quod dic

manifestius. Poetarum, qui fuerunt Theologi gentiliũ, narrationes, & in his pleraſq; fabuloſas, uidemus ita explicari, ut ſub fabuloſis inuolucris oſtendatur latêre maximarum rerum cognitionem: necnon poſſe ex illis inſignem doctrinã, modò uidelicet de naturis rerũ, modò de uitæ inſtitutione, modò de religionis placitis, decerpi. Cuius generis interpretationum formæ elegantes extant apud Palæphatum, de non credendis hiſtorijs: Fulgentium, in Mythologijs: diuum Baſilium, in libro ſeu concione ad adoleſcentes, de legendis cum fructu ſcriptoribus gentilibus. Eſt autem omnis hæc interpretatio, ſi ritè expendimus, planè allegorica: & nemo it inficias, utilitatem ingentem in ea eſſe poſitã. Ad eundem igitur modum alienum non eſt, multos ſacræ ſcripturæ locos allegoricè, et quidem magno cum fructu, enarrari: maximè cum in confeſſo ſit, ſacram ſcripturam myſteriorum eſſe ſuprà quàm dici poteſt fœcundam: pariterq; uberrimam ſpiritualium bonorum materiam, in omnem uitæ & cognitionis uſum ſuppeditare. Ex his igitur, quid præſenti loco per allegoriã uelimus, perſpici poteſt. Cæterùm oportet prudenter allegoriam à typo diſtinguere. Multos namque uidemus, qui typos & allegorias confundunt: atq; ubi typus apud ſcriptorem ſeſe offert, ibi allegoriam eſſe falsò autumant. Etenim quando legunt 1. ad Corinth. 10. patres noſtros omnes ſub nube fuiſſe, & omnes per mare tranſiſſe, & omnes in Moſen baptizatos, in nube & in mari, &c. opinantur ibi eſſe allegoriam: ſed falluntur, cum typus tantùm proferatur, aut uerius

exem

exemplum. Euincit nanq; Apostolus, exemplis o
los positis, eos qui postquam sacramentis per Chr
salubriter institutis usi fuerint, si in pristinã pra
recidunt, nequaquam impunes euasuros. Igitur
men inter typum & allegoriam hoc obseruetur.

Typus, seu figura (nam hoc nomine uocem
efferunt interpretes) est, cum factum aliquod
tur è ueteri testamento, idq; ostenditur praesignifi
se, seu adumbrasse aliquid gestum uel gerendum
stamento Nouo. Allegoria uerò est, cum aliqui
ex ueteri, siue ex nouo Testamento, nouo sensu
nitur, atq; accommodatur ad spiritualem doctri
siue ad uitæ institutionem. Typus consistit in fa
collatione, & totus historicus est: allegoria occup
non tam in factis, quàm in ipsis concionibus, è q
doctrinã, & multa quæ didactici sunt generis
mit. Typus non ferè de alijs rebus sermocinatur
de Christo & ecclesia, de lege & Euangelio, ne
sim accommodatur nostris personis: Allegoria
differt de rebus quibuscunq;, atq; plurimum
datur personis nostris, quas oportet per eam
atq; ad officia excitari pietatis. Breuiter, typi
tas res, de persona Christi, de Ecclesia, de lege, de
gelio in angustum contrahuntur: Allegoriæ
tissimè patent, & per quascunq; diffunduntur
rias. Vnde fieri potest, ut in una eademq; histo
typus, inde allegoria, seu interpretationes
teruallo dissitæ, diuersa ratione adnotentur.
storiam Dauidis pugnantis cum Goliath, si

significasse certamen Christi cum diabolo, quem Christus uicit ac prostrauit, adduxero expositionẽ per typum: si uerò trãstulero ad nos, dixeroq; significari pugnam spiritus cum carne, quam unusquisque nostrum in sese experitur, erit hæc interpretatio allegorica. Haud magni negocij est, paria exempla congerere. Certè probationes siue expositiones à typis, passim in nouo Testamento fiunt obuiæ. Ionas deuoratus à pisce, iterumq; eiectus, describitur Matth. 12, typus Christi per triduum sepulti, & à morte reuiuiscentis. Serpens æneus, Ioan. 3, typus Christi crucifixi. Ioan. 19, agnum Paschalem, cuius ossa non frangebantur, Christi extitisse typum atq; imaginem declaratur. Ad Gal. 4. duo filij Abrahæ typum gerunt duorum testamentorum. Quo loco, tametsi Apostolus ipse pronunciet, ea per allegoriam dicta: tamen rectè adiecerimus, nõ per allegoriam, sed potius per typum dicta esse. Quod antea nos sapienter adnotauit in Commentarijs ad eandem epistolam Chrysostomus, dicens, Allegoriæ uocabulum ibi pro typo usurpatum. Vidit quippe doctissimus scripturarum interpres, allegoriam & typum uehementer discrepare. Quamuis dissimulari non potest, Allegoriam quoque statim adspergi, ubi Apostolus Hierosolymam interpretatur matrem nostram: intelligens hauddubiè Ecclesiam ex gentilibus collectam, quæ sterilis semper fuit existimata, sed secundior effecta est quàm synagoga Iudæorum. quadere Hieronymus in commentarijs super uerbo illo Esaiæ quinquagesimoquarto: Lætaris sterilis quæ nõ

paris

paris. Cæterùm allegoriæ non ita crebræ sunt, ut ty
& allegoriæ spectantur non modò in historijs, ue
frequenter etiam in præceptis, tam in lege quàm
Euangelio comprehensis. ueluti cum iubet Deus,
trituranti non obligari os, non spargere in agro
sum semen. Item Christus mandat præcingi lumbos
gestari lampades manibus. Quibus sanè locis alle
riæ manifestæ subsunt. Si quis exempla plura, dis
inter typum & allegoriam aperientia, desiderat
mentarios consulat Cyrilli in Leuiticum: ubi freq
ter, cũ de sacrificijs, ritibus & cæremonijs agit
mo loco exponit, si quis typus de Christo uel Ecc
in illis lateat: secundo annectit per allegoriam,
ad nostram institutionem conducibile. Hucusq;
tum allegoria & typus distent.

Superest nunc, ubi et quando allegoricas inter
tationes expediat adhibere, demonstremus. Cert
cus postremus ijs dabitur: nec prius licebit ad alle
rias descẽdere, quàm excussa fuerint, primùm qu
sensum grammaticũ, deinde quæ ad moralem, si
Apostolus loquitur) πρὸς παιδείαν spectant. Q
uis nec semper, nec temerè: sed tunc tantùm, cu
cogit aliqua orationis neceßitas, uel suadet sing
auditorũ utilitas. Vtrumq; quomodo cõtingat,
mus. Neceßitas quidẽ exponendi per allegoriã
ex causis prouenit. Prima, quãdo Scripturæ, ni
pum subesse accipias, falsitatẽ præseferunt. Ver
tia, Psalmus canit de Christo: Super aspidem &
liscum ambulabis, & cõculcabis leonem & dr

Atqui cum Christus feciſſe iſtud nõ legatur, ſubeſſe uidetur uerbis prophetæ falſitas. Quare uerba illa ſi per allegoriã, de ſuperatis ac debellatis, diabolo, mundo, peccato, morte enarres, perſpicuã ac uerã habes ſententiam. Secunda: quando uerba ſcripturæ in ſenſu Grammatico accepta, pariũt abſurditatem. Quò pertinẽt locutiones illæ de Deo, quibus tribuuntur ei affectus humani, nonnunquam etiam uitioſi: ut ira, pœnitentia, tædium, dubitatio, uel ignoratio, furor, &c. Item ad Rom. 12, Hoc faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. ubi, cum de cibando & reficiendo inimico uerba præcedant, uidentur ſanè iſta contra amicitiæ leges eſſe addita. Verùm oportet allegoricè interpretari, quemadmodum ait Auguſtinus de doctrina Chriſtiana lib. 3. cap. 16. ut intelligas te ad beneficentiam renocari: et carbones ignis eſſe urentes pœnitentiæ gemitus, quibus ſuperbia ſanatur eius qui dolet ſe inimicũ fuiſſe hominis, à quo eius miſeriæ ſubuenitur. Eiuſdem generis eſt præceptum illud Deuter. 25, Non obligabis os boui trituranti. nam in ſpeciem abſurdũ uidetur, de ea re præcipere. Quotuſquiſq; enim ſolet boui obligare os? Itaq; rectiſſimè interpretatur Apoſtolus, eo per allegoriam ſignificari, fideliter laborantibus in Euangelij miniſterio, haud denegãda uitæ neceſſaria. Tertiò, neceſſitas cogit allegoriam adhibere, quando ſenſus Grammaticus pugnat cum ſana doctrina, uel aduerſatur bonis moribus. Præcipit Chriſtus Matth. 5. ut oculũ ſiue pedem, qui offendiculi cauſa eſt, eruas, abſcindas, abs te proijcias. Sed quãdo ſine

peccato, quod his uerbis mandatur, haud posse
ci, cogit profectò necessitas allegoricã interpre
nem inquirere. Itaq; recte Chrysostomus in Mat
mil. 17. nõ de membrorũ disturbanda compage
fieri astruit, sed malum argui uoluptatis: deq;
sermonem, qui nobis familiaritate iunguntur.
dam igitur esse uoluptatem: fugiẽdos & propu
qui à pietate nos abducũt. Permulta huius gen
currũt in Canticis canticorum: ut de multis uxo
& concubinis sponsi, de cõtrectatione uberum,
luptuarijs conuiuijs. Imò totus hic liber ex perp
allegorijs conflatus est. Item Ieremiæ 25. Bibite
ebriamini, uomite & cadite. Vbi loquendi form
similitudo de ebriorũ moribus sumpta est, not
incredibiles omniũ regnorũ perturbationes, qu
ximæ strages secuturæ. De qualibus sententijs
stinus de doctrina Christ. lib. 3. cap. 22. Si quæ fal
quit, leguntur à patribus etiam sanctis, quæ
horrent à consuetudine bonorum, qui post adu
Domini diuina præcepta custodiunt, figuram
ligentiam referãt, id est, ad mysterium, per alleg
factum uerò ipsum ad mores non transferant. C
docunq; igitur huiusmodi loci fiunt obuij, nec
ad allegorias confugitur: quandoquidem inter
tio Grammatica si retinetur, errores non par
gnit. Sic enim natus est error Anthropomorp
Deo tribuentium humana membra & adfectu
nollent locutiones illas de Deo in scripturis u
iuxta tropum quemadmodum decet accipere. S

ter errarunt Euchitæ, semper orandũ esse stolidè con
tendentes, quia in Euangelio dicitur: Oportet semper
orare, & nunquam intermittere. Quamuis hic synec-
dache potius occurritur errori, q̃ allegoria. Sed illorũ
error crassior, minusq; tolerabilis, qui seipsos castraue
runt: quòd in Euangelio prædicẽtur beati, qui seipsos
castrauerint propter regnũ Dei. Liquet igitur, necessi
tatẽ interdũ imperare, ut allegoricæ interpretationes
in medium adducantur. Iam uerò utilitas suadet, adhi
beri allegorias: quando nimirum, siue in historijs, siue
in præceptis & concionibus, tam in lege quàm in E-
uangelio obuijs, uerba ipsa Grammaticè sumpta, nul-
lam uidentur adferre utilem doctrinam, aut institu-
tionem: uel si aliqua apparet, longè tamen proueniret
uberior, ubi interpretatio allegorica adiungeretur.
Quod exemplo planum faciam. Legis in historia Ia-
cob, quomodo deceptus fuerit à socero Laban: quomo
do Liam acceperit, putans se potiri Rachele: quomo-
do pro Rachele tot annos duram seruitutem seruie-
rit: quomodo interea gregem suum mira solertia au-
xerit, uirgulis uersicoloribus ad canales positis. Hic
autem exigua, aut nulla uidetur utilis doctrina esse
proposita: sed potius fraudes, astutiæ, stultus amor,
cæcum cupido. Quamobrem ut fructum aliquem de-
rerpas, expediet te omnia per allegoriam explicare:
sine dubio procul, sub duro cortice literæ, inue-
nies suauem nucleum spiritus, & non iniucunda
mysteria. Nos aliquando iuuenilis exercitij cau-
sa, ita fumus in scholis interpretati. Liam dixi-

mus adumbrare philosophiam humanam: Rachel
uerò, diuinam, siue Theologiam: pro hac autem
pienda omnes labores uigiliasq; impendi debere.
aspernandam quidem philosophiam humanam,
bis obtrudi eam contigerit: sed tamen finem
omnium, ad rerum diuinarū cognitionem
dam tendere. Interea autem nobis amplissimos
obtingere, dum in studiorū cursu perseueramus
ipsius Laban, id est, mundi & carnis impostur
obsistere, quo minus optatis tandem bonis
Alius fortè aliter, & commodius doctiusq; Legi
per diuersa præcepta in Leuitico, uel alio
de sacerdotio, de cæremonijs, sacrificijs, obser
bus diuersis: atq; horum quidem, quando sola
tur sententia grammatica, nullus planè nobis
cum eæ functiones legales nunc sint abrogatæ
modo ad nos pertineant. Quo igitur fructum
spiritualem ex his capias, cōsultum est interpre
nes accersere allegoricas, ad uitæ tuæ institutio
liter comparatas. Sic autem Origenes, Cyrillus
rius, præcepta legis cæremonialia propè omnia
Græcos enarrarunt: apud Latinos aliquoties
cit Augustinus. Relinquitur ergo, in istiusmodi
ne ueluti steriles sine fructu prætereantur, op
re allegoricas interpretationes concinnari: in
uerò locis nequaquam. Nam ubi perspicuæ
riæ, quæ per se satis largiter doctrinam salutar
peditant, quales in libris Iehosua, Iudicum,
Regum plurimæ, ubi item nuda cōtimentur

mores informantia, uelut in libris didacticis, Prouerbijs inquam, Ecclesiaste, Hiob, Psalmis, superuacaneũ fuerit allegorias anxiè interserere. Nam neq; necessitas, neq; utilitas, laborem eum ibi requirit.

Porrò quomodo allegoricæ interpretationes formari debeant, explicemus. Est autem eiusmodi hoc artificium, quod potius usu frequentiq; exemplorum ab aliis tractatorum dijudicatione, quam præceptionib. aliis addisci queat: attamen in gratiam tyronum, quo de allegorijs quas ab alijs subinde proferri uident, prudenter iudicare adsuescant, aliquot generales obseruationes proponemus. Sit igitur hæc prima.

Obseruatio I.

Non uacat temeritatis nota, qui putat quouis loco allegoricas interpretationes in medium producẽdas. Earum in modũ labefactat ea audacia scripturarũ auctoritatẽ. Statim enim suspicãtur auditores, nihil certi scripturã in se habere, & liberũ esse ad quemuis locum quamuis adsuere interpretationẽ. Quam ob causam Porphyrius nostræ religionis doctores irridebat: Iulianus itidẽ inuidiosissimè nostris exprobrabat. Sẽper reuerà oportet dispicere, quemadmodũ diximus, ubi fieri illud postulet necessitas, uel suadeat utilitas. In ulla in re, certè in hac sobrios parcosq; esse decet.

Obseruatio II.

Si animus est allegoriam texere, uide in primis, ut interpretationis eius quam meditaris, sententia alibi in scripturis clarè & à sq; tropo expressa reperiatur, detracto uclamine, analogiæ fidei respõdeat.

Cum enim allegoria omnis ad docendos auditores rebus pietatis instituatur: par est, in ea simplex doctrina ueritatis eluceat. Quocirca tutum non est, quod allegorias ab alijs fabricatas recipere: sed exigere oportet ad uerbi Dei normam & perpendiculum.

Obseruatio III.

Dabitur deinde opera, ut Allegoriæ intra ... doctrinæ limites coerceantur, nec nõ potissimum ... sentur in locis communibus Euangelij atq; doctrinæ Christianæ. Extra hæc septa qui eas deducit, gratiam quam quòd iniuriam facit sacræ scripturæ, tum ... auditores lædit magis quàm adiuuat: & de ipso ... potest, quòd, iuxta prouerbium, extra oleas curr...

Obseruatio IIII.

Debet insuper allegoria uerè per omnia quadrare ad partes siue sententiæ, siue historiæ, quam enarrandam suscipis: neq; pugnare ullo pacto cum præcedentibus in ea, aut sequentibus. Etenim si dissentiat, ... giusq; petita sit tua interpretatio: durior erit, ... omnem amiserit gratiam. Non quidem quòd necessariũ sit, singulas particulas & circumstantias superstitiose excutere: sed interim eas quæ principales ... causamq; cum primis illustrant, præterire ... quam conuenit.

Obseruatio V.

Eo autem artificio formari uult allegoria, eo ... natu uestiri & comi, ex quo quasi maiestas quæ ... ei accedat, & unde auditores iudicare queant, ... dus aliquod ei inesse: neq; institutam modò ad ...

tam animorũ delectationem, uerumetiam ad mouendos quoad fieri licet adfectus. Quòd si hæc uirtus absit, frigida planè erit interpretatio, censebiturq; parũ dextrè tractata.

Obseruatio VI.

Neq; etiã iusto diutius immoraberis, aut longius q̃ causa postulat persequeris. Vnde quibusdã placet sufficere, si allegoriæ paucis tantùm uerbis argutè, & cum quadã suaui acrimonia, perstringantur uerius, q̃ pertractentur. Quod genus usurpatũ cernimus in sacris literis, & propterea meritò imitandũ. 1. ad Cor. 9: Nõ obligabis os boui triturãti. Num boues curæ sunt Deo? ãn hoc propter nos omnino dicit? Propter nos hoc scriptũ est, quòd sub spe debeat is qui arat, arare: & qui triturat sub spe, spei suæ particeps esse debeat. Item Apostolus ad Ephes. 5, quæ de institutione coniugij, deq; mutua dilectione uiri & mulieris cœperat, eleganter persequitur, exponens de Christo & Ecclesia: Mysterium, inquit, magnum est, uerùm ego loquor de Christo & de Ecclesia. Qua interpretatione, quamuis breui, coniuges ad officium uehementer excitat, & matrimonium magnificè extollit. Siquidem non obscurè innuit, maritum in domo, quæ modò pia sit ac Christianè instituta, personam sustinere Christi, uxorem uerò Ecclesiæ: adeoq; in familia quamlibet exigua, quandam imaginem Ecclesiæ eluxere. Christus Matth. xi 16, iubens discipulos cauere sibi à doctrina Pharisæorum & Saducæorum, utique succincta allegoria de fermento. Historia de Mo-

se uelante faciem suam, ex libro Exodi cap. 34. ... artificiosissimè 2. ad Cor. 3. exponitur, de exce... Iudæorũ. Etiamsi typum ibi excuti, nõ malè qui ... ret: Allegoria tamẽ fuerit aptissima, si de ijs inter... temur, q nostra tempestate ueritatis fulgore ... possunt, & traditiones hominũ uerbo Dei ...

Obseruatio VII.

Etsi uerò breues allegoriæ esse debeãt, per... tamen, minusq; intricatas esse oportet. Obscur... nis cùm intelligẽtiam impediat, utilitatem tol... uerò & fastidium gignit.

Obseruatio VIII.

Cum nihil obsit, quo minus unus idemq; loc... riè per allegoriam enarretur: cauendum tamẽ ... res interpretationes adhibeantur: aut si forsan ... locus, atq; inueniatur etiam apud doctiores ... citer expositus: ea tamen sola erit usurpanda ... tio, quæ plus habet gratiæ, magisq; conuenit ... & uersatur in locis communibus, atq; alibi ... ris comprobata legitur. Extat hæc regula apu... stinum in Commentarijs ad Psalmum octauum ... quam enim uersum illum & sequentes, Omn... cisti sub pedibus eius, oues & boues, &c. per... riam fuisset interpretatus de potentia Christi, ... subiecit: Non quia ista nomina isto solùm mo... ligi & explicari possunt, sed pro locis. nam ali... significant. Et hæc regula in omni allegoria ... da est, ut pro sententia præsentis loci consi... quod per similitudinem dicitur.

Sed obseruationes plures cõgerere supersedemus. Magis optamus, ex ipsa allegoriarum artificiosa tractatione, qualis tum in sacris libris, tum in sanctorum patrum commentarijs conspicitur, addisci quæ huc pertinent: quàm ex nostris adnotatiunculis. Augustinus, ubi illi uisum fuit allegorias adiungere, cæteris patribus uisus est felicior, sicut etiam parcior. Recentiores non ita multum, & ni fallor, ad euitanda apud imperitos offendicula (nonnulli enim nostra ætate allegorijs mirè abusi sunt) sese in his exercuerunt: etiamsi quidam excellentis ingenij homines egregium ac dignum imitatione præbuerunt specimen. Exemplorum lectio, et accurata eorundem examinatio, magistra ac dux in hac arte erit.

Postremo loco dicendum, quis allegoriarum sit usus, & quousq; censeantur admittendæ. Sobriè & rarò adhiberi debent: semperq; habenda auditorum, præsertim infirmorum, ratio. Nam quanquam tu dextrè tractes, non tamen omnes eodem sensu atq; adfectu percipiunt. Quamobrem consultissimum est, laborare cum primis in colligenda doctrina morali: uel potius iuxta Apostoli traditionem, in eruendis dogmatibus, redargutionibus, institutionibus, correctionibus, consolationibus. Hæc omnium bonorum ac doctorum sententia, cui refragari phas non est. Ferè autem sic usuenit, qui allegorias audet crebrò cudere, facilè in errorem labitur: certè profert nonnunquã, quod periti & boni contemnant, imperiti ac malcuoli deridcant, quo deniq; infirmi offendantur. Minuitur sanè

haud parum apud iſtos, quod & nuperrimè dixi
pturæ autoritas: & quicunq; uident eam propen
fabularum poeticarum more adeò uariè expon
nantur protinus, modicum aut nihil in ea eſſe
doctrinæ, nec non quam in partem libuerit pr
ptantium adfectu poſſe pertrahi. Quo nomine
phyrius & Iulianus, ut ſemel retulimus, religion
ſtræ doctrinam uniuerſam conati ſunt per calu
in contemptum adducere. Et apud doctos paſſim
lè audit Origenes, quamuis in figurandis allego
minimè durus. Reprehenſionem incurrit etiam
broſius, quem apparet alicubi obliquè perſtri
Hieronymo, quòd ſcribens in Lucam, Petri nega
uiolenter & per allegoriam excuſare ſtuduerit.
inquit in commentarijs ad Matthæi caput 26, q
pij adfectus erga apoſtolum Petrum, locum hun
terpretatos, ut dicerent, Petrum non Deum neg
ſed hominem. & eſſe ſenſum: Neſcio hominem,
ſcio Deum. Hoc quàm friuolum ſit, prudens lect
telligit: ſi ſic defendunt Apoſtolum, ut Deum ne
cij reum faciant. Idem Hieronymus in præfatio
Abdiam prophetam, ſeſe ipſe damnat, qui iuuen
uenili temeritate interpretatus fuiſſet Abdiam
phetam allegoricè, cuius hiſtoriam non intelle
Quid quòd auditores ipſi ſtatim ducunt idem
quod doctori, licere? Dum autem uotis non ſuc
(neq; enim poſſunt arte moderari inueniendi di
nendiq; habenas) neceſſariò gignunt monſtroſa
uiones. Quo pacto Priſcillianiſtæ impia dogmata

pertinac

pertinaciter tutati sunt, contendentes, quæcunq; contra ipsos proferebantur, esse allegoricè explicanda. Eadem uesania nonnulli monachi, suum defenderunt turpe ocium, atq; alia uitia. De utrisq; legimus apud D. Augustinum: de illis quidem, in catalogo hæreticorum ad Quoduultdeum: de his uerò, libro de Opere monachorum. Nostra memoria uidimus Anabaptistas allegorijs magnopere delectatos, atq; ijs permultum efficisse ad sua paradoxa apud imperitos stabilienda. Adhæc, quod tu unam in partem per allegoriam interpretaris, alius pari confidentia idem interpretabitur per allegoriã in partem prorsus diuersam. ex quo fit, quòd Anabaptistæ sæpenumero pugnantes inter se enarrationes adducunt: et quæ ipsi iunctis phalangibus contra nostros eiaculantur, eadem nostri mutato paululum interpretatione, statim retorquent in illos, non aliter quàm solent exercitati milites clypeis excepta hostium tela iterum in hostes uibrare. Quid mirum? sic nonnulli imperiti se in hac arena exercent, tanquam si ludus ijs esset, allegorijs confingendis certare, & tanquã si scripturam haberent uice pilæ palmariæ. Ergo quod dicere cœperamus, rarò, & nõ nisi maturo consilio, allegorias in medium proferre adsuescas. Improbandum quidem est, nolle usquã ultra sensum Grammaticum progredi: at multo improbandũ uehementius, uelle ubiq; & quauis occasione ad allegoricas interpretationes conuolare. Recipientur igitur allegoriæ, primùm, quando palàm est, iusta de causa produci: nimirum uel propter necessitatem, uel

propter

propter notabilem utilitatem. Secundò admitte
ubi eum in modum fuerint conformatæ, quem
mus à præstantibus artificibus atq; docendi mo
præmõstratum, quemq; nos aliquot regulis sum
cunq; complexi. Tertiò recipientur allegoriæ,
ad uitæ institutionem seu correctionem, nõ aute
dogmata fidei comprobanda sint parata. nam
gorijs non ducuntur argumentationes necessa
tantùm probabiles atq; uerosimiliter suadentes
admodum rectè asseuerat Augustinus, in epist.
centium. Quartò, quòd si ad dogmatis confirm
adducta allegoria uidebitur, at nõ nisi postrem
cum occupabit, post alia uidelicet argumenta
pturis deprõpta, quæ euidenter citra tropum,
nimo citra obscuritatem, atq; necessarijs conscie
bus, id quod rei caput est stabiliunt. His inqui
ditionibus allegoriæ locum obtinebunt: certum
ita explanatas non modò nihil obfuturas, uerum
commoditatem haud paruam ex eis percipien

Enimuerò delectant in primis, excitantiq;
segnes & fastidiosos, in oratione præsertim gra
longa: ubi profectò si quid inexpectatum aut
profertur, eo tædium leuari omnes protinus sen
Quamobrem & Rhetores studiose præcipiun
quæ ornant, illustrant atq; delectant, aspergen
quorum genere licet allegorias cõstituere, pra
affabrè cõpositas. Præterea ut auditores adfec
ita utiles quoq; allegoriæ erunt. Si enim docti
rint, & minimè refractarij, allegorijs afficien

non placidè excipient, quicquid per doctorem eruditum & pium remota omni curiositate profertur. Et gaudent ij, confirmanturq; in sana doctrina, quando uident argumentum quod tractatur, uariè in sacris libris signatum seu delineatum inueniri. At uerò apud Imperitam plebem nequaquam pari cum fructu allegoriæ proponẽtur. Adhæc, si forsitan dubitare aliquis incipiat, utrum iuxta Spiritus sancti mentem historia uel sententia illud significet, quod per allegoriam innuere astruitur: huic suspicio omnis adimetur, ubi aduerterit interpretationem analogam & conuenientẽ esse cum doctrina fidei. siquidem prius ad doctrinæ caput atq; ad consentientes scripturæ locos, quàm ad artificium interpretis, conuertere mentis aciem oportet. Postremò, cùm uarijs modis Scriptura nõnunquã enarratur, eius cõmendatur fœcunditas, & multiplex commoditas. Præclarum enim hoc est, quòd historia uel sententia obuia, non illud modò significat, quod uerba simpliciter sonant: neq; solùm suppeditat locos morales, uerùm etiam adfert aliquid sublimioris intelligentiæ, & de Christo, de lege, de Euangelio, de Ecclesia, de spiritu & carne, deniq; de omni pietatis officio nobis ualde eruditas, nec minus salubres admonitiones proponit. Ergo, ut finiamus, allegoriæ delectant, docent, & scripturarum prædiuitem ubertatem commendant. Ac fieri reuera non potest, quin ex multiplici enarratione, cum iudicio tamẽ facta, fructũ auditores aliquẽ cõsequantur. Quod unius palato minus sapit, alterius palato pergratũ erit. Manna cœlesti quidam

dam magnopere delectabantur, quorundam uer
macho ciebatur nausea: ita in multitudine sunt
uaria scripturarum explicatio arridet: sunt qu
splicet. Id cuiq; uehementer prodest: quo plurim
citur. Intellige autem, dum constat de doctrina
tate. Nam quæ doctrina per se impura aut uitia
qui prodesse queat?

QVID FACIVNDVM, VBI LO
occurrit intricatus, è quo te nulla uia
tes expedire. Cap. XXXVI.

QVæ ad uerã scripturarũ intelligẽtiam
trati sumus cõducere, ea nos candidè
fide in cõmune contulimus. Quòd si
tiunt se ex hisce auxilium cõsequi, bene est: ga
nostrũ officiũ rectè collocatũ: qui netiã Deo op
pro illorũ profectu gratias q̃ possumus maxima
mus. Si uerò cogũtur adhuc multis locis subsis
que obseruationũ quas tradidimus ductu uadẽt
pedire, dicã quid faciundũ existimẽ: idq́; ne aut
re cognoscẽdi incensi, curiose prorumpãt quò
cet: aut difficultate uicti, animos despondẽtes,
bros de manibus abijciant: quorũ illud detesta
quo modo arrogantiã, istud miserandã pusilla
tem arguit, utrumq; uerò cum periculo cõiun
Quãdo igitur locus occurrit obscurus & uehe
intricatus, ne pigeat eum sæpius repetere. Fie
queat, quin ex frequẽti repetitione lux aliqua
tur. Ne pigeat etiã Spiritũ sanctũ, cuius propr
nus est, nos omnem docere ueritatẽ, orare, quo

mentis tibi aperiat. Quarũ duarũ rerũ initiò omnes admonuimus. Post orationẽ, diligẽter inſpectis ijs quæ antecedũt & ſuccedũt: deinde tam cauſis & circumſtantijs, quàm reliquis quæ huius ſunt generis: eam interpretationem uenaberis, quã probabile eſt ad mentem ac uoluntatẽ ſcriptoris quàm proximè accedere, quæq; cum ſana doctrina fidei cõſentit. In qua interpretatione tantiſper licebit conquieſcere, dum apertior & certior ſeſe obtulerit. Siquidem retineri tutò poteſt, quæ à fidei linea non exorbitat. Vbi uerò poſt temporis interuallum, uel ex mutis magiſtris, id eſt, ſcriptis commentarijs, uel ex uiua uoce præceptorũ, tũ manifeſtiora, tũ inſtituto magis accõmoda accepere: ne ita adblandiare tibi ipſi, ut poſteriorẽ aſſerneris, priorem uerò à te excogitatam mordicus tuearis. Prorſus improbi ac duri oris eum meritò ſentiamus, qui meliora docentis uocem recuſat benignè audire.

Beatus martyr Cyprianus, Tertulliani ſcripta, in quibus tamẽ taxãtur nõnulli errores, tãti faciebat, ut ferè ſine eorũ lectione diem præteriret: & quoties à lectore poſtulabat ſibi tradi, hãc uſurparet uocem, Da magiſtrũ. Quamobrẽ nos quoq; aliorũ doctorũ hominum, præſertim de quorũ integritate mentiri fama uetat, commentarios religioſè uenerabimur, atq; fidos magiſtros haud grauatè agnoſcemus. Quòd ſi ne hac quidẽ ratione, id eſt, neq; ſcriptis, neq; uiua uoce alio-rum, tibi ſatis fit: idq; fortaſſis, aut quia autores quos conſulis, obiter tantùm locum dubium attingunt, uel non quàm obſcurè ſententiã ſuam reddunt: aut quia

ipſe

ipse non potes ob captus tui imbecillitatem quil
lint assequi: equidem nolim te animo discrucia
tius, sed moneo cogites tuo aliquo bono fier
nonnulla te lateant: ut non dicam, ad scripturæ
dignitatem amplificãdam facere, si quædam n
nus intelligantur.

Primùm non est necessariũ, quæ in libris sac
condita sunt, percipi abs te omnia. Multa nulli
dispendio ignorantur. Qui tenet præcipua d
Christianæ capita, egregiè doctus est, quamui
ditos recessus sublimium mysteriorũ non cõsc

Secundò, quum te nonnulla fugiunt, admon
agnoscas, quosdã esse gradus in rerũ diuinarũ
tione: neq; subitò, sed paulatim sacra addisci. Non
tur magister, qui nõ extiterit longo tempore
lus. Christus suos sectatores dicebat non pot
cta capere, se præsente: plenius autẽ à suã
Spiritus sanctus mitteretur, multa intellecturos
16. Quinetiã ijdem Apostoli multo post accep
ritum sanctum, quædam clarius quàm antè p
bant, de quibusdã interim difficultatibus dub
tantes, quo splendidius eluceret ueritas. Actor
solus confitetur, se paruulum sapuisse ut par
uirum factum, longè aliter cœpisse iudicare.
13. Et ad Eph. 4. quidam describuntur in agmi
lij Dei pueri, quidam in mensurã plenè adulti
crescentes. Vide igitur tu, & tecum reputes, q
promoueris, & in quota classe sis collocandus.

Tertiò, quoties offeruntur quæ captum

tis parasangis
scere infirmit
ψυχικὸν esse
sunt spiritus D
cognitionem n
quis humilior,
percipiendã n
ne, inquit ille,
tua. Et in mor
sunt sapientibu
Quartò, ac
accenditur disc
apparent, sæpe
scere. Et quisq
habitationis &
exemplũ uider
& quotidie scr
uis annunciari
Audaces regi
permotus est a
quomodo prop
Quintò, tua
sionem præb
et clauem Da
Claus. Deus nam
perit nisi pulsa
tionẽ ipse pulsa
perturum est
bii: Math. 7.

tis parasangis superãt, toties cogêris tuarũ uiriũ agno
scere infirmitatẽ, atq; cõfiteri, te etiamnũ carnalẽ &
ψυχικὸν esse hominem, qui sapere nondũ possis quæ
sunt spiritus Dei. Quæ profectò cognitio utilitatẽ &
cognitionem nõ paruã, & certam secum adfert. Quo
quis humilior, eo magis idoneus efficitur, ad expeditè
percipiendã numinis uoluntatem. Bonum mihi Domi
ne, inquit ille, quia humiliasti me, ut discam mandata
tua. Et in more habet Pater cœlestis, quæ abscondita
sunt sapientibus, ea paruulis reuelare: Matth. 11.

Quartò, acuitur eo pacto in te diligẽtia, pariterq;
accenditur discẽdi cupiditas. Quæ obscura difficiliaq;
apparent, sæpenumero auidissimè oẽs expetũt cogno
scere. Et quisqs generosi est spiritus, excelsiq; animi, is
dubitationis & incertitudinis est impatiẽs. Cuius rei
exemplũ uidere licet, tũ in Thessalonicensib. qui Act.
17 quotidie scrutabãtur scripturas, an ita se haberẽt,
ut annunciari audierant: tum in Eunucho, præfecto
Candaces reginæ Aethiopiæ, qui ex difficultate loci
permotus est ad rogãdum humiliter abs Philippo,
quomodo prophetæ uerba intelligi deberent: Act. 8.

Quintò, tua insciti a, & mysteriorũ amplitudo oc
casionem præbent inuocandi eius opem, qui solus ha
bet clauem Dauid, & potest soluere signacula libri
Esai. Deus namq; inuocari gaudet, nec facilè ostium
aperit nisi pulsantibus. Et ne pigri essemus ad inuoca
tionẽ, ipse pulsari præcepit: ne uerò dubitaremus, sese
aperturum est pollicitus. Pulsate, inquit, & aperietur
uobis: Math. 7. Si ad primã uel secundã precationẽ nõ

obtines quod flagitas, ne mireris. Diuina est ord
tione constitutum, ut per omnem uitam in rerum
ritualiũ palæstra athletæ maneamus. Discimus e
quàm diu uiuimus. Ac præstituit quidem Deus
unicuiq; cognitionis modum: ueruntamen aut
exauditionis, aut mensuram donationis sibi præ
nõ patitur. Vides ergo, quemadmodũ tuo bono
dam tibi patefiunt: ita tuo quoq; bono aliqua
recludi. Sextò: Quid quòd eadem ex re accedit
scripturæ incredibilis quædam maiestas, atq; e
toritas apud omnes crescit? Nam uel hoc nomin
lus non eam miratur, suspicit, colit: quòd uidet
tes ac maximarum rerum peritos homines, ad
uinas sub humili oratione reconditas, obstupesc
multis locis quò autor Spiritus sanctus intend
tum, ne suspicari quidem posse. Quis ualde esse
me dubitabit, quod adeò industrijs uiris inexp
manet? Diuus Augustinus antequam nostræ re
nis sacris esset inauguratus, cum cæterà quidẽ d
mus, uniuersæq; philosophiæ humanæ habere
esset callẽtißimus, de se ipse fatetur, Confeßion
7. cap. 19, quid sacramenti cõtineret illud Ioan
bum caro factum est, nũquam se uel cogitatio
uisse apprehendere. Citò in contemptum uen
cuiuis de media plebe fiunt peruia. at quæ non
mediocres, sed principes huius seculi, omni ciui
entia imbuti, & magni nominis, non attingunt
pra humanam sortem posita, & non nisi ijs qu
ritus Dei afflarit accessa esse, oportet omnes,

nolunt, largiantur. Atque hinc toties auditur repetita Apostoli Pauli, inuisa sanè impijs aduersarijs, sed tamē iusta gloriatio, qua passim prædicat, se loqui sapientiā Dei in mysterio reconditam quidem illam, & præfinitam ante secula, sed ad gloriam omnium credentium sibi reuelatam, principibus autem seculi minimè cognobilem: 1 ad Cor. 2. 3. Scitè dictum est ab Augustino, ad Psal. 119. Qui diligit Dei legem, etiā quod in ea nō intelligit, honorat.

Septimò: Sed & illud scire debes, quædā reuera in scripturis esse reposita, quæ curiosius rimari ne expedit quidem, uel si maximè foret integrū. Ab alijs enim prudenter abstineas, quoniam sunt nimis ardua, humanis ingenij uires excedūt: ab alijs uerò, quoniā etiam perceptu exiguā adferrēt cōmoditatē. In priori ordine collocari possunt pleraq; de natura Dei, de Trinitatis mysterijs, de prædestinatione, atq; similibus rebus canis: quæ indicantur uerius quàm exponuntur. De quibus apparet sensisse Apostolum, quando ait: Sibi raptō in tertiū cœlum esse uisa, quorū non licet apud homines fando meminisse. Idem ad Rom. 11. in locū arduum ac difficilem de electione ac reprobatione incidens, non prosequitur longius, sed orationis præcidēs filum, exclamat: O altitudinem diuitiarum & sapientiæ & cognitionis Dei, q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uiæ eius. In posteriori ordine sunt hæc: Qualis, uel ubi nunc sit paradisus, in quo Deus initiò cōstituit hominē ex puluere formatū: quē in locum sublatus sit Elias, uel Enoch: quot sint cœli

ſupra firmamentũ,& quod nam illud tertiũ, a
Apoſtolus ſe raptum commemorat: item ab inſ
curioſis homimib. agitari ſolitæ quæſtiones, dis
logijs, logomachijs,& ſimilibus ineptijs. Ex e
riculoſum eſt,& ſcrutari maieſtatem cuius op
ris gloria, quemadmodũ docet nos omnium
uidit mortalium ſapientiſſimus Solomon, Pro
mouere pugnas legales, ſiue inutiles quæſtio
quales omni ſtudio deuitandas præcipit do
rerum diuinarum Apoſtolus, 1. ad Timoth. 1. &
Timoth. 2. ad Titum 3. Sanè ſicut in alijs neg
in rerũ obſcurarũ inueſtigatione mediocri
non ſine cauſa auream quidam nuncuparun
mè eſt commendabilis.

Age igitur bono ſis animo, quiſquis es, et p
feras quædam intricata dubiaq; relinqui: q
hac tua ignoratione, ad agnitionem tui, ad
tem, ad diligẽtiam, ad inuocationem diuina
uocaris: deinde uerbi Dei dignitas magis a
ſe exerit. Parit iſta ignorãtia, magnarum re
alioquin uidebaris neglecturus, in te ſcientia
de cauſa, doctam quoq; ignorantiam poſſim
interpretari. Niſi enim ſalebræ & impedim
dam tibi obſtarẽt, ingeniũ tuum moderari
& nullo modo ad capeſſendas res per ſe
quas commemorauimus, excitareris. Et
deſt, mentem hac ſpe confirmari: quòd ubi
iſta terrena, quæ ſemper aliquo errorum
caligine percellitur atque obtenebratur,

mus,ad scholã sumus peruenturi cœlestem,in qua dabitur audire cõmunem omnium qui libros sacros ad posteritatem transmiserũt,præceptorem,sanctum inquam Spiritum:dabitur perfectè cognoscere uniuersam religionis doctrinã,non ueluti in speculo aut ænigmate,sed absolutam,defæcatam,puram,& æternam: imò res ipsas diuinas dabitur uidere,& contemplari, quales per sese existunt.

QVOD PRAETER SECRETAM librorum sacrorum lectionem, necessum sit audire eorundẽ publicos interpretes. Cap. XXXVII.

SAtis copiosè demonstrauimus,quomodo qui primùm sese Theologiæ addixerit,à quotidiana domesticaq; lectione sacrorum librorum initiũ formandi studia sua faciet,atq; ad altiora uiam parabit. Etsi uerò priuata illa ac solitaria lectio nunquã sit intermittenda:tamen absolutum Theologum haudquaquam efficiet.Vt enim neq; in pictura,neq; in statuaria artifex renunciabitur, qui tantùm nouit primas aliquot ducere lineas,aut fortassis ad unum exemplar rem quampiam utcunque effingere: sed necessum est paulatim alias post alias imagines atq; figuras exprimat,deinde aliquoties apud peritos specimen sui edat profectus:ita nequaquam Theologus formabitur,qui solã Bibliorum lectioni intra parietes incubuerit: sed requiritur uaria & longi temporis exercitatio, quæ idoneum faciat ad prodeundum in arenam,atque aliquid laude dignum exequendũ. Fit modo nescio quo,

clancularijs studijs, quamlibet laborioſis, raro ſuc-
ſus reſpondet: atq; ingenia, perinde ac ferrũ, ſine
& ſine publicæ gloriæ uel ignominiæ calcaribus
betantur, deniq; omnem uigorem amittunt. Q
ergo ſeriò Theologicari deſiderat, ſciat ſe debere
ſecretas lectiones, modò cupidè audire præſtan
ros docentes, modò cum paribus aut etiam ſupe
bus de rebus ambiguis conferre: modò ea ſcripto
ſegniter excutere, in quibus ſumma quædam &
communes rerum Theologicarum continentur:
dò audita lectaq;, præſertim lectiſſima quæq; in
tas referre: modò diſputationibus, declamation
atq; id genus progymnaſmatis tanquam luctis
litationibus, ecquid promouerit, in cœtu ſtudio
experiri: modò deniq; ea in quocunq; ſcriptor
nere perquirere atq; inueſtigare, quæ ad guber
nem Eccleſiaſticam, iuuandamq; credentium ſa
tem proficiunt. Certè qui hos labores ſementis
animo non pertulerit, iniquum eſt cum diuitem
ſem ſperare.

Verum quidem eſt, Deum pro arbitrio ſuo lu
cognitionis rerum ſpiritualium incrementa: et
Deus non patitur nos ordinaria iſta adminicula
pendere. Profectò enim ueroſimile non eſt, in
& torpentibus Spiritum ſanctum ſubuenire. A
ſedulorum, inquit Sapiẽs, impinguabitur. Prou
Ergo in his omnibus, quomodo quis ſeſe gerat,
lium dabimus, atq; certis capitibus ſiue notati
cuncta cicumſcribemus. Antę omnia, quędam

diendis sacrarum literarum professoribus à nobis dicentur.

1 Itaq; erga doctorem, perinde atq; erga ipsum doctrinæ genus, quàm optimè esse adfectum auditorem oportet. Propterea patris loco præceptorem habendum & colendum, quidam non abs re præceperunt. Culpa nõ caret, qui nihil se in doctore uidere ait, quod miretur, uel laudet. Nõ solùm enim sibi, uerùm etiam alijs uehementer is nocet. Nam præterquam quòd uel optimè dicta ei displicent, ideoq́; memoriæ commendare aut rectè uti auditis non satagit: tum uerò & alios cupit mali sui contagio inficere, atq; ad contemnendum præceptorẽ mouere. Profectò si ex eo quem oderis, ne manuariã quidẽ artẽ rectè discas, quanto minus sacra? Itaq; lectionẽ sacram adire ijs adfectibus debes, quibus sacrũ epulum: ubi nimirum omnia quæ apponuntur, cum ueneratione quadã probas. Cibus, lumẽ, oratio non prosunt, nisi grato animo accipienti.

2 Quo autem ad diligẽdum colendumq́; præceptorem toto animo propendeas: non displicet, pariter inuitam ac doctrinam eius, ciuiliter & amanter inquiri. Hæc enim duo coniuncta, sicut magnum ei in quo perfecta sunt, adferunt ornamentum: ita eximiè charum omnibus bonis reddunt. Optimè sanè ille docet, qui docet etiã uitæ integritate. Ac nescio quî fit, multo cupidius auditur, atq; penitius infigit auditorum mentibus, qui quæ egregiè de uirtute ac pietate commentatur, eadem uitæ actionibus exprimit. Et nõ modò spectari uelim, an doctor à craßis, et quib. fex uulgi

ea, Ceremoniæ, Traditiones humanæ, Functiones Ecclesiasticæ, Magistratus, Resurrectio uniuersalis, Iudicium extremum, Vita æterna, alijq; quos postea luculentius recensebimus. Sunt autem hi loci, tanquam elementa, & cõmunia quædam principia Theologiæ, & sine quibus ægrè possis ad altiora progredi, sine quorum aliquanta cognitione, nihil unquã certi de quæstionibus in Theologia propositis constitues. Vsq; eò nihil laude dignum uel in Scholastico, uel in Ecclesiastico cœtu præstabit, qui in Locis communibus excutiendis sese non aliquandiu, & diligenter exercuerit. Hinc uerò factum, quòd omnibus retrò seculis sancti quidam patres, facilè inter eruditos clarissimi, de profectu piorum soliciti, in id sibi elaborandum existimarunt, ut præcipuos locos communes uniuersæ doctrinæ Christianæ, in breues libellos, ueluti in fasciculos digererent, legendosq; in publicũ proponerẽt. Quanquam non hæ modò causæ quas antè commemoraui, uerum etiam aliæ quædam, uetustos Patres ad hunc laborem impulerunt. Etenim locos illos animaduerterunt, in sacris utriusque Testamenti libris tantum carptim hinc inde, & mira ubique breuitate perstringi: deinde, qui eosdem libros ex professo interpretantur, admodum succinctè locos incidentes percurrere, & uix unquam ad fusiorem descendere explanationem: ad hæc fieri haud posse, ut quiuis, quæ de unoquoq; loco cõmuni, aut in libris sacris, aut in eruditorum interpretum commentarijs perlegit, statim, & quoties libuerit, reducat in memoriam, emunctéque quod

quod ueritati diuinæ est consentaneum desin
arbitrati sunt plerique se facturos operæpreci
multorũ piorũ partim simplicitati & imper
tim memoriæ consulturos, si summam doctrin
stianæ in unum quasi corpus contraherent
quid de singulis locis tum in libris sacris, tum
lentium hominum probatis enarrationibus
sent, distinctis appositè capitibus complec
Itaq; primus ferè aggressus est id facere,
num à Christo nato centesimum octogesim
mens Alexandrinus, qui in celeberrima schola
logica Alexandrina edidit libros στρωματεῖς
totidem ὑποτυπώσεων. In quorum priore
sacris confert etiam philosophica, ad docen
rum conuincendosq; gentiles: in posteriore
cris literis depromit uniuersa, referente Eu
storiæ Ecclesiasticæ libro 6. cap. 11. Post quem
sius quidam, incertum Corinthiúsne, an
nus, similiter ὑποτυπώσεων Theologicarũ
lumen. Origines, quem discipulum Clemen
li credunt, Alexandri Seueri Imperatoris
ad annum ducentesimum trigesimum, exhib
sijs libros quatuor, inscriptos περὶ ἀρχῶν,
adhuc extant: sed cautè legendi, sicut eiusc
ris omnia. Ad annum ducẽtesimum quinqu
floruit Cæcilius Cyprianus, qui euulgauit
nem Symboli, quod uocant Apostolicum: pre
bros tres aduersus Iudæos, quos nõ absre
accenseamus. Quamuis prius illud opusculũ

esse, pleriq; omnes pernegant, atq; Rufino malunt tribuere. Gregorium Nazanzenum circiter annũ 380, libros quatuor de Theologia conditos reliquisse cernimus, sed qui toti contra Eunomiũ & contẽporaneos hæreticos in causa diuinæ Trinitatis consumũtur. Plures autem locos cõmunes, tunc in Ecclesia frequenter tractatos, idẽ enumerat, & nihil aliud quàm enumerat, in Apologetico. Anno quadringentesimo, aut paulo post, beatus pater Augustinus diuersos concinnauit libros, ad hanc classem deducẽdos. De uera religione lib. 1. Enchiridion ad Laurentium lib. 1. De Ecclesiasticis dogmatibus librum unũ: quẽ tamen non esse Augustini, pluribus argumẽtis euincitur, etiamsi tyronibus, minimè sit contemnendus. Eiusdẽ farraginis est liber de fide ad Petrum Diaconũ, utpote de quo, num Augustinũ parentẽ habeat, non absre ambigitur. Cæterum dignissimi lectu sunt libri eiusdem, ut reliquos prætereamus, de spiritu et litera, de natura & gratia, de peccatorũ meritis & remissione, de fide & operibus, de perfectione iusticiæ cõtra Cœlestinũ, in quibus præcipuos & grauissimos Theologiæ locos accuratè discutit, omnes uelint nolint fateri debẽt. His iure adiungatur libellus, titulum ostentans Sententiarũ Prosperi, quas ex Augustini operib. esse coaceruatas nemo dubitat. Vixit autẽ Prosper, si modò idẽ hic est cuius meminit Gennadius, post Augustini ætatẽ anno sexagesimo. Post septingentos et triginta ferè annos ab humana natura per Christũ assumpta, magno in precio habitus est apud Græcos Ioannes Damascenus, qui non

non pauca ſcitu neceſſaria digeßit in libros quæ
περὶ τῆς ὀρθοδόξης πίστεως nuncupatos. Cuius u
gijs ingreſſus eſt apud Latinos circiter annum
ſimum ducenteſimum uiceſimum, Petrus Lomb
epiſcopus Pariſienſis, multa corradens ex diuer
Theologorum libris, quæ iudicauit ſtatui Eccle
ſui temporis maximè conuenire, in quatuor libr
xemplo Damaſceni opus ſuum diſpartiẽs. Nostr
dem tempeſtate nonnulli eximij uiri, deprehen
tes in opere Lombardi multas contineri intr
quaſdam uerò & ſuperuacaneas quæſtiones, in
bus extricãdis etiam prouecti ſudant, & ſe fru
tigant: nonnulla item in eo inueniri doctorum
num ſuffragijs, publicarum inſuper ſcholarum
ris exploſa, damnataq́;: conati ſunt ſuccinctius, &
niſi neceſſarijs in medium productis, locos com
Theologicos aperire. De quibus, quandoquidem
res ſunt, & plerique adhuc ſuperſtites, atq; m
publicam utilitatem libris diuulgatis de Eccle
bene meriti, egregiam laudem (abſit uerbo in
ipſi ſibi promeriti: ſatius eſt nihil dicere, qu
ſupra modum eos extollere, aut non ſatis pro
tate prædicare: quorum altero adulationis, alter
uidiæ notam me incurrere neceſſum foret. Ha
di proinde libros uide in tempore conquiras
præcipuè uerò ab Auguſtino cõſcriptos: deinde
Lombardi, non neglectis uoluminibus quor
aliorum, & in his etiam recentiorum. In qui
mnibus, quomodo cum fructu, & ſine pericul

sari possis, non pigritabimur paucis & concisis obser
uationibus consilium nostrum explicare.

Obseruatio I.

Principiò è pluribus locorum communiũ scriptoribus, unum aliquẽ cæteris præstantem, consilio præceptorũ uel consodaliũ adhibito deliges: eumq; maximè, cuius intelligis ampliſsimam esse in Ecclesijs uel scholis autoritatẽ, & cuius dictis niti audeas. Hunc de omnibus depones nunquam, hunc unum leges diutiſsimè, hunc audies & sequeris tanquã fidum ac probatum magistrum: adeoq;, quantum modò salua uerbi Dei dignitate fas est fieri, in huius uerba iurabis. Etenim si initio modò hunc, modò illum, aut multos simul eodem tempore, tibi attingẽdos, raptimúe percurrendos arbitraris: præterquam quòd lædes ingenium, etiam paucula certò dilucideq; percipies.

Obseruatio II.

Quòd si autor quem delegisti, nequaquam in publico prælegitur (nã aliquos subinde libros ex cataloge propositi, præsertim D. Augustini, aut alterius cuiuspiã præclari doctoris, in gratiã studiosorũ adolescẽtum in scholis enarrari consultũ foret) sapienter fece ris, si adiungas tibi quosdam è familiaribus, seu commilitonibus, cum quibus quotidie statis horis locos communes repetas, & piè candidéque de ijsdem disputes. Hæc repetitio seu dissertatio efficiet, primùm ut ipse singula maiore cura solertiaq; introspicias ac meditẽris: deinde, ut quæ non assequeris, ab alijs auidè facilè explanari. Fieri aũt non potest, quin ubi plures simul

simul consultant, tandem unus aliquis quod rectum, utileq; est peruideat: sicut ubi multi tali, tandem & Venus iacitur.

Obseruatio III.

Siue porrò solus, siue cum alijs priuatim publicè enarrari audias locorum cõmunium rem, obserua etiam atq; etiam methodũ, qua denda doctrina sacra utitur: & non tantum cos, uerùm etiam quo ordine, quaq; cohæren los explicet. Vbi in initio certam autoris semel deprehẽderis, expedita erit uia sine ne ut pergas. Alius alio docet tum magis pe pulariterq;, tum fidelius & purius.

Obseruatio IIII.

In ijs locis excutiendis, rectéq; percipiẽ pendes temporis atq; operæ, quos animadu senti ætate frequẽtius ac diligentius in Eccl ri: si modò eiusmodi sunt, ex quorũ explan publica haud turbatur, atq; infirmorum fi scientiæ non læduntur. Nam diligẽtia, ex qu dissidium uel offendiculum, diligentiæ laud men amittit, ac detestabilis curiositas appell quàm diligentia meretur.

Obseruatio V.

Quòd si intricata quædã, aut supra capi obueniũt, ne in his eruẽdis diu teipsum excr in aliud tempus inquisitionẽ differto: uel cõ mũ consulito, qui quod abstrusum & claus tur reserãdo, molestijs te possunt liberare. C

libri aliorum scriptorum, uel collegarum amica collo
quia, uel denique uiua præceptoris uox, uice sunt com
mentarij, atq; nodos omnes nullo negocio dissoluunt.
Aliquoties præterea incidunt apud scriptores locorũ
communium nonnulla rectè quidem proposita, & ali-
quo usq; deducta, sed de quibus ad extremũ nihil cer-
ti definitur: perinde atq; si consultò dataq; opera in
medio relinquere, atq; lectores dubios dimittere, ui-
delicet illis fuisset. Hoc igitur ubi fit, ne matures pro tuo
arbitrio certam de re incerta ferre sententiam: uerùm
tardes potius & procrastines, alijs id muneris concedens. Aut certè perquiras, num apud scriptorẽ quem-
piam, qui modò cæteros uincat autoritate, constitutũ
inueniás, quòd ad cãm ptinet, atq; eruditis facit satis.

Obseruatio VI.

Quando uerò continget, te in consilium adhibere
scripta aliorum, atq; eorum maximè qui in exponen-
dis locis communibus sudarunt: diligẽter quidem per-
legas omnia, sed ita, ut memineris te in scriptis uersari
humanis, id est, errori obnoxijs. Quamobrem mentis
aciem defigere semper oportet ad expressum in sacris
literis, q; Testamenti libris uerbum Domini, quod re-
cta est norma siue amussis, ad quam debẽt omnes ho
minum sententiæ exigi: quæq; sola discerni potest, num
quid à recta ueritatis linea dimotum hiet, protube-
rans. Quicquid fundamento scripturæ sanctæ nõ in-
hibit, necessum est breui corruat. Omnis planta quã
non plantauit pater cœlestis, extirpabitur: Matth. 15.
Hominum quidem, errare ac labi in multis: at uer

bum Domini ſolum erroris expers, & incor-
manet, cui neq; addere neq; demere quicquam
Stellæ quædam nonnunquam cœlo uel ſuo
offuſcantur. Aliquoties ipſe ſal ex parte ſi
Vſq; adeò nemo eſt, qui non ſaltem uerbo,
minimè credit, offendat. Ergo, quod dicere
etiam atq; etiam, quid à ſcriptore quem leg
tum ſedulò expende, quouſq; id cum ſcript
conueniat, perſpicueq; per hanc probetur.
lud eſt, quod ſibi uoluerunt, qui patrum
moria, libris ſententiarũ Petri Lombardi
publicarum ſcholarum cenſuras: quibus
paucis pronunciatis nigrum θ præfigitur.
ptinet, quod Tertulliani, Origenis, Auguſti
rundam aliorum ſanctorum Patrum
let annecti liber de Eccleſiaſticis dogmat
tè eruditorum hominum præfationes
quæ lectores admonent errorum, quos
pulos naufragium minantes, uitare in

Obſeruatio VII.

In omnibus uerò ſcriptoribus qui locos
cõgeſſerunt, operæprecium eſt attentè obſ
modo pro ratione ſui ſeculi, atq; Eccleſiæ
tum cum ipſi uiuerẽt fuit, alios atq; alios
maiori cum diligentia expoſuerunt: prout
uas quæſtiones in Eccleſia agitatas atq;
ſtat: atq; aliquando neceſsitas ſiue occaſio
ctari aliquos plenius poſtulauit. Quocirca
uidemus in libris περὶ ἀρχῶν, locos

nasse, quos præterierunt posteri. habuit namq; sui secu
li rationem. D. Augustinus in libris quos suprà enume
rauimus, de ijs disputat rebus, quas ante ipsum uix ulli
attigerunt. Subministrabant uidelicet Manichæi, Do-
natistæ, Pelagiani, cæteriq; aduersarij, materiam no-
uarum disputationum. At Ioannes Damascenus non
pauciora, quæ inaudita fuere maioribus, admiscuit:
quod genus sunt illa perquàm subtilia libro tertio, de
duabus naturis in una hypostasi, propter Petrum
Gnaphæum et alios hæreticos, qui in Christo conaban
tur duas ὑποστάσεις seu personas ostendere. Item de
duabus in Christo uoluntatibus, secundum duplicem
eiusdem naturam: propter μονοθέλητας. An uirgo
Maria rectè dicatur mater Dei, propter reliquias Ne
storianorum. Præterea, an diuinitas in morte Christi
fuerit separata ab anima & corpore Christi? Et lib.
4. An duas naturas beata uirgo conceperit? An duæ
naturæ in cruce pependerint? haud dubiè propter
eorundem hæreticorũ disceptationes. Ad hæc, de ado-
ratione ad Orientem, de sabbato externo & interno,
propter Iudæos. Item, de adoratione crucis, de san-
ctorum & reliquiarum honore, de adoratione imagi
num, partim quidẽ propter Saracenos, qui, quod ipse-
met indicat in libro de Hæresibus, obijciebãt Christia
nis idololatriã, ceu statuarũ cultoribus: partim uerò
ob dissensiones de ijs reb. inter Christianorũ ecclesias
oriẽtales et occidẽtales excitatas, duorũ Imperatorũ
Cõstãtinopolitanorũ, Leonis Isauri, et Leonis Armenij
cuspicijs, ut ex Io. Zonaræ tomo 3, et aliorũ cõmẽta-

rijs licet cognoscere. Propter Iouiniani insuper sectatores, qui uirginitatem immodicè extenuabant: quasi uirginitas præstet coniugio. Postremò, quòd Deus non sit causa mali: quòd item non sint duo principia, propter quosdam de fæce Manichæorum relictos. Apud Petrum Lombardum porrò statim incurrunt in oculos permulta, de septem sacramentis, de causis cõiugalibus, de diuersis receptaculis in inferno, alijsq; id genus locis, de quib. apud priscos uix quicquã mentionis.

Ad eundem uerò modũ, quicunq; post hos, nostra aut patrum nostrorum memoria, locorũ cõmunia lumina in lucem ediderunt, eos locos iudicarunt præ cæteris sibi iudicio prudentiaq; singulari illustrãdos, de quibus controuersias in Ecclesia persæpe exortas: ueluti, de authoritate Ecclesiæ, de potestate episcopi Romani, de humanis traditionib. de libertate Christiana, de hominis iustificatione, &c. Quæ cum ita sint, debet, quisquis hoc genus librorum uult cum fructu legere, pleneq; intelligere, etiam temporũ aliquo modo tenere historiam: necnon studiosè percunctari quales eo tempore, quo liber qui est in manibus exhibebatur, controuersiæ in Ecclesia extiterint: qui deinde uiri doctrina excellentes tunc in precio fuerint habiti: à qualibus item factionibus uel hæresibus Ecclesia tunc diuexatæ: tum, ubinam habitæ synodi: quæ item quibus de rebus in ijsdem definitum: & si quæ hactenus finia. Etenim hæ potissimùm res præbuerunt scriptoribus occasionem tractandi nouos locos: atque quisq; conatus est suis optimè consulere homini-

Ita minimè potuit illos prætermittere intactos, de quibus tunc erant inter eruditos digladiationes. Quinetiam meminisse decet, scriptores interdũ coactos quæ[illegible]dare tempori: & in erroribus à quamplurimis et [illegible] receptis, solere uel inuitos & dolentes conni[illegible]quomodo apparet ipsum quoq; Apostolum de se [illegible]dissimulanter confessum, quando ait, se cum desi[illegible]bus aliquãdo desipuisse. Itaq; est omnino his de [illegible] pernecessaria historiæ temporum mediocris [illegible]atio.

Ceterùm quantum hãc ad rem requiritur, tantum [illegible] ex historijs Ecclesiasticis, uel ex illis scriptorib. [illegible] hæresibus, de concilijs habitis, de uitis & san[illegible]bus Romanorum pontificum, uel aliàs de Eccle[illegible] negocijs libros reliquerunt, cognosci potest. [illegible] Henrici Pantaleonis Basiliensis Chronogra[illegible] edita, iuniorib. instar multorũ librorũ erit.

Obseruatio VIII.

Iustè postremò fecerit, qui, ubi ad dogmatis com[illegible]nem adferuntur firmamenta è scripturis san[illegible] ex priscorum Patrum commẽtarijs, libros eos [illegible] illa mutuò sumpta sunt, si nancisci queat, i[illegible]: atq; num simpliciter & perspicuè illud [illegible] quod asseritur, explorabit. Plures sunt cau[illegible] impellunt. Nonnunquam inuenies quædã, [illegible] alicuius nomen præferentia: quæ tamen apud [illegible] nominatum minimè leguntur, sed ex alio po[illegible] deprompta. Quales certè locos aliquot in Pe[illegible]bardo (siue autem librariorum, siue ipsius au

toris incuria, ambigitur) possemus nullo negocio cõmonstrare. Occurrunt deinde, quæ in eius quidem autoris qui nominatur uoluminibus reperiuntur, sed in illis opusculis, quæ notha et falsò adscripta esse doctorum hominum censuræ declarant. Quàm multi hoc genus libelli sunt accumulati, si inspiciantur opera Cypriani, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, aliorumq; quorũ decãtata sunt toto orbe nomina? Quocirca bene profectò meriti sunt de studijs Theologiæ, adeoq; de tota Ecclesia, D. Erasmus Roterodamus, cæteriq; sagaces & emunctæ naris uiri, qui existimarũt sibi inuigilandum, quò τὰ γνήσια & legitima sanctorũ Patrũ opuscula, à spurijs & subditicijs separarẽt. Deprehenditur autem Petrus Lombardus permulta ex eiusmodi adulterinis libellis, in primis D. Augustino attributis, imbecillia & nullius ponderis argumenta exprompsisse. Aliquoties uerò adducuntur nonnulla ex probatæ monetæ libris, sed mutila & hiantia, aut uerbis paululum immutatis, ut etiam sæpiculè quædam appareat in ipsa sententia diuersitas. Crebrò insuper alienum refertur pronunciatum, & quidem ad uerbũ simplicißimè, uerùm longè alio sensu, aliumq; ad fin quàm ab autore fuerat conscriptum. Sed demus, integrè atq; secundum mentem scriptoris omnia esse recitata: superest adhuc disquirendum, an idem scriptor in loco uicino, antecedente uidelicet aut subsequente, aut in alio opere, sententiam eandem constanter tenetur. Neq; enim nouum est, unum eundemq; autorem diuersis temporibus, diuersum de eadẽ re tulisse iudi-

...Hieronymus & Augustinus ipsi fatẽtur, se aliud ...aliud iuuenes sensisse. Sed quorsum addam plu... Quando igitur in referendis alienis sententijs, fre... & uarijs modis error uel obscuritas induci... non de nihilo est quod admonemus, ut solerter ...dantur pronunciata illustrium autorum, quæ ...firmãda dogmata, à scriptoribus locorum com... subinde in mediũ produci uiderimus. Si quæ ...rea sunt in hoc genere obseruãda, ea ex alijs ca... in quibus, quanta animi attentione euoluen... ueterum scriptorũ monumẽta, explicabimus, ...pi poterunt. Ista in præsenti proposuisse tyroci... adhuc facientibus, sit satis. Restat ut quomodo ...quisque locos communes ipse sibi congerere de... fideliter ostendamus.

QVOD VNVMQVEMQVE SIBI priuatim suapte industria locos communes colligere oporteat. Cap. II.

Quisquis autem in uotis habet aliquid laude dignum in Theologia aliquando perficere, non erit quidem contentus aßidua librorum ...proximè commendauimus lectione: sed omni ani... contentione sciet sibi enitendum, ut sua ipse indu... locos communes quàm plurimos, in primis uerò ...quib. frequẽtius proponi posse quæstiones suspica... ex ijs quæ apud quoscũq; scriptores notatu digna ...in unum uolumen cõgerat. A' quo nostro con... ...parũ necessario, minúsue utili, ne quis abhor

reat: rationes aliquot, quæ unumquenq; ad subeundũ hunc laborẽ prouocare, nec prouocare modò, sed impellere quoq; & quasi instigare queant, exponere nõ grauabimur. Primùm, etsi plures extãt autores qui locos cõmunes ex professo tractarũt, atq; tu ex his unũ, fortè etiam alterum, ueluti tutè in omnibus sequendũ semper circumfers manibus: attamen quàm multi sunt loci ab alijs excußi, quos tui isti præceptores ne attingunt quidem? Imò quàm multas quæstiones, perutiles interim, ac cognitu necessarias, uidentur isti data opera præterijsse? siquidem pleriq; rati sunt se strenuè obijsse suum munus, si eos saltem locos explicarent, quos animaduertebant sua ætate paßim uocari in quæstionẽ, atq; frequẽtius in Ecclesijs urgeri. Quamobrem eorum locorum qui prioribus seculis expositi fuerant, ipsi nullam prorsus habuerũt rationem: multò aũt minus de ijs definire quæstionibus potuerunt, quæ secutis temporib. agitatæ sunt. Quid? quòd nonnullis scriptoribus curæ fuit, non nisi selectos & maximè necessarios locos, eosdemq́; compendiosißimè complecti, adeoq́; simplices tantùm referre de dogmatib. sententias, siue definitiones Ecclesiæ catholicæ probatas? Quam ob causam placuit eis, sententiarum uel dogmatũ titulos suis libris præfigere. Quæ cum ita sint, intererit profectò eius qui paulo est animosior, atque ad magna aspirat, ex diuersis scriptoribus Theologos locos communes omnis generis, atq; omnium propè temporum, cum affinibus quæstionibus diligenter in unum uolumen cõgerere: deinde ad ea quæ succinctè

per

per alios cõprehensa sunt, nonnunq̃ noua firmamen-
ta, & obiectionum quæ adferuntur dilutiones, item q́;
contrariorum dogmatum confutationes subijcere: &
summã, omnia illa coaceruare, adnotareq́;, quæ ad
hanc illustrandũ aliquem locum cõmunem accõmo-
dare iudicantur. Secundò: Quomodo poteris de ijs i-
sis locis communibus, quos ab alio descriptos aßiduè
perlustras, sanum ferre iudiciũ, atq; quantũ ponderis
habeat quæ asseruntur decernere: si non aliorũ quoq;
notitias de ijsdẽ locis & argumẽtis audias, cõferasq́;?
Conferre aũt accuratè & sapiẽter, quo pacto commo
dum licebit, quàm si ex alienis scriptis quamplurima
decerpas, & præcipua bene dictorũ capita separatim
in libro aliquo cõsignes? Tertiò: Quòd si præterea li-
cet, quemadmodũ decet Theologiæ uacantem, tum sa
cra Biblia, tum diuersa sanctorũ Patrũ, uel etiã recen-
tiorũ scriptorũ monumẽta de rebus Theologicis euol
uerit statim deprehendis, in his præcipua capita cœle
stis philosophiæ sparsim, et interdum mira breuitate,
quasi punctis, ut sic loquar, demõstrari. Atqui de ijs
ipsis capitibus, exactum si cupis parare iudicium, om
nia quæ ad illa pertinent quasi methodo quadã cõ-
prehendere, atq; infigere memoriæ: tua sanè intererit,
quæcunq; hincinde scitè dicta occurrunt, solerter ob-
seruare, eligereq́;, necnon ad certas classes cuncta quæ
ipsam fuerint argumenti transferre.

Quinetiam si fortè apud aliquem scriptorem loci
inueniuntur copiosè, &, quod nonnunquam fit, iu
dicibus enarrati: è re tua fuerit, theses atq; conclu-

ſiones, quæ duntaxat ſummam rerum ponũt ante oculos, elicere ac notare. Vſq; adeò uerò quod hic dicimus, facto opus eſt, ut qui hac uia ex optimis ſcriptoribus optima quæq; in ſuas chartas tanquam in ſcrinium reponere neglexerit, iudicari haud poßit aliquid in omni uita cum fructu perlegiſſe. Quartò: Quis autem ſibi polliceri audeat tam felicẽ memoriã, qua omnia quæ legerit retinere animo, aut in libris quos præſentes habet, quouis tẽpore ſtatim reperire poſſe confidat? Quomodo etiam illa quiſpiam memoria repetet, quæ in libris mutuò ab alijs acceptis, & quos nõ ſemper habet ad manum, ſemel legerit? Quare qui ſapit, & rectè ſecum reputat, nihil unquam tam altè infigi mẽti, quin breuißimo tẽporis ſpacio rurſus excidat: is ſine mora ſtudebit probatißima quæque à ſe lecta, libris committere: qui reuera uel ſoli, tanquam fidi nomenclatores, nos quouis tempore omnium eorum admonere queũt, quæ meminiſſe maximè cupimus. Quæ diligentia cùm in omni diſciplinarũ genere ſit omniũ doctorum hominum conſenſu apprimè neceſſaria: nec inſanire cum ratione ille uidetur, qui à Theologicis ſtudijs arbitratur excludendã. Quintò: Efficit inſuper propoſitum ac ſtudiũ colligendi locos communes, ut quæcunq; in manus tuas ueniunt, maiore cum attẽtione animi perlegas: et nuſquam nõ ſagaciter expendas, ecquid incidat, ad locum aliquẽ communẽ referendũ. Itaq; ſi ulla alia re, at hac una præcipuè, diligens in te excitabitur obſeruãdi cura: ingenij uiuacitas acuetur: rectè iudicandi facultas prouehetur & confir-

confirmabitur. Sin uerò colligere locos cõmunes non est constitutũ: ad omnia quæ legis oscitare, aut dormitare te ipsum senties. Sextò: Quãtos porrò progressu studijs facias, non ferè poteris aliunde certius cognoscere, quàm ex diligentia tua in digerendis locis communibus impensa. Ille uidelicet optimarum rerum aeruus, plurimum te profecisse, documẽto erit apud omnes. Fallere quidem te potest tuus familiaris, de tuo profectu pronuncians: & adulator nõ erubescit blandè occinere, te egregiam esse laudem promeritum, etiam cum torporis & ignauiæ tua tibi testis est conscientia. At uerò sudores tui in uolumine locorũ communium exhausti, minimè tibi imponent: sed quod res est, apertè simpliciterq; testabuntur. Et profectò quicunq; unquam te absente, seu uiuo, seu mortuo, in eiusmodi uolumen à te concinnatum incident, seduli-tatem tuam uehementer mirabuntur, suspicient & prædicabunt: addam, & eruditionem non uulgarem, si modò candidi fuerint, tribuẽt. Quàm audimus te cœlum extolli seniorẽ illum Plinium, quem omnes ferunt nullum propè momentum temporis passum effluere, quo non aliquid legeret, aut scriberet, aut dictaret? Ad eundem uerò modum credas, & ab illis te celebrandum, quibus cõtinget egregios tuos labores aliquando inspicere, atque iusta trutina ponderare.

Septimò: Postremò constituas oportet ante oculos, regẽtes et admirabiles fructus, quos ex sudoribus istis capies. Primùm, quæ apud optimos quosque autores obseruaueris scitu maximè digna, quemadmodum libro,

bro, ita memoriæ quodãmodo inscripta ea erunt, neq; facilè excidẽt. Descripsisse, fermè est memoriter didicisse. Deinde, si tibi in scholis adhuc uersanti animus est, aliquando aut disputationibus, aut declamationibus, aut alio quouis præexercitamẽti genere, specimẽ edere, apud multitudinẽ, tui in Theologia profectus: facilè unus omnes reliquos hac in parte superabis, si locos cõmunes uarios tibi in tẽpore cõgesseris. Quin etiam, uel ex tempore de quouis themate Theologico oblato, si iubearis, aptè et cũ gratia poteris dissertare.

Ad hæc, quòd si cõstituis uel in Ecclesia, uel in schola docendi munus tandem suscipere: cogitare profectò debes futurum, ut interdũ multiplices quæstiones tibi proponãtur, & cõsilium iudiciumq; tuũ audire nonnulli gestiant. ibi uerò nulla res maiori erit præsidio, quàm uigiliæ tuæ in colligendis locis communibus, in adolescentia feliciter insumptæ. Compendiosissima namq; erit uia ad inueniendum quod opportunè respondeas, omni tempore locos tuos communes adire, & ex ijs multa congruentia exceptare.

Si deniq; desiderat quispiam clarum nomen libros conscribendo adipisci, erunt sanè & ad hanc rem loci communes maximè accommodi. Quid multa? sicut solers & laboriosa formica granis, quæ iugi labore per æstatem conuexit in aluearium, læta fruitur, ac sese pascit in hyeme: muscæ aũt, quæ turpi ocio & quasi lusibus tempus omne æstiuum perdiderũt, tunc inopia ac fame enecantur: ita qui in adolescentia, cum adhuc honesto ac liberali ocio scholastico gaudere datur, quàm

plurimos

plurimos undiq; ex omnium bonorum authorum scri
pta locos cõmunes coaceruarint, uberes suæ diligẽtiæ
fructus in uirili ætate fructus, quorum alios quoq;
participes facere poterunt. qui autem nullos omnino
locos, cum tempus erat, sibi parauerunt: hi sine hono-
re inanes & ignari, semper obscuri manebũt. Non
autem dives auarus uoluptatem capit ex auri argen
ti quod per fas ac nefas corrasit, aspectu & contem
platione: quantã capiet uir eruditus ex locis commu-
nibus, à se in adolescẽtia collectis. Hæ igitur præcipuæ
rationes (nam aliæ quoq; addi possent) magnũ apud
omnes rei Theologicæ studiosos pondus habere de-
bent; tanquam audito classico ac signo dato cõ-
currere, ut statim omni industria ac studio conentur
sibi quendam thesaurum lectissimorum locorum
communium sibi parare, ex optimis quibusq; scripto-
ribus optima quæq; adnotando, atq; in libros memo-
riales referendo.

VARIAE FORMVLAE COLLIGENDI locos communes in Theologia. Cap. III.

Si uerò iam planè cõstituit aliquis locos cõmu
nes colligere, huic antequã ad opus aggredia-
tur, perquàm necessariũ est, ut præformatam aliquam
totius Theologiæ methodũ animo comprehensam
habeat, ex qua peruidere atque cognoscere possit, qui
sint & quales existant præcipui cœlestis philosophiæ
fontes, quæ præterea propriè ad municipia & colo-
nias Theologiæ deduci debeãt. Quomodo enim in ul-

la disci-

la disciplina locos communes cum iudicio & utilitate obseruabit, qui non habet compertum, quibus præsertim in rebus disciplina eadē uersetur, & quæ ad eandem propriè pertineant, quæue ab eadē sint remota? Atq; eo quidē magis necessariū est, methodum, qua omnes, aut certè præcipuos Theologiæ locos cōplectatur, ante oculos habere expositā: quo manifestius constat, sanctos Patres plerosque eam neglexisse: quippe qui arbitrati sunt, se officio suo probè perfunctos, quando eos locos, theses, hypotheses, et quæstiones uberrimè explicarunt, quarum cognitione uidebant suæ ætatis homines maximè egere: et quos iudicabāt sufficere ad cōfutandos gentiles philosophos, uel hæreticos: aduersus quæ duo hostium genera perpetuum illis bellum erat. Quod uerum esse facilè intelliget, qui capita librorum, quos illi de locis cōmunibus scripsere reliquerunt, ordine inspiciet, atque aliqua animi attentione examinabit. Itaq; quo rerum diuinarum studiosi minus uentuti hac in parte subsidiū adferamus, nos aliquot formulas methodi uniuersæ Theologiæ describemus, in quibus ordo omnium propè locorum animaduerti poterit, & ex quibus unusquisq; sibi deligere aliquam tanquam Thesei filum, si ita uideatur, sequendum labore colligendi, queat. Vna quidē formula sine grammate cōtenti esse potuissemus: sed quia, quemadmodum capita, tot sententiæ: & interdum alius aliam rationem sibi ipse præfigere gestit: atque inciuile prorsus est, quod prodesse ullo modo potest, tegere aut dissimulare: ideo formas plures non illibenter subijcimus.

Prima

Prima formula ac dispositio locorũ communium, ex D. Augustino.

Ex ueteribus quidẽ, ut Clementẽ, Dionysiũ, Origenem, Cyprianũ, Gregorium Nazanzenũ omittamus, quos Augustinus, præcipuos locos cõmunes Theologicos fidelissimè exposuit: quamuis sparsim potius, et in uariis opusculis, quàm uno aliquo libro. Quia tamen quibusdã libellis conatus est idem seorsum facere, ideo ex ipso primã formã tanquã in tabula cõspicienda exhibebimus. In opere igitur de uera religione sex uelut primarios locos recenset, plurima interim alia digna & affinia ijsdem attexens.

1 Religio: quodq; ea inquirẽda, & quænã uera sit.

2 Lapsus hominis: quæ causa huius, qui modus, &c.

3 Quòd malum siue peccatum non sit à Deo, sed ab homine, propter Manichæos pleniss. imè disputatur.

4 Lex, ex qua fluit cognitio Dei, & nostræ imbecillitatis.

5 Fides.

6 Charitas.

7 Iustitia.

8 Vita futura.

His capitibus tanquam basi, uniuersa moles doctrinæ religiõis innititur. Cæterum in Enchiridio ad Laurentium, magis perspicua delineatur locorum series, quæ sic habet:

Fides.

Spes.

Charitas. Hæc tria se habent ut fundamentum:

atq;

atq; ad reliqua omnia quæ sequuntur, tanquã ad obiecta, respiciunt.

4 Deus.

5 Trinitas.

6 Creatura. Mox de causa mali: propter Manichæos.

7 Homo.

8 Hominis lapsus.

9 Peccatum.

10 Restitutio hominis. ubi de merito, gratia, libero arbitrio: & quidẽ, ut probabile est, propter Pelagianos.

11 Fides in Christum.

12 Christus Deus & homo, mediator, reconciliator, remißionis peccatorum autor.

13 Baptismus. ubi de originali peccato, & reatu puerulorum aliquanto plenius, haud dubiè propter Pelagianos.

14 Extremum iudicium per Christum exercendũ.

15 Vita futura, seu gloria cœlestis. ubi de meritis bonorum operum, necnon omnibus pietatis officijs.

16 Damnatio impiorum, atq; pœna.

Non pauca uerò, partim propter philosophos gentiles, partim propter hæreticos, qui uarias tunc mouebant quæstiones, & ex quæstionib. dissensiones & multitudines, interposita sunt, haud tamẽ à capitibus quæ recensuimus aliena. In hoc aũt locorũ ordine atq; situ animaduerti potest quædam docendi methodus, hoc est partium connexio, quã meritò omnes probent. Ac de ijsdem fermè locis, eademq; methodo disseritur in libris, de Ecclesiasticis dogmatibus, ac de fide ad Pe-

tum quos, quarti sunt, apparet ex D. Augustini com
mentarijs esse euulsos.

Secunda formula, ex Ioanne Damasceno.

Ioannes Damascenus hac uia progreditur,

Libro primo:

1 Sacra scriptura.
2 Deus, quòd sit, quodq; incomprehensibilis.
Quòd unus Deus, & non plures.
Pater.
Filius.
Spiritus sanctus.
Trinitas: & quõ pſonæ distinguãtur re ac ratione.
De his quæ de Deo dicũtur, siue in Deũ cõpetunt.

Libro secundo.

1 Creatio, seu creaturæ.
2 Angeli, substantiæ intelligibiles & incorporeæ.
Angeli boni.
Angeli mali, seu dæmones.
3 Mundus cum suis partibus, quæ sunt substãtiæ cor-
porea: ubi & de paradiso.
4 Homo, constans corpore & anima.
Homo ante lapsum.
Homo post lapsum.
Anima cum suis adfectionibus & facultatibus.
Arbitrium, seu uoluntas hominis.
Prouidentia Dei in gubernatione hominis, & re-
rum humanarum.
Præscientia, prædefinitio, prædestinatio hominis à

Libro tertio.

9. Reparatio hominis lapsi p̃ Christũ, factũ hominẽ.
10. Conceptio & incarnatio Christi.

Duæ naturæ in Christo, & quomodo eæ unitæ in una hypostasi, seu persona.

Quæ item secundum utramq; naturam Christo cõueniunt, ac de Christo rectè dici possunt.

11. Mors Christi.
12. Descensus Christi ad inferos.
13. Ascensio Christi in cœlum.

Libro quarto.

14. Fides.
15. Baptisma.
16. Cœna Domini.
17. Antichristus uenturus.
18. Resurrectio mortuorum.
19. Vita æterna.

Quas aũt quæstiones excusserit Damascenus pro Ecclesiarũ sui temporis statu necessarias, indicauimus suprà: quamobrẽ minimè opus est eas à nobis repeti.

Tertia formula, ex Petro Lombardo.

Post quingentos annos, & paulo amplius, Damascenum secutus, & bona ex parte imitatus est Petrus Lombardus, apud quẽ talis locorũ dispositio uisitur.

LIBER primus totus de Deo disserit.

1. Deus.
2. Trinitas.
3. Pater: & quæ de eo dicuntur, quomodo unicum genuerit filium, &c.

4. Filius.

Filius, & quæ de eodem ut Deo dicuntur.
Spiritus sanctus, quæq; de eo dicantur: quomodo ui
procedat, quomodo sit donum.
Rerũ, de his quæ tum de ꝑsonis, tũ de Deo dicũtur.
Dei substantia, & personarum consubstantialitas.
Scientia & præscientia Dei.
Prouidentia Dei.
Predestinatio Dei.
Omnipotentia Dei.
Voluntas Dei. Quibus singulis uariæ adijciuntur
nes, & pleræq; ex Augustino sumptæ.
LIBER secundus, in quo de creaturis, atq; de ho-
ciusq; lapsu.
Creatio, & creaturæ.
Angeli, substantiæ incorporeæ.
Angeli boni, & perstantes, deq; eorundem officijs.
Angeli mali, & lapsi.
Substantiæ corporeæ, creatæ quinq; primis die-
Cælum, aqua, terra, animalia.
Homo creatus die sexto. ubi de anima hominis
Homo ante lapsum.
Homo post lapsum.
Liberum arbitrium, & uoluntas hominis.
Gratia.
Peccatum.
Peccatum originis.
Peccatum actuale.
Peccatum in Spiritum sanctum.

Causa peccati.

LIBER tertius, de lapsi & perditi hominis per Christum reparatione.

19. Christi conceptio, & incarnatio.
Duæ naturæ in una persona.
Quæ de Christo ut homine dicuntur. ubi de sapientia & gratia Christi: item de naturæ humanæ imbecillitate, quam Christus ad se recepit.

20. Christi passio & mors.

21. Effecta mortis Christi, nobis accommodata.

22. Fides.

23. Spes.

24. Charitas erga Deum & homines. ubi etiã de charitate Dei erga nos.

25. Quatuor uirtutes: Iustitia, Fortitudo, Prudentia, Temperantia.

26. Septem dona Spiritus sancti. atq; hic de uirtutibus intellectualibus, sapientia & scientia: simulq; de uirtutum omnium inter se connexione.

27. Decalogus, seu decem præcepta. Pleraq; autem de mendacio ac iureiurando.

28. Legis & Euangelij discrimen.

LIBER quartus, ubi de sacramẽtis, & uita fu[tura].

29. Sacramentum.
Sacramenta ueteris testamenti. De circumcisione.
Sacramenta noui testamenti.

30. Baptismus. Quis autor, quæ forma, qui effectus, quales susci pientes, quales conferentes.

31. Confirmatio, aliàs manuum impositio.

32. Cœna

Cœna Dominica. ubi pro ratione eius temporis di
putationes uidere licet, de conuersione seu transsub-
stantiatione.
Pœnitentia, De partibus eius, atq; adiunctis.
De confessione auriculari.
De potestate atq; usu clauium.
De pœnitentibus recipiendis, uel non recipiendis.
An quædam peccata post hanc uitam deleantur in
Vnctio extrema. (purgatorio?
Ordo Ecclesiasticus.
Coniugiũ, de quo ualde prolixè: qd sit: quæ res effi
ciũt coniugiũ: quæ effecta seu bona cõiugij: de impedi
mentis cõiugij: de gradibus affinitatis: de diuortijs, &c.
Resurrectio mortuorum. ubi de qualitatibus cor-
porum à resurrectione.
Iudicium extremum.
Loca seu receptacula animarum & corporum à
resurrectione atq; iudicio.
Gloria cœlestis parata pijs.
Pœnæ infernales paratæ impijs.

Agnoscis uerò et in his locis, præsertim lib. 3 & 4, quædã diffusè exposita, prout ei seculo conueniebant: quæ in primis illa de quatuor uirtutibus, de donis Spiritus sancti, de uirtutibus intellectualibus: pleraq; item de septem sacramentis: de quorũ nonnullis apud Priscos uix quicquã inuenias literis proditum.

Quarta formula per nos concinnata.

Meritò nunc subijceremus diuersas formas dispo-
nendi locos communes, ex eorum sententia, qui hoc

tẽpore illos accuratißimè collegerũt, atq; singulari iu-
dicio prudentiaq; cùm de omnibus ferè antecedenti-
bus, tum de illis maximè quos in controuersiã ac di-
sceptationem etiamnũ uocari perspexerant: ueluti de
iustificatione per fidem absq; operibus, de traditioni-
bus humanis, de libertate Christiana, de autoritate Ec-
clesiæ, & similibus, satis copiosè disseruerũt: sed quo-
niam libri eorũ paßim sunt in manibus, hoc tempore
prætermittimus. Placet autem unã adhuc formã exhi-
bere, à nobis excogitatã, quam cãdidis æstimatoribus
acceptam fore cõfido: idq; his de causis. Primùm, quo-
niam ea serie sunt primarij loci digesti, ut animaduer-
tere, quisquis ritè expendit, queat, breuem quandam
summã omniũ eorum quæ in libris sacris sunt diffusè
exposita, illis cõtineri. Nam ex ijsdem locis simul coa-
ctis, una propositio conflari potest, quæ cõmune argu-
mentũ siue summã sacræ scripturæ ante oculos clarè
constituet, quod mox declarabimus. Dehinc, cõplecti-
tur hæc forma locos uniuersæ Ecclesiæ semper usur-
patos, & omnibus ætatibus ab initio inde mundi huc-
usq; congruentes. Adhæc, loci hi non modò ualde per-
spicua consecutione sibi inuicem adhærent, & quasi
conuinciuntur: uerùm etiam methodo συστατικῇ, siue
συνθετικῇ, id est, cõstitutiua seu cõpositiua explica-
tur, quam methodũ omnes uno ore maximopere com-
mendant, ceu ad docendum longè aptißimã. Postremò
ita locos uniuersos distinguimus, ut quæcunq; quæstio-
nes, nunc uel olim in Ecclesijs agitatæ, uel aliàs cogni-
tu dignæ existunt, ad eos reduci facilè queant: prorsus

ad genera reducuntur, & sub ijsdem collocantur species. Ac ne tempus inutiliter protrahamus, statim locos ipsos enumerabimus: pariterq́; ita habere, ut dicimus, patefaciemus.

Vniuersæ igitur doctrinæ religionis, quæ in libris suis luculēter pleneq́; traditur, hæc, si bene aduertimus, summa est: Deus condidit mundū, & in eo hominem, ut ex his cōstitueretur Ecclesia: in qua ipse secundū doctrinā legis & Euāgelij, atq; usu signorū siue sacramentorū purè coleretur, ad seculi usq; consummationē. Cuius propositionis sentētia nō obscurè exprimitur Ephes. 1 & 5. Matth. ult. & alibi: quinetiā cūctæ ...ones Mosæ, Prophetarum & Apostolorū, ad eandem propositionē tanquam cōmunem scopum dirigunt, semperq́; in aliquod membrū eiusdem propositionis mentæ sunt. Fluunt uerò ex ea statim hi sex loci:

1. Deus.
2. Natura, atq; homo.
3. Ecclesia.
4. Doctrina.
5. Signa, seu sacramenta.
6. Consummatio.

Hæc sunt, inquam, κεφάλαια γενικώτατα, capita ...ā generalissima, quæ omniū sermonū per sacra ...dispersorū materiā in se continēt: eademq́; tam ...ta, ut ab ipsis tanquā abauis & proauis, plurimi ...descendant, qui deinceps ueluti in familias & co...ones quàm latissimè propagantur. Atqui eius... locos generalissimos semper usurpatos fuisse

uniuersæ Ecclesiæ, atq; omnib. cõuenire ætatibus, non difficile est, si modò partitiones seu distinctiones aptas subijciamus, demõstrare. Prius tamẽ q̃ id p̃ nos fiat, exigit docẽdi ratio, ut locus de sacra scriptura seu uerbo Dei præmittatur: maximè quando nihil in Theologia certum ratumq; astruitur, nisi quod in sacra scriptura est sine inuolucris traditum. Ponatur igitur usitatibuli uice locus separatus.

Verbum Dei, siue Sacra scriptura.

Hinc iam ad locos nominatos patet aditus. Debet autem primus locus constitui, de Deo: simul quòd scriptura omnia ad Deum & Dei cognitionem referri, simul quòd Deus rerum omnium unus autor atq; principium in illa prædicatur.

1. DEVS. Huic connexi sunt & hi loci:

Trinitas personarum.

Pater.

Filius.

Spiritus sanctus.

Attributa Dei: ut, Aeternitas.

Omnipotentia.

Bonitas.

Iustitia.

Prædestinatio, prædefinitio, electio.

Creatio.

Prouidentia & gubernatio omniũ rerũ creatarũ.

Ab his uerò actionib. Dei, creatione uidelicet, & prouidentia, seu administratione rerum creatarum, ad ipsas res creatas descenditur: ac maximè, quia

cum creatore creaturas tam relatione quàm ana-
gia, id est, proportione, consociari.

1. CREATVRA.

Creatura inuisibilis.
Angelus.
Angelus bonus, & perstans.
Angelus malus, & labens.
Creatura uisibilis.
Vniuersum, siue mundus.
Homo.
Homo ante lapsum.
Homo post lapsum.
Arbitrium & uoluntas hominis.

Quando aũt cõstat, mundum, & in eo homines iccir-
ro esse cõditos, ut ex ijs institueretur Ecclesia, in qua
Deo rite coleretur, ac sine fine prædicaretur (Eph. 1.)
monet nos hæc ratio, ut loco de Creatura, proximè
accedamus locum de Ecclesia: quæ statim ab initio est
Dei instituta, necnõ ad finem usq; mundi perstabit,
tandemq; in cœlo perficietur.

2. ECCLESIA.

Ecclesia ante hominis lapsum.
Ecclesia post hominis lapsum.

In Ecclesia aũt ab initio inde mundi ad finẽ usq;, duæ
quidã res, Deo ipso sic ordinante, proponũtur, qb. Ec
clesia alitur, augetur, exercetur et cõseruatur, quibus
Deus coli uult, quibus humanũ genus ad salutem per-
ducitur. Eæ sunt, Doctrina, & signa. Quare his quoq;
suis loci separatim tribuendi.

4. DOCTRINA.

Doctrina ante lapsum hominis.

Doctrina post lapsum hominis.

Distinguo aũt hũc in modũ, tũ Ecclesiã, tũ doctrinã, tum deniq; signa: partim, quòd reuera etiã ante hominis lapsum hæc fuerint sic diuinitùs cõstituta: partim, quò hinc cuidens fiat, locos uti à nobis digeriũtur, omnibus cõuenire ætatibus: eademq; opera declaretur cõmunis & ppetuus in Ecclesia Dei de præcipuis capitibus uniuersæ Theologiæ cõsensus. Qui profectò consensus meritò omnes permouere debet, ut Ecclesiã, atque in ea doctrinã semper eandẽ & immutabilẽ, praeterea signa, quamuis hæc pro tempore mutata, suspiciant ac uenerentur, deniq; cõstanter eidẽ adhereãt.

Omnis porrò doctrina à prima mundi conditione sonãs in Ecclesia, distribuitur in legem & euangeliũ: atq; hæ partes in tribus capitibus, Charitate uidelicet, fide, & spe uersantur: non abs re igitur doctrinæ totidem statuentur membra.

1. Doctrina charitatis.

Charitas uerò, tã erga Deũ q̃ erga proximũ, ex lege discitur: Mat. 22. Ro. 13. Sequitur ergo locus, Lex.

Lex ante lapsum hominis.

Lex post lapsum: Decalogus huc pertinet.

Eò nos deducit lex, ut agnoscamus nos esse peccatores, adeoq; propter peccatũ æternæ mortis atq; damnationis reos. Per legem, inquit Apostolus, agnitio peccati: & per peccatum mors. Rom. 3. & 5.

Itaq; post legem ponentur hi loci:

Peccatum. Damnatio.

Damnatio, seu mors.

Aliqui, quando officia charitatis, quemadmodum ea præcipiuntur, homo non potest plenè præstare, quia eius obedientia eius imperfecta est, ac proinde aliquis per doctrinam charitatis seu legis ad salutem peruenire necessum est ultrà progredi ad doctrinam fidei, in qua salutis consequendæ ratio affatim monstratur. Subijciatur igitur nouus locus:

Doctrina fidei.

Fides nõ habet locum, neq; concipitur in hominẽ nisi annuncietur Euangeliũ. Fides est ex auditu. Rom. 10. Euangeliũ aũt proponit ac prædicat IESUM Christum: quippe per quem, & propter quem, gratia ac ueritas contingit. Exigit interea anteactorũ omnium pœnitentiã, ac deinde fidem in illum ipsum collocatam, ut peccatorũ accipiamus remißionem, iustificationem. Sic namq; Ioannem baptistam & Apostolos audire licet concionantes: Pœnitentiam agite, baptizetur unusquisq; uestrũm, credite (sunt namq; hæc duo quodam ueluti cognatione secum coniuncta) & consequimini remißionem peccatorum: Matth. 3. Luc. 3.

Ex his de causis consequuntur hi loci:

Euangelium, seu Gratia. nam Euangelium etiam gratia appellatur, Ioannis 1.

Euangelium ante lapsum.

Euangelium post lapsum.

Christus homo factus, & mediator.

Pœnitentia.

Sine fide hæc pœnitentia ociosa est.

Iustificatio

Iustificatio, seu uita.

Hæc locorum series passim in Paulinis Epistolis, aliisq; libris sacris demonstratur. Restat tertia doctrinæ Ecclesiasticæ pars.

3. Doctrina spei.

Spes præcipuè in apprehẽdendis fidei ac iustificationis fructib. occupata est. sed horũ fructuũ, cum alij in hac uita, alij nõ nisi post hanc uitã præcipiãtur, ea positè de his ipsis fructibus constituentur tales loci.

Expectatio uitæ æternæ.

Remissio peccatorum ad finem uitæ usq;

Resurrectio à morte.

Quemadmodũ autem ad partem doctrinæ ueritatis referri debet uniuersus Decalogus: ita sub partibus de doctrina fidei & spei continetur, quicquid spectat ad symbolum uocatum Apostolorum.

Hæ igitur sunt partes doctrinæ, quam Deus statim ab initio in prima Ecclesiæ institutione extare et prædicari uoluit, quamq; æternã & immutabilẽ uult conseruari, quomodo & autor eius Spiritus sanctus (qui prophetas & Apostolos suo afflatu imbuit) æternus & immutabilis existit. Potuit quidẽ aliquibus locis obrepere mutatio quædã in ratione tradendi eam: potuit insuper aliâs magis, aliâs minus excoli: in substantia uerò eius, mutatio fieri nullo modo potest.

Instituit porrò Deus etiã signa siue sacramenta in sua Ecclesia, quorum usu homines in fide, charitate et spe cõfirmarẽtur, ac ueluti pascerẽtur & roborarentur. Ergo nunc succedat locus de signis. Et quia signa

non semper eadē permansere, sed certis de causis sunt ...ina ordinatione aliquoties mutata: ideo operæpre... est, ea prudenter distinguamus.

5. SIGNA, SEV SACRAMENTA.

Signa ante lapsum hominis.

Signa post lapsum hominis. Et ex signis post lapsum:

Signa ante legem.

Signa sub lege.

Signa post legem, seu sub Euangelio.

Sunt uerò omnia in hoc mundo & in hac uita imperfecta. Nam neq; Ecclesia hic unquam sine macula ...sus existit: neq; doctrina hic absoluitur: neq; res ...per signa notatæ significatæq;, siue supremi si...rum effectus hic plenè accipiuntur: sed post hanc ...m primùm perfici consummariq; continget om...ubi uidelicet Ecclesia rugis depositis, specie & co...ornabitur immarcessibili: ubi Deum resq; diui...cognoscemus, & uidebimus sicuti sunt: ubi deniq; ...m & regnum cum Christo æternum accipiemus: ...m.8.1.Cor.15. Superest igitur locus de consumma...seu rerum omnium perfectione.

6. CONSVMMATIO, SIVE FINIS.

Quēadmodū aūt hominū alij in hac uita Ecclesiā ...erati sunt, atq; in ea cōstātes pstiterūt, sanā doctri...sunt alacriter amplexi, præterea signis sacris reli...usi: alij uerò diuersa ab his fecerūt omnia: ita in ...mmatione duo diuersi fines, siue exitus hominib. ...positi debēt cōsiderari: Matth.25. Rom.2. ex quib. ...illustres loci deriuantur: uidelicet,

...æterna.

Mors

Mors æterna.

Hæc de ordine et collocatione sex generalissimorũ capitũ Theologiæ, quibus summa uniuersæ doctrinæ religionis nostræ libris sacris cõprehensæ circũscribitur. Omnibus uerò ætatibus eadẽ capita locósue conuenire, uel ex eo fit manifestum, quòd nõ modò à tempore Euangelij per Apostolos toto orbe diuulgati, ex quo cœperunt credẽtes Antiochiæ primùm appellari Christiani: sed statim à cõditione mundi, etiamq; ante primi hominis lapsum, Ecclesia fuerit à Deo in paradiso instituta, atq; loci quos enumerauimus in eadem usurpati. Etenim unã tantũ Ecclesiam esse à Deo ordinatã, quæ perpetua dispensatione doctrinæ & signorũ consistit ac uegetatur, & cuius solius uera religione homines salutem adipiscuntur; persuasissimũ pios omnibus esse debet. Ac si Ecclesia æterna est, necessariò conficitur, etiam doctrinã charitatis, fidei, spei esse æternã, legem esse æternã, euangeliũ esse æternũ, signa in genere esse æterna (quamuis specie aliquoties mutata) deniq; cognitionem de Deo, qui est rerum omnium principium: similiter cognitionem de consummatione & uita meliore, æternam esse. Non difficile esset, si præsentis loci ratio admitteret, singula plurimus & efficacibus argumentis comprobare.

Ad hæc: quomodo hi loci inter se connexi sint, ut unus ex altero deducatur, sicut inuicẽ cõsequi causa & effectus solent, abundè est à nobis, cũ ad singula capita rationẽ ordinis redderemus, expositum. Postremò enim

etiam

etiam ordinē et collocationē eorundē, apertè in sacra Scriptura exponi. In eodem porrò ordine Methodus συστατικὴ, siue συνθετικὴ, si quis studiosè obseruet, deprehenditur. Definiunt namq; methodū συστατικὴν, quæ à primis principijs, paulatim fit progressus per formas ac differentias ad finem usq;. Atqui nullo negotio quiuis aduertere potest, eadem uia nos in tota hac distributione locorum esse ingressos. Itaq; si desideramus quæ ad perspicuè & fideliter docendum requiruntur: uidemus sanè plura simul concurrere.

Iam uerò est & id cōmēdatione dignū, quòd ad hæc tota sic digesta, lōgè cōmodißimè adijci possunt qui alij loci angustiores, itēq; quæstiones diuersis temporibus in Ecclesia agitatæ. Quod quia nō perinde est omnibus peruiū (certū namq; est, multos ex tyronib. de quibusdā locis ne definire quidē posse, an ad Theologiam potius ad aliud pertineāt disciplinæ genus: tanquam ut decernat, ad quē locū cōmuniorē referri deceat) ipse aditū ad hanc rem patefaciā: atq; tum tum quæstiones cōgruentes, ordine quoad fieri possit, adscribā: idq; si nō ob aliā rem, at certè quo bonæ expectationis adolescētes assuescāt obseruare ac discernere, qualésnam loci & quæstiones ad officinas Theologorū deduci debeant. Non modica autem lux accedet, si unicuique è sex capitibus generalißimis suam classem, & ueluti tribum aut familiam designemus, in quam loci subiecti cum quæstionibus transferantur. Sed quemadmodum antea fecimus, ita nunc quoq; locū cōmunem de sacra Scriptura seu uerbo Dei,

bo Dei, in principio proponi & explanari oportet.

VERBVM DEI, seu sacra Scriptura.

Cur primo loco agendum de uerbo Dei.

De dignitate uerbi Dei: ac primùm de eius necessitate, & origine.

Quibus de causis uerbum Dei mandatum sit literis, & unde appelletur sacra scriptura.

De uerbi Dei multiplici utilitate.

De uerbi Dei authoritate.

Qui nam libri sint Canonici.

Vtrum sacra scriptura authoritatem habeat ab Ecclesia: an potius Ecclesia autoritatem accipit à sacra scriptura?

Vtrum Ecclesia, siue concilium generale, possit dogma, uel aliquid ut dogma recipiẽdum, definire, quod literis sacris non est expressum?

Vtrum sacram scripturã liceat uarijs modis interpretari? Tum, quod interpretationis genus accommodatissimum sit comprobandis dogmatibus.

Prima Classis.

DEVS.

Quòd Deus sit. Quamq; uarijs modis se cognoscendum præbeat.

Quòd unus tãtũ Deus: cõtra Gẽtiles et Manichæos.

Quid sit, seu potius qualis, Deus.

Nomina quæ Deo in scripturis tribuuntur.

TRINITAS.

Testimonia ex scripturis de Deo patre.

Testimonia de filio.

Testimonia

Testimonia de Spiritu sancto.

Testimonia de Deo patre & filio & spiritu sancto coniunctim.

Patrem, filium, spiritum sanctum nullo modo confundi, sed necessario distingui debere. ubi de uocabulis ὑποστάσεως & personæ.

Similitudines quædam de rebus creatis, declarantes mysterium Trinitatis.

Patrem, Filium, Spiritum sanctum, quamuis distinctas personæ, eiusdem tamen esse naturæ, substantiæ & dignitatis. Ac de uocabulo ὁμοουσίου.

PATER.

Quæ de Deo patre proprie in scripturis dicãtur.

FILIVS.

Quæ proprietates in scripturis attribuantur filio.

SPIRITVS SANCTVS.

Quæ proprietates attribuantur spiritui sancto.

Vtrum spiritus sanctus ex patre & filio procedat? contra Græcos.

ATTRIBVTA DEI.

Quòd Deus sit immutabilis & æternus.

Quòd Deus sit omnipotens.

De præsentia Dei in rebus, seu quomõ Deus ubique.

De scientia Dei.

De uoluntate Dei.

De misericordia & iusticia Dei.

De prædestinatione: & quomodo pij de prædestinatione sua certiores fiant.

De præscientia Dei.

De creatione.

Vtrum materia aliqua præiacens extiterit?

Vtrum ab uno tantũ principio res oẽs sint cõditæ?

De prouidentia Dei. Quodq; non tantum uniuersalis sit, uerùm etiam particularis.

De fato, casu, fortuna, contingentia.

Vtrum prouidentia Dei, rebus prouisis necessitatẽ adferat?

Secunda Classis.

CREATVRA.

CREATVRA INVISIBILIS.

Prius ne conditæ sint creaturæ inuisibiles, ut angeli: an uisibiles?

Angeli. An sint, contra Saducæos.

De angelorum substantia: an corporei sint, an locũ occupent, &c.

De pfectione angelorũ, in qua primũ sunt cõditi.

Vbi de cognitione ac uoluntate eorundem.

De peccato & lapsu angelorum.

Vtrum hi meriti sint, uel nunc mereantur suam cõstantiam, ne labantur?

Quæ nam sit angelorũ qui nõ sunt lapsi felicitas.

De bonorum angelorum officijs.

Vtrum sint distincti angelorum ordines?

Vtrum singuli angeli sint singulis hominibus, populis, prouincijsq; uelut tutores ac præsides dati?

Vtrum angeli assumant interdum corpora?

De angelis lapsis siue malis, quos dæmones & diabolos appellant.

Quòd sua culpa lapsi sint, non autem mali cõditi.

Quæ

Quæ eorundem studia, quomodo tentant & infe-
stent homines, atq; creaturas corrumpunt.

Vtrũ possint nocere sua potestate, quibus & quo-
modo, & quando, & quantum uolunt: an tantùm ex
uoluntate Dei?

Quomodo intelligantur homines uiuos inuadere,
& eorum agere corporibus. (cias?

Vtrũ sint ordines quidã inter illos, distinctaq; offi-

Vtrum assumant corpora, & cum hominibus fa-
miliariter uersentur? Vbi de incubis & succubis.

Vtrum sint monstratores artium magicarum, atq;
earum ope mali homines signa edant & prodigia?

Vtrum aliquando sint seruandi, ut arbitrabatur
Magnes?

CREATVRA VISIBILIS.

Mundus uniuersus. (phi?

Vtrũ mũdus sit æternus, sicut putarũt qdã Philoso

Quòd mundus non sit conditus ab angelis, uel ullis
inferioribus creatis.

Quòd non omnia sint simul condita.

De opere primi diei, siue separatione lucis à tene-
bris, iterum redarguuntur Manichæi.

De opere secundi diei, id est, firmamẽto siue cœlo.

Vtrum sint plures cœli.

De opere tertij diei. De aquis & mari.

De opere quarti diei. De sole, luna, ac stellis, &
quomodo sint in signa ac tempora.

De orbium cœlestium concentu.

Vtrum stellæ sint animatæ: sicut opinabantur, qui

colebant reginam cœli ac Stellas, itemq; Platonici.

Vtrum stellæ & motus cœlestes aliquid efficiant in hæc corpora inferiora?

De opere quinti diei. De animalib. in terra uiuẽt.

De opere sexti diei.

Quomodo in his omnibus eluceat diuina potentia ac bonitas, atq; in quem finem sint condita.

De monstris & portentosis formis. De quibus omnibus breuiter, quantumq; ad intelligendos diuersos sacræ scripturæ locos sat erit.

HOMO.

De anima hominis, quid sit.

Vtrũ omnes animæ fuerint ab initio simul creatæ.

Vtrum anima sit ex traduce, siue ex semine?

De animarum immortalitate.

Num animæ transmigrẽt de corporib. in corpora.

De corpore hominis, atq; eius qualitatibus.

De hominis perfectione ac dignitate ante lapsum, deq; eius uoluntate, arbitrio, ac iustitia originali.

De effectis illius dignitatis, in qua homo primum conditus est.

De paradiso, ubi fuerit, & an adhuc supersit.

De hominis lapsu.

De causis lapsus hominis, ex parte Dei, ex parte diaboli, ex parte ipsius hominis.

Vtrum Deus sit autor mali?

De effectis lapsus hominis.

De labe seu peccato originali, quod ad omnem emanauit posteritatem.

Quo-

Quomodo labes illa intelligatur ad omnes transi-
mum uidelicet imitatione, an propagatione: dein-
an secundum animam? an secundum carnem? &c.
De peccati originalis remissione.
De potentijs animæ post lapsum hominis.
De arbitrio et uoluntate hominis: quid, quantum,
quibus in rebus efficere aliquid homo queat.
De gratia, & merito.
Quid sit gratia. Quotuplex.
Quæ causſæ.
Utrum nostra præparatione uel meritis primam
eam adipiscamur.
De merito.
Utrum aliquis certò statuere possit se in gratia es-
se, & placere?
De effectis gratiæ.
Utrum hominum uoluntatibus aliqua cogatur
Deus?

Tertia Classis.

ECCLESIA.

Quid sit Ecclesia.
Ecclesia ante lapsum hominis.
Ecclesia post lapsum hominis.
Quid una tãtũ sit Ecclesia uerè et propriè dicta.
An uera Ecclesia sit uisibilis? (at.
Quæ sint notæ, ex qb. uera Ecclesia cognosci que-
Quomodo mali permixti sint Ecclesiæ.
Quid Ecclesia hic in terris nunquã sine ruga aut
macula existat, sed talis primùm euadet in cœlo.

De gubernatione ecclesiæ, deq; uno & perpetuo eiusdẽ capite Christo. ubi de primatu põtificis Romani.

De ministerio ecclesiastico.

Distincti gradus siue ordines ministrorum ecclesiæ, & quales hi diuersis temporibus ab initio mundi hucusq; extiterint.

Dona quibus Deus ecclesiam suam et ministerium ecclesiasticum ab initio inde mundi ornat.

De communione ecclesiæ, siue omnium sanctorũ à mundi initio ad finem usq;.

De ordinaria potestate ecclesiæ, & utrum ecclesia sit alligata ordinariæ potestati?

An ecclesia, uel concilium uniuersale ecclesiam repræsentans, possit errare?

De hæreticis, schismaticis, alijsq; qui ab ecclesia sunt excluſi.

Quarta Classis.

DOCTRINA.

Doctrina, seu uerbum Dei ante lapsum hominis.

Doctrina post lapsum hominis.

Quòd ecclesia non potest sine doctrina & uerbo consistere: contra eos qui doctrina externa, seu uerbo scripto & uocali autumant ecclesiam non egere.

Quòd doctrina ecclesiæ semper eadem fuerit, futurit: quãuis uno tempore explanatior q̃ alio, & mundũ hominũ errore uel malitia deprauata corrupta.

Doctrina alia legis, alia euangelij.

Quòd perpetua communisq; doctrina ecclesiæ tionatur de charitate, de fide, ac de spe.

DOCTRI

DOCTRINA CHARITATIS.

Quòd charitatis doctrina debeat addiſci ex lege.

LEX.

Lex ante lapſum hominis.

Lex poſt lapſum hominis.

Lex Dei æterna, ſcripta in cordibus.

Lex Dei ſcripta in tabulis lapideis.

Quod diſcrimẽ inter legem ſcriptam in cordibus, legem ſcriptam in tabulis lapideis.

Vtrum lex naturalis ſit immutabilis?

Vtrum lex naturalis poßit ex hominis mente tolli aut deleri?

Vtrum lex naturalis ſit norma & regula, ad quam dirigi oportet omnes leges humanas?

Vtrũ aliquis ſolius legis naturalis ductu, peruenire poſſit ad cognitionem Dei, & ſalutem conſequi potuerit?

Legem in tabulis ſcriptam eſſe à Deo, contra Manichæos.

Quis uel quotuplex uſus legis ſcriptæ in tabulis?

Quos omniũ ætatũ homines obliget, et quatenus?

Bona opera quæ nam, & qualia ſint.

Quare neceſſaria ſint bona opera? Vbi de effectis & premijs eorundem.

Quomodo bona opera facienda, ut Deo placeant?

Quomodo differant bona opera credentium, à bonis operibus non credentium.

Vtrum omnes actiones incredulorũ ſint peccata?

Vtrum homo poßit ſuis uiribus præcepta Decalogi præſtare, quemadmodum legislator Deus poſtulat?

Vtrum obseruatione operum legis iustificetur homo coram Deo?

Quot sint præcepta Decalogi, & quomodo distinguantur. Tum notatio de præceptis affirmatiuis & negatiuis.

Primum præceptum, de non habendis dijs alienis.

Quæ bona opera hoc præcepto exigantur.

Quibus in reb. uerus Dei cultus situs sit, atq; utrũ necessariũ sit, ad contestandum Dei cultum res externas adhiberi?

Quæ sit recta Dei inuocatio. ubi de Oratione.

Quæ reliqua exercitia, quibus Deus colitur: & quomodo omnia ad gloriam Dei dirigantur.

Vtrum liceat dubitare de ijs quæ de Deo in scripturis traduntur?

Vtrum omnes, ut salutem consequantur, debeant habere plenam cognitionem de cultu Dei? ubi de fide implicita, de qua Scholastici.

De idololatria, ac ritib. et opinionib. idololatrarũ.

De ritibus & opinionibus Iudaicis.

De creaturis nullo modo præferendis, aut æquandis ipsi Deo: contra fiduciam in merita humana.

De inuocatione sanctorum, adoratione reliquarum, peregrinationibus ad sanctorum sepulchra, &c.

De his qui faciunt uel uenduntres, quibus idololatræ, aut Iudæi aut Christiani utuntur ad ritus impios.

De superstitione, & superstitiosis obseruationib.

De magia, de incantamentis, fascinis, &c.

De

De diuinationib. ubi de Astrologia, et similib. artib.

De hypocrisi & simulatione in causa religionis: quòd nõ satis sit Deum occultè colere, sed necessum quidam testificari cultum ac religionem.

Vtrum tempore persecutionis satis sit corde credere, etiamsi ore non confitearis?

Vtrum liceat pio interesse sacris, quæ nouit superstitiosis aut idololatricis ritibus esse contaminata?

Vtrum qui præsunt ecclesijs, omni cura laborare debent, ad promouendũ sincerum Dei cultũ, sanamq; doctrinam: & ad abolendos ritus superstitiosos, falsaq; dogmata: etiam nõ expectata autoritate superiorum magistratuum, uel concilij?

Vtrum cessantibus ecclesiarum præsulibus, eadem illi procurare debent, ad ecclesiarum utilitatem, magistratus politici?

De hæresi, & opinionibus hæreticis.

Vtrum & quatenus hæretici sint tolerandi?

Vtrum liceat Christianis legere libros hæreticorũ, Iudaicorũ, Turcarũ, aliorũ ue qui à sana doctrina, uero Deo, legitimoq; cultu animos poßẽt abducere?

Vtrum toleranda sint Iudæorum, Turcarum, hæreticorum atq; similium templa & ritus?

Vtrum hæretici uel increduli sint ad fidem ac religionem sanam cogendi?

Vtrum pueri infidelium sint initiandi baptismo ac religione recta, inuitis parentibus?

Vtrũ cum infidelibus uel hæreticis sit de religione publico disputandum?

Vtrum liceat religionem Christianam armis defendere, aut propagare?

Vtrum aliquæ traditiones humanæ sic possint proponi & commendari, quasi ad cultum Dei idoneæ, uel necessariæ?

Vtrum prætextu religionis liceat aliquod officiũ pietatis omittere?

Vtrum liceat homini se obijcere periculis, in quibus uideretur tentari Deus? ueluti, experiri singulari certamine, seu duello, ut uocant: concurrere ferratis hastis: manibus gestare ferrum candens: incedere per extentum funem, per aquas, &c.

Vtrum auxilium uel remedium in ægritudine, in paupertate, in satione aut messe, in bello, & similibus casibus, petere liceat ex artibus: quæ monstrant, uel præcipiunt aliquas obseruationes, locorum, temporum, aliarumq; certarũ rerum: quemadmodum cum circunferuntur scripturæ, characteres, præscribitur forma colligendi herbas, effodiendi terrã ad inueniendum thesaurum uel metalla, depellendi ictus bombardorum, gladiorum, &c.

De impatientia.

De desperatiõe quibuscũq; ex causis, siue ex curiosa inquisitione rerũ diuinarũ, ut prædestinationis, electionis, &c. siue ex magnitudine periculorũ, &c.

Secundum præceptũ, de non faciendo sculptili, neq; adorando eo.

De idolis gentilium.

Vtrũ ferẽdæ sint in loco adorationi destinato, imagines

gines siue statuæ, uel Dei, uel sanctorum hominum?
De miraculis quæ fiunt apud idola, statuas, & sepulchra mortuorum.

Tertium præceptum, de non assumendo nomine Dei in uanum.

Quæ bona opera hoc præcepto exigantur.
Quibus modis, & ubi nomẽ Dei rectè usurpetur.
De iureiurando, quomodo, & quando adhiberi possit.
Quousq; obstringat iusiurandum. ubi de iureiurando Iehosuæ, Saulis, Herodis, &c.
De iuramẽtis fieri solitis in susciptiẽdo uitæ genere uel functione: quomodo iurant præsides, iudices, aduocati, milites, itẽ qui cooptantur in collegia, &c.
Num quis teneatur præstare, quod iureiurando promisit latronibus, uel hostibus, à quibus detinebatur captiuus?
Virum liceat exigere iuramentum ab eo, quem non iuraturum falsum?
Virum liceat exigere iuramentum ab infideli, qui uerum nõ ritè colit, ac proinde nec ritè iurat?
De periurijs, & consuetudine peierandi, uoluntate eorum non accedente.
Virum liceat uel hominem, uel dæmonẽ, uel ullam omnino creaturam adiurare?
Virum quis adiuratus debeat de quibusuis respondere, aliósue accusare?
De inuocatione nominis diuini ad consecrandas aquas, panes, uestes, campanas, & similes res.

De

De miraculis quæ fiunt per inuocationem diuini nominis: & utrum etiam à malis hæc fiant?

De uotis: ubi de uoto Hiephtæ, Nazaræorum, &c.

Item de uotis monachorum.

Quartum pręceptum, de sanctificando sabbato.

Quibus in rebus obseruatio sabbati sita sit, quæq; hoc præcepto Deus propriè iubeat.

De institutione diei Dominici, atq; sabbati abrogatione.

De ministerio Ecclesiastico.

De idoneis ad ministeriũ ecclesiasticum, & inidoneis.

De electione ministrorum, quomodo & per quos ea fiat. ubi etiam de iure patronatus.

De ordinatione eorundem.

De officio ministrorum ecclesiæ, quod ad doctrinam atq; sacramentorum dispensationem attinet.

De ceremonijs ecclesiasticis propter bonum ordinem institutis.

Quòd ecclesia externis carere ceremonijs non queat.

De ferijs, quales esse expediat, cur & per quos indicendæ.

Vtrum liceat bellare, mercatũ exercere, &c. diebus festis?

De templis, atq; eorundem ornatu.

De uestibus ecclesiasticis, alijsq; rebus similibus.

De cantu, atq; organis musicis.

De oratione orientem uersus.

De

De uero usu omnium ceremoniarum.

Quibus modis ritus ac ceremoniæ contaminentur & prophanentur. Tum quãdo numerentur inter res adiaphoras, quando item non.

Quando, quas ob causas, & per quos, ceremoniæ mutari ueteres, instituíq; nouæ queant. ubi & de abrogatione ceremoniarum legis Mosaicæ.

Vtrum instituí quædam sic possint, ut ad eas obseruandas obstringantur conscientiæ?

Vtrum certa tempora, certi cibi, &c. ieiuniorum adscribi possint?

De disciplina Ecclesiastica.

De senatu, siue (ut loquũtur) cõsistorio Ecclesiastico, in quo electi presbyteri, hoc est, seniores præsidẽt.

De iurisdictione & clauibus Ecclesiæ.

De excommunicatione, quomodo, per quos, quibus de causis exerceri debeat.

Vtrum excommunicari possit uniuersitas, seu tota ecclesiæ multitudo?

Vtrum excommunicatio iniusta noceat excommunicato.

Vtrum mali ministri etiam habeant potestatem docendi, dispensandi sacramenta, excommunicandi, &c.

De uariis modis quibus Ecclesia utitur, ad reducendos in uiam eos qui peccarunt. ubi de satisfactione ecclesiastica.

De Synodis annuis.

De uisitatione & confirmatione Ecclesiarum.

De facultatibus Ecclesiasticis.

Vtrum

Vtrum Eccleſiæ & epiſcopi poßint amplas facultates poßidere?

De donatione Conſtantini.

De immunitate eccleſiarũ à grauaminib. ciuilibus.

De aſylis eccleſiaſticis.

Vtrũ miniſtri eccleſiæ poßideant aliquid proprium.

De decimis, oblationibus, & eleemoſynis.

Quomõ eccleſiarũ facultates diſpenſari oporteat.

Vtrum miniſtri eccleſiarum, in primis qui docent, laborare manibus debeant?

De ſcholis eccleſiaſticis.

De ptochodochijs, xenodochijs, noſocomijs, gerontocomijs, orphanotrophijs, &c.

Vtrum qui præeſt eccleſiæ, concedet eam uel facultates eius hæreticis, aut tyrannis exigentibus?

Vtrum miniſtro eccleſiæ liceat, quauis ex cauſa ad aliam eccleſiam ſe conferre?

Vtrum miniſtro eccleſiæ liceat fugere in perſecutione, atq; eccleſiam ſuam deſerere.

Vtrum liceat miniſtro eccleſiæ abdicare ſe proprio miniſterio, atq; aliud uitæ genus ſuſcipere.

Vtrum liceat uel expediat uni eidemq; homini Epiſcopum agere adminiſtrareq; eccleſiam, & principatum gerere ac gubernare Rempub.

Quintum præceptum, de honorandis parentibus.

Quæ officia parentum erga liberos.

Quæ officia liberorum erga parentes. ubi de economia Chriſtiana.

Vtrum

Virum parentes posſint liberos cogere ad certum uel studiorum genus amplectendum: uel utrum li ri posſint studia uel certum uitæ genus sequi, incon tis & inuitis parentibus?

Virum liberi debeant parẽtibus obedire in omni- tiam ijs quæ ad religionem pertinent.

Virum liberi posſint contrahere matrimoniũ in- uel inuitis parentibus.

Virũ parẽtes posſint liberos excludere hæreditate.

De officio episcoporum & ministrorum Ecclesiæ gregem concreditum: ac uicissim de huius offi- erga illos.

Virum canones episcoporũ obligent conscientias.

Virum mali ministri ecclesiarum sint tolerãdi, & manda eis obedientia.

De magistratibus, et quid debeãt præstare subditis.

De diuersis formis rerumpublicarũ, & quæ quo- probari posſint.

Virum Euangelium damnet conditionẽ magistra- uel illas res politicas.

De legibus humanis & positiuis, quales esse de-

Leges iudiciales seu forenses Mosaicæ ualere in Christiana, aut abrogari debeant.

Virum leges magistratuum obligent conscientias.

Virum liceat magistratibus aliquid statuere in re- religionis & ecclesiarum? Attigimus suprà.

Virum sit obediendum magistratui in omnibus: aliquibus non.

De

De uectigalibus,& tributis,& censu: quare,quàlia,& quousq; exigi possint.

Vtrum liceat tyrannum interficere.

Vtrum seruitus sit iuris naturalis uel diuini,& quantum ius sit dominis in seruos.

Vtrum Christianis liceat habere seruos emptitios.

Quòd unicuiq; sua uocatio sequenda,tuendáq;

Sextum præceptum, de non occidendo.

Quæ nam hoc præcepto mandentur bona opera & quæ mala prohibeantur.

De odio occulto,quod homicidio æquatur.

De obtrectatione,calumnijs,conuicijs, cõtumelijs & similibus,quibus aliquis in discrimen adducitur.

De offendiculo siue scandalo dato,quo reuera homicidium spirituale committitur.

De patientia:& utrum læso uindictam liceat expetere? Vbi etiam de oratione pro inimicis.

An legitima sit uindicta Magistratuum?

An magistratus possit pœnarum & supplicorum genera mutare, pro circumstantiarum ratione? Simulq; de suspendio furum:& cur lex iudicialis Mosaica non obseruetur à Christianis.

An liceat in aliquo casu innocentẽ permittere ad cruciandum,uel interficiendum?

An hæreticos liceat interficere? Deq; Ecclesiasticis illis,qui quos declarant hæreticos, eos ipsi tradunt magistratui,à quo deinde ultimo afficiũtur supplicio.

De bello.

An liceat Christianis inter sese belligerari?

Quando

Quando bellum iustum, uel iniustum.

De ducum & militum officio.

An liceat in bello uti dolo ac fraudibus, & strata-
gemata malitiosa designare.

Vtrum subditi debeãt militare principi suo, in bel
lo dubio?

An priuatis hominib. liceat mercedis gratia q̃bus-
ciũ militare: etiã externis & peregrinis principibus?

De homicidio fortuito, seu, ut loquuntur, casuali.

De læsione per maleficia.

De medicamentis incautè porrectis.

De procurata sterilitate, uel abortu.

Vtrum quis poßit interficere semetipsum?

Septimũ præceptũ, de non mœchando.

Quæ peccatorũ genera hoc præcepto prohibeãtur.

Testimonia plura ex Mose. item ex Euangelio, de cõ
tinentia.

Quod fornicatio, simplex appellata, grande sit
peccatum.

De uestitu, fuco, philtris, alijsq́; rebus, quibus quasi
instrumẽtis impuri homines mutuò sese ad peccandũ
adiuuãt. Tũ de his q̃ talia parãt, uendũt, subministrãt.

Vtrum magistratus poßit permittere lupanaria?

De uirginitate, uiduitate, cœlibatu. Tum, utrum
coniugium par sit uirginitati?

De coniugio.

Quæ res propriè perficiant coniugium.

Quæ res impediant coniugium: ubi de gradibus
cognitatis.

An vllus hominũ ordo (ut ministri Ecclesiarũ, & similes) prohiberi, ne matrimoniũ contrahat, possit?

An liceat Christiano plures simul habere uxores?

De diuortijs: quibus de causis, & quomodo fieri queant.

An propter lepram possit dirimi matrimonium?

An ob naturalẽ impotentiam & frigiditatem possit dirimi?

An qui repudium fecerint, iterum possint contrahere, persona repudiata adhuc superstite?

An ob diuturnam alterius absentiam, is qui domi manet, rursum possit contrahere? Vbi de his, qui post longam captiuitatem redeunt.

An q uirginẽ uiolauit, cogẽdus sit, eandẽ ut ducat?

An matrimonium contractum inscijs atq; inuitis parentibus, uel curatoribus, ratum esse debeat? Causa quæstionis semel meminimus.

Octauum præceptum: de non committendo furto.

Qualia potißimùm peccata hoc præcepto prohibeantur. Rursus quæ præcipiantur bona opera.

Vtrum lege naturæ omnia sint communia? Vbi de distinctione dominiorum, & proprietate rerum.

De inuidia.

De auaritia.

De prodigalitate.

Vtrum uoluntas furem efficiat?

Quòd uariæ sint furti formæ.

De re fortuitò inuenta.

Item de alijs inter fortuita numeratis: ueluti quan
do ligna per alluuionē aduehuntur in agrum uel hor
tum tuum, aquæductus alieni erumpunt in tuum pra-
tum, animal tuum damnum dat in agris, &c.

De ludis, & acquisitis per ludum.

De contractibus, ac de lucro in emptionibus &
conditionibus. Vbi de Ioseph uendente frumentum in
Aegypto. item de Iacob emente primogenituram, nec
non præripiente benedictionem ipsi Esau.

An uerum sit quod dicitur: Res tantum ualet, quan
tum potest?

De ijs quæ in bello rapiuntur.

De Hebræis spoliantibus Aegyptum.

Verum captiuus poßit semetipsum subducere?

Verum quis in neceßitate famis, aut alia quapiā,
possit aliquid furari?

De iudicibus, aduocatis, alijsq; qui damnum dant
per suam negligentiam, uel inscitiam, uel etiam
malitiam.

De facultatibus Ecclesiarum, & qui his sustentari
possint.

Verum quis poßit diuersis simul præesse Ecclesijs,
eorumdemq; frui facultatibus?

Verum minister Ecclesiæ, qui se alere potest suo pa
trimonio, iure occupet recipiatq; facultates Ecclesia-
sticas?

De simonia.

De his qui stipendijs Ecclesiarum aluntur in scho
lis ad ministerium Ecclesiasticum instituantur.

De ualidis mendicantibus, cæterisq; qui diuersis artibus emungunt populum.

De adultera, quæ dum non prodit filium ex adulterio natum, alios filios legitimos hæreditate spoliat.

De usuris.

De permutationibus monetæ, atq; aliarum rerum.

De pignoribus.

De censibus seu reditibus annuis, perpetuis actenporarijs, & ad uitam emptis, uenditisq;.

De alterius fama atq; existimatione læsa. Et obiter de libellis famosis.

Vtrum aliquo in casu liceat pio uiro suam famam negligere?

De restitutione.

Nonum præceptum: de non ferendo falso testimonio.

De ueritate in omnibus dictis factisq; amplectenda.

De mendacio. ubi de mendacijs sanctorũ Petrum, Abrahami, Isaac, Iacob, obstetricum, Ichosuæ, Rehab, Dauid, &c.

De simulatione atq; hypocrisi: pariterq; de simulatione Dauidis, Christi, &c.

De iudicijs forensibus, atq; de testimonijs.

Vtrum iudex pronunciabit sententiam secundum allegata & probata: an secundum suam ipsius conscientiam?

Vtrum aduocato liceat causam, quam nouit esse iniustam, defendere?

De doctis, impugnantibus agnitam ueritatem. De

De falsa uerborum interpretatione studiosè adhi
bita, siue de sophistice.

De adulatione & calumnia.

De testimonijs scriptis & formatis, ut uocant, quæ
à qui consecuti sunt insignia Doctoratus, uel magiſte
rij, uel aliàs de rebus ullis actis, dari per notarios aliós
q; homines solent.

Num liceat celare uitiũ in mercibus, siue in rebus
alijs, quas quisquam locat, aut diuendit?

An hosti seruanda fides?

Octauum præceptum: de non cõcupiscen
do quamcunq; rem proximi.

Quòd lex Dei non tantùm manum, sed etiam men
tem hoc est, non actiones modò, uerùm etiam cogita-
tiones damnet. Contra pharisæos & philosophos.

Quòd præceptum istud respiciat ad præcepta an-
tecedentia.

De abnegatione sui ipsius, coercẽdisq; prauis adfe
ctibus & de ἀπαθείᾳ Stoicis asscripta.

De legitimo rerum terrenarum usu.

De earundem contemptu.

Verum lex Mosaica moralis sit abrogata, uel muta
ta, nec ne, etiã hodie præscribat omnib. credentibus?

PECCATVM.

Peccatum quid sit. Et quomodo per legem agnitio
peccati.

Peccatum originale: de quo antea.

Peccatum actuale. Quæ concurrant ad peccatum.

De illo dicto: Nullum esse peccatũ, nisi uoluntariũ.

De peccatis internis & externis. Item de spiritualibus & carnalibus.

De peccato mortali & ueniali. unde cognoscatur cui usq; peccati grauitas.

Vtrum subita ac uehemens perturbatio peccatum extenuet?

De peccato ex ignorantia, & omissione.

De culpa ex peccatis alienis, siue de assensione ad malum.

Vtrum propter aliquod bonum liceat peccatum committere?

De offendiculo, siue scandalo.

Vter grauius peccet, an qui doctrina, an qui alijs nibus offendiculum præbet?

Quæ sit Christiana libertas, & quomodo ea utamur sine offendiculo. ubi de rerum mediarū seu adiaphorarum recto usu.

De consilijs: an aliqua extent in Diuinis literis, rum à præceptis distinguantur?

An qui unum præceptū legis transgreditur, sit nium reus?

Vtrum peccata sint paria, ut uolebant Stoici?

Peccatum in spiritum sanctum, & quod non catum sit irremissibile.

De obedientia hominis imperfecta.

Quo sensu accipiendum sit illud: quòd etiam in omni opere bono peccat.

DAMNATIO, SEV MORS.

De effectis peccati. ubi de miserijs uitæ hum

morte tum corporali, tum ſpirituali. Item quomodo
ſit ab Apoſtolo uocatur adminiſtratio mortis in lite-
ris deformata in ſaxis. 2. Corinth. 3.
De reatu pœnæ.
Vtrum peccatum ſit pœna alterius peccati?
De excæcatione atq; induratione. ubi, quomodo
Deus, & quomodo homo dicatur indurare. (rius?
Vtrũ unus puniatur ac damnetur ob peccatũ alte
Atq; hæc quidem hactenus, ad caput de doctrina
veritatis: reſtat nunc, ut progrediamur ad doctrinã
fidei.

DOCTRINA FIDEI.

Doctrinam fidei addiſci ex Euangelio.

EVANGELIVM.

Euangelium ante lapſum hominis.
Euangelium poſt lapſum hominis.
Quid propriè Euangelium, & de quo præcipuè
Item utrum fuerit expoſitum ab initio mundi?
De diſcrimine inter legem & Euangelium.
An duo ſint teſtamenta: alterum uetus, quod dici-
tur, alterum nouum, quod uocatur Euangelium?
Quid prius unũ tantùm & æternũ eſt Dei teſtamentũ?
Vtrum Euangelium abrogarit legem Moſaicam?
Quomodo credẽtes intelligãtur ab hac eſſe liberati.
De promiſſionibus, quotuplices eæ ſint, & quæ
propriè Euangelicæ.
Quòd promiſſiones Euangelicæ ſint uniuerſales.
De gratia.
Porrò cum Euãgeliũ propriè doceat (Ioan. 1. &c.)

gratiam allatam esse & exhibitam, per ac propter Iesum Christum, Deum & hominem, factum mediatorem: est nunc de Christo facto homine & mediatore dicendum.

CHRISTVS.

Cur filius debuerit homo fieri?

Quòd Christus uerus homo, ueram animam, ueramq; carnem habuerit.

Quòd Christus carnem non attulerit de cœlo, sed assumpserit ex Maria uirgine.

Quòd Christus fuerit conceptus de spiritu sancto.

Vtrum in Christo duæ fuerint naturæ perfectæ?

Vtrum in Christo duæ uoluntates?

Vtrum duabus naturis in Christo existentibus, una tantùm sit Christi persona?

De ijs quæ Christo conueniunt secundum diuersas naturas, & quæ secundum unitatem personæ. ubi de his locutionibus: Deus factus est homo, Dominus gloriæ est crucifixus, &c. item, Christus est creator, Christus est creatura.

Vtrum beata Virgo rectè dicatur mater Dei?

Vtrum beata Virgo à partu manserit uirgo?

Vtrum beata Virgo concepta fuerit in peccato originali, aut sanctificata in utero?

Quales actiones naturæ humanæ Christus assumpserit. quæ item à Christo sint alienæ.

Cur oportuerit Christum mori.

Secundum quam naturam Christus passus sit.

Quòd Christus uerè mortuus fuerit.

Vtrum diuinitas tempore mortis Christi fuerit separata ab eiusdem anima & corpore?

De Christo sepulto: et utrũ eo triduo fuerit homo?

De descensu Christi ad inferos: &, Vtrum Christus in aliquid passus?

De resurrectione Christi.

De qualitatibus corporis Christi à resurrectione.

De Christi ascensione in cœlum, necnon sessione ad dexteram Patris.

Quomodo Christus adsit suæ Ecclesiæ usq; ad consummationem.

De effectibus mortis & resurrectionis Christi.

Quod Christus solus sit mediator inter Deum & homines, idemq; unus summus et æternus sacerdos seu pontifex. Et secundum quam naturam.

De regno Christi. (uersum.

De prædicatione Euãgelij de Christo, p orbẽ uni-

Quod in prædicatione Euangelij, initium sumitur à pœnitentia.

POENITENTIA.

Quid sit pœnitentia: quot partes, quæ causæ, &c.

Aliquorundam taxantur errores.

Quod pœnitentia sit donum Dei.

Quod pœnitentia nunquam sit deneganda lapsis.

Quod pœnitentiæ locus tantum sit in hac uita.

Quod pœnitentia necessaria sit in omnem uitam, quamdo etiã renati & iustificati possunt excidere gratia: incertus uitæ exitus. Contra eos qui emendationem uitæ procrastinant.

De pœnitentia inutili seu falsa, atque eius comite desperatione.

FIDES.

Quot modis dicatur fides: & quomodo hoc loco propriè accipienda.

Vtrum fidem habeant etiam dæmones?

Vtrum in uno articulo fidei errantes, recte autem sentientes in articulis reliquis, fidem retineant? Qua fides propriè iustificet?

Vtrũ fidẽ quæ iustificat, aliquis possit promereri?

Ac de dicto Augustini: Nemo credit nisi uolens.

Vtrum ad iustificationem necessaria sint bona opera, uel antecedentia, uel consequentia?

De locutionibus illis: Iustificantur homines gratis per fidem, absq; operibus. item, Iustificantur sola fide.

IVSTIFICATIO, SEV VITA.

Quis sit in iustificatione humana ordo.

Qui effectus iustificationis, & unde uim habeant.

De donatione Spiritus sancti, atq; diuersis spiritualibus donis, quæ iustificationem sequi solent, & in quibus nostra consistit sanctificatio.

De bonis operibus iustificationẽ sequentibus, eaq; demq; contestantibus: siue de iustificatorum uita.

De peccatis eorum qui iam semel sunt iustificati & quòd iustificati rursus labantur, atq; spiritum sanctum amittant, deinde uerò iterum per pœnitentiam ac fidem recipiantur in gratiam.

De fidei confessione, atq; perseuerantia in fide, & eiq; fructibus. Tantum de doctrina fidei.

DOCTRI-

DOCTRINA SPEI.

Quare doctrinã de fide sequatur doctrina de spe.

Vnde doctrina spei addisci queat.

Quid spes, quibus in rebus sita.

Quõ conueniat cũ fide, uel ab eadẽ destinguatur.

VITAE MELIORIS ET AETERnæ expectatio.

De cruce ferẽda, deq; conseruatione ac liberatione nostra è cunctis periculis. Varij loci cõsolatorij ex scripturis.

Quomodo nos consolari & sustentare in huius uitæ omnis doctrina spei debeamus.

REMISSIO PECCATORVM.

Vbi de remißione peccatorum in omnem uitam agenda.

De tentationibus, quibus solicitat homines diabolus ad peccandum, & ad desperandum. Remedia aduersus eosdem tentationes.

RESVRRECTIO A MORTE.

De hominis dignitate præ cæteris creaturis.

Quomodo perficietur resurrectio.

Vtrum eadem ipsa corpora sint resurrectura, quæ nunc habemus?

Qualia futura sint corpora nostra à resurrectiõe.

Vbi etiam errores quidam redarguendi.

De uarijs consolationibus, colligendis ex doctrina de resurrectione.

Videmur nũc satis appositè digessisse, uniuersæ doctrinæ, quæ ab initio inde mundi fuit in Ecclesia

Dei

Dei constanter tradita, omnes præcipuos locos: quin etiam quæstiones de ijsdem locis agitatas, scituq; necessarias. Reliquum est, de signis in Ecclesia Dei usurpatis Elenchum ut texamus.

Quinta Classis.

SIGNA, SEV SACRAMENTA.

Quid signum in Ecclesia.

Vtrum necessariũ fuerit extare signa, siue sacramenta in Ecclesia?

Cuius sit, instituere signa in Ecclesia: an solius Dei?

SIGNA ANTE LAPSVM HOMINIS.

Quæ nam tunc signa fuerint instituta.

Quis usus eorundem.

SIGNA POST LAPSVM HOMINIS.

Quomodo hæc distinguenda: & utrum conuenerit fuerit signa mutari, cum tamen in doctrina nulla sit facta mutatio?

SIGNA ANTE LEGEM.

Quot & qualia illa fuerint.

De usu atq; effectu eorundem signorum.

Vtrũ aliquis possit seruari sine usu sacramentorum?

SIGNA SVB LEGE.

Quæ nam & qualia ea sint.

De circuncisione.

De esu agni Paschalis.

De sacrificijs legalibus.

Qui effectus eorundem sacramentorum.

SIGNA SVB EVANGELIO.

De baptismo: à quo institut⁹, quæ eius materia, forma, &c.

Qui effectus sint baptismi. (lij?

Virũ alius sit effectus sacramẽtorũ legis, q̃ Euãge-

De charactere, quẽ dicũtur imprimere sacramẽta.

Virum baptismus poßit à quouis miniſtrari?

Virum ualeat baptiſmus collatus ab hæreticis?

Quis baptiſmum rectè ſuſcipiat, & quæ ſint conſi

ſita in baptizãdo. ubi de pœnitẽtia, et catechiſmo.

Virum pueri ſint baptizandi?

Virum amentes & furioſi ſint baptizandi?

Virum baptiſmus poßit repeti?

Virum per homines poßint aliqua addi ipſi ritui

baptiſmatis: ut chriſma, &c.

Vtrum neceſſe ſit eadem ipſa obſeruare?

De cœna Domini: à quo inſtituta, quæ materia,

forma, &c.

Qui effectus ſint cœnæ Dominicæ.

De probatiõe ſui ipſius, atq; uero uſu cœnæ cũ pœ

nitentiales ſint admittendi. (nitentia.

An ſoli boni accipiant ſacramentum?

An omnibus utraq; ſpecies ſit miniſtranda?

Quemadmodum in cœna Dominica uerè accipia

tur & ſanguis Chriſti.

De tranſſubſtantiatione.

An cœna Dominica ſit ſacrificium?

An applicari poßit alijs non utentibus? et quidem

etiam iuſtis mortuis?

Virum applicari atq; uſurpari poßit ad impetran-

dum bona, uel depellenda mala, ad auertendas

tempeſtates, reſtinguẽdos ignes, explorationem inno-

centiæ,

centiæ,&c. Vbi de uarijs modis, quibus hactenus possim cœna Dominica est prophanata.

An à malis ministris cœna Dominica posit administrari? Vbi de missis concubinariorum.

An abs quouis homine cœna Dominica possit administrari?

An non sint plura sacramenta noui Testamenti, quàm duo illa, de quibus dictum est?

De pœnitentia, atq; absolutione.

De confirmatione, seu impositione manuum.

De ordine.

De coniugio.

De extrema unctione.

Hucusq; de signis in Ecclesia Dei usitatis.

Sexta Classis.

CONSVMMATIO, SIVE FINIS.

De futura consummatione seculi.

Quòd Ecclesia hic nunquam perficitur, sed post hanc uitam primùm consummatur. ubi de Ecclesia militante & triumphante.

De asserentibus Christum et pios unà cum illo regnaturos mille annos in terris.

De extremo iudicio per Christum exercendo.

Vtrum sancti qui ex hac uita migrarunt, dicantur ad illud usq; tempus dormire? an potius statim à morte uitam consequantur æternam?

De signis præcedentibus tempus iudicij, & de Antichristi reuelatione.

Vtrum iudicij tempus certum cognosci queat?

Vtrum

Vtrum mundus in extremo conflagrabit?
Vtrum à conflagratione illa sit superfuturus novus mundus, noua terra, nouum cœlum?
Vtrum sancti homines uel angeli cũ Christo mundum iudicabunt?
Vtrum iudicabũtur etiã angeli, seu boni, seu mali?
Vtrum tempore iudicij homines sese mutuò cognoscent? manifesta omnibus fient singulorũ peccata?

VITA AETERNA.

De gloria beatorum, quæ nam & quanta ea in sacris describatur.
Cur interrogantes, quid agant sancti in cœlo?
Vtrum sancti omnia uideant, pleneq; cognoscant ea?
Vtrum alij alijs ampliore fruantur gloria? ubi de diuersis mansionibus, atq; de aureolis.
Vtrum sancti in cœlis cognoscant sese mutuò?
Vtrum sancti in cœlis uideant & cognoscant quæ geruntur?
Vtrum sancti in cœlis orent pro nobis?
Vtrum sancti sint à nobis inuocandi, ut pro nobis orent.

MORS AETERNA.

De inferno, ubi de igne, uermc, fletu, tenebris atq; cruciatu damnatorum, tum in anima, tum in corpore.
Vtrum ex damnatis alij alijs crucientur grauius?
Vtrum diuersa sint mortuorũ receptacula: ueluti puerorum, limbus patrum, limbus puerorum?
Cur hinc beati, inde damnati sese mutuò uideãt?

Vtrum

Vtrum damnati aliquando seruabuntur, sicut Origenes & quidam alij opinati sunt?

Hic tam locos, quàm quæstiones quæ ad primarios illos locos siue capita generalissima aptè referũtur, congerere desinemus. Fateor quidẽ, addi nõnullæ adhuc quæstiones possent: (quales certè apud Petrũ Lombardum plures licet cernere) uerùm nobis propositum fuit, delectu adhibito, eas potissimùm indicare, quæ aut utiles sunt ad intelligendos sacrarum scripturarũ diuersos locos: aut partim superioribus seculis, partim nostra ætate, ad publicam omnium Ecclesiarum institutionem, & subinde occasione nata ex acerrimis cõtentionibus, sapienter discussæ sunt. Atq; si Deus optimus maximus uitam, & studijs nostris quietem concesserit, nos in Methodo Theologiæ, quã studiosis adolescentibus paramus, omnes eosdem locos & quæstiones ordine studebimus explanare: iamq; adspirante cœlestis numinis bonitate, quantum duabus primis classibus adnotatum est, absoluimus.

Interea aũt tyrones, quibus præcipuè nostras cogitationes, uigilias & labores nuncupatos cupimus, poterũt ex diuersis formulis quas ante oculos posuimus unam aliquã sibi deligere sequendã: ex postrema formula nostra discere, in primis q loci ad Theologiam propriè pertineãt: dehinc, quomodo eosdẽ operosiùs sub alijs latius patẽtibus ordinare. Quo uel solo nomine spem cõcipimus, diligentiam hãc nostrã multis gratam fore. Cæterùm de cõmodissima ratione adnotandi describendiq; locos communes in chartaceis uolumi-

...bus, non necesse habeo multa adijcere. Liberum esse ...cuiq; debet, suo ut iudicio fruatur. Referam tamē ...uiter & benignè, quomodo nonnulli multos locos ...poris progressu sine magna molestia colligi posse ...timarint: deinde, quid mihi ipsi in hac laboris par ...mpertum sit, maximeq; arrideat.

Quidam amplum cōcinnant uolumen, atq; ordi... elemētario certos distinguūt titulos, pari pagina... intercapedine ab inuicem distantes: postea ad sin... quæcunq; in bonis autoribus obuia fiunt, adno... Verùm hic modus nō ualde probatur. Nam ele... ...arius ille ordo, præterquā quòd nō declarat, qui ...tuò sibi sint cognati, minimè etiam accommo... ...inserendis thematibus compositis. Præterea sæ... ...mero occurrunt, aut plura ad eundem locū per... ...quàm numeratæ chartæ admittunt: aut pau... ...quàm ut easdem impleant. Ex quo deinde fit, ut ...omittantur necessaria et scitu dignißima, modò ...rantur superuacanea: qua ex re non potest non ...pere tædium. Adhæc, qui hanc sequi decreuerūt ...em, uix alia solent inter legendum obseruare, q̄ ...titulorum semel à se præscriptorum farragi... ...tinent: cætera oscitanter prætereunt. Vt non di... ...quòd crebrò titulos aliquos, quippe aridiores & ...ores quàm opinabantur, planè destituunt, atq; ...tionibus uacuos relinquunt.

Non desunt, qui satis esse putant, titulos propè ...merabiles modico interuallo disiunctos ordina... ...deinde paucis subijcere, apud quos autores,

quoto libro, quotóue capite (si ita libros diuidi contingat) uel quota pagina de ijsdem titulis aliquid legerint. Quod profectò perinde est, atq; si multarum lucubrationum texat quispiam communem indicem: quo pacto ad plures Iurisconsultorum commentarios amplissima uolumina, à Bertachino alijsq; digesta cernimus, uocant ipsi Repertoria. Nec uerò est hic labor pœnitendus: sed meminisse decet, illis tantùm profuturum, qui sperare audent, bene instructam ubiq; præsentem affuturam bibliothecam. Etenim hic liber rectius appellabitur memorialis, quàm locorum communium monstrator & explanator.

III. Nonnulli porrò in librum chartaceum quàm plurima, uti inter legendũ obueniũt, sine ordine, sine capitum seu titulorũ distinctione, & nullo delectu habito conijciunt: tandem autẽ ad marginem hinc inde uerbulum appingũt, quo ad quos locos communes singula referantur, indicant. Ad finem uerò concinnant quendam locorum in margine consignatorum indicem, adscriptis tum foliorum, tum paginarum numeris: ad quem indicem, si quando disserendum est, protinus confugiunt: & si quid deprehendunt à se exceptum quod instituto cõuenit, id in usum suum studiose cõuertunt. De qua ratione nõ habeo quod dicãtur tè improbare nec uolo, nec possum. Immò uerò admodum laudo & cõmendo, sicut æquissimum est, quancunq; in colligendis locis communibus diligentiã. Nulla enim, meo iudicio, tam apparet ieiuna & inepta, quæ cõmoditatem aliquam, ei duntaxat qui recte

...it, non adferat. Ac uerißimum omnino est, qui le-
...uel audita gaudet atq; assuescit quocunq; modo in
...tas referre, fieri non potest, quin præ cæteris tar-
...& ociosis uehementer proficiat.

III. Nunc postremam subijciam rationem, quam
...nam utilißimamq; duco, & sum expertus. Ante
...quidem operæ precium est, uno complectaris
...illo præcipuos locos communes, subiectasq; ijs
...ones: si non eadẽ prorsus serie quam paulo antè
...dimus, at certè alia non ualde dißimili. Tantillũ
...pacij in hoc elencho locorum relinques uacuum
...rginem, quantulum sufficiet ad adscribendũ po
...quoto folio locus uel quæstio unaquæq; in codi-
...sequentibus excutiatur. Hi uerò locorum tituli
...modum coaceruati, non modò docebũt quan-
...satis erit, qui loci ad Theologiam pertineant, qui
...rea inuicem sint iuncti affinitate: uerùm etiam
...ad lectionem te prouocabunt: necnon cohor
...tur, autores eos sine intermißione ut cõsulas &
...gas, à quibus explicari locos illos credis. Certè ut
...mis quibusq; optima quæq; seligas & transcri
...illi te aßiduè incitabũt, & quasi aurem uel-
...instabunt ac urgebũt. Dehinc codices aliquot
...adiunges: nihilq; refert, pauci ne sint in initio,
...multi: quando necessum erit postea, quemadmodũ
...diligentia in adnotando, ita uolumen quoq; i-
...noua papyro addita crescere. In his igitur quo
...aliqua obseruatu digna apud probatos au-
...inuenies, eo adnotabis. Neque enim postu-

lo, ut titulos siue inscriptiones locorum communium ullas in uolumine uacuo digeras, ordine & methodo certa dispositas: sed tantùm sic lectissima quæq; transcribas, uti sese obtulerint. hac tamen seruata quasi lege id facies, ut uidelicet cuiuscunq; loci communis aut quæstionis nomen siue titulum maiusculis literis in fronte paginæ præfigas. Quòd si multa de uno eodemq; loco in conspectum ueniunt, perges attexere, atq; etiam plures pagellas implebis. Sin pauca adsunt, describes hæc ipsa: et si tunc aliquid spacij in pagina ulla redundabit, uacuum id relinques, nimirũ alio tempore, ubi occasio tulerit, iterum nonnihil adiecturus. Cæterùm pagina proximè sequenti, alium mox titulum maiusculis itidem literis depinges, subijciesq; de eodem loco communi, qua ratione antè fecisti, quicquid usui futurũ confidis. Interest uerò uniuscuiusq; pro arbitrio iudicare, quando aliqua ad uerbum, & quãdo ad sententiam, siue argumentorum tantùm summam adnotari expediat. Vbi tandem codices aliquot frugiferis bonorũ autorum dictis impleueris, alios assuescet quæ fueris in corradendis locis pertinacior, eo uidebis uolumen paulatim magis intumescere, paulatimq; ob congestas opes, tanquam diuites merces, & obstupes, & tacitè, scio, ipse tibi cõgratulaberis. Vbi aũt de paribus locis pluscula in chartas retulisti, tum ad memoriæ subsidium, adnotabis in primo illo codice, locorũ omnium catalogum cõtinente, ad locorũ seu quæstionum titulos, in extremo margine, quoto folio uel pagina, quædam abs te de illis ipsis locis descripta

pigebit, posteaquã de loco quopiã aliquàm mul
legisti, & papyrum quæ uacua fuerat relicta im
rursus in alio codice etiã procul dißito, de eodẽ
loco titulũ inscribere, & noua quædã inuenta le
adnotare. Quòd si fortè quæstionẽ explanatam,
gãtem cõmentationẽ de loco cõmuni, qui in ca
primi codicis commemoratus nõ sit, nactus fue
lo tamẽ minus in librũ tuũ, perinde atq; cæte-
cognitu dignos, transscribes: postea uerò eti-
primo illo codice, ad classem cui adiungi debere
ueris, titulũ ipsum appones. Nihil enim pro-
classibus nouos subinde locos & quæstiones
di. Separatim etiã licet alicubi locos cõstitue-
titulis, SIMILITVDINES: VOCABVLA
LOGIAE PROPRIA: IDIOMATA,
RASES LINGVAE HEBRAEAE: TY
LLEGORIAE. Prætereà locos quosdam an-
de quibus non est spes inueniri multa posse,
certi uidẽtur ordinis, addito si libet huiusmo-
ARIA, uel, MISCELLANEA, uel, IN-
ORDINIS, &c. His inquam omnibus op
alicubi in uolumine chartaceo, sua regio,
ribus aßignabitur. Sed quoniam multa inest
narietas, adhibebitur hæc cautio, ut siue si-
nes, siue typi, siue alia eius generis collecta
uerbo tamen uno alteróue ad marginem de-
, ad quem locum communem antè in primo
expositum, illa ipsa pertineant, hunc in modũ.
scripsisti fortè typum de duobus filijs Abrahæ,

quorum alter expelli debebat cum matre Agar, alter uerò solus succedere in hæreditate, atq; promißionū à Deo factarū particeps fieri: rectè adnotabis ad marginē, De abrogatione legis. Itē si aliquas cōgeßisti similitudines, rectè adscribes ad marginē: Cōtra auaricia, cōtra crapulā, atq; ita deinceps, prout ac res postulare uidebitur. Quāuis si rectè omnia expēdimus, typi, allegoriæ, & quæ eius sunt generis, cōsultò ad eos adscribētur locos cōmunes, q antea sunt suo quiq; ordine collocati. Etenim typus de abrogatione legis, referetur ad quæstionē seu locū cōmunē, q eidē argumento, legis uidelicet abrogationi, dicatus est. Quòd si alicubi adnotaueris, quod plurib. locis utiliter pōt accōmodari: nihil uetat, titulos in margine plures apponi, uel etiam ad diuersos locos adscribi. Hæc est, meo iudicio, simplicißima & facilima colligendi locos communes forma: cuius utilitatē nemo percipiet, nisi qui ad menses aliquot periculum fecerit. Non libet longiore oratione eam commendare. Nam non ita præscribimus amplectendam, quin integrum esse uelimus, aliquam de multis colligendorum locorum formam sequi, qui maximè arriserit. Qui uolent, hac utentur & fruntur: qui poterunt, excogitabunt aptiorem.

QVOMODO QVIS COLLECTOS se locos communes augere, illustrare, quum opus fuerit, rectè ijsdem uti queat. Cap. IIII.

NVnc paucis indicabimus, quomodo ijs adnotaueris, cum laude poßis uti, dulcesq;

ex sudoribus tuis capere: imò, quomodo præter
que congeßisti, multa prudenter ipse excogitare,
omnia apto ordine disponere, necnon cõmodè ex-
are queas, siue scholastica, siue populari dicendũ
one fuerit. Etenim ut tu quidem pleraq; digeßisti,
bis non admodum iuuabunt: quippe quæ tumul-
rie & sine ordine, quemadmodum in diuersis au-
bus siebant obuia, tum parcè & pauciß. uerbis,
dum truncatim atq; obscurè, sunt adnotata. Itaq;
ferendum tibi est, ac proferre cupis longo tem
& indefatigabili studio conquisitas opes: ante
certam explicandi methodum tibi præfiges, cu
ũ non modò quæ iam parata habes, scitè dispo
ram etiam noua quædã sapienter inuenies: uel
neberis saltè apud alios scriptores, quos in eodẽ
cto illustrãdo uersatos noris, plura inquirere,
stituto tuo aptare. Cæterũm methodũ scholasti
possumus congruentiorẽ illa ostendere, quam
am de explorãda methodo publicè sacras lite-
rpretantiũ ageremus, descripsimus. Ibi namq;
discutiendi locos cõmunes diximus iudicari
, qua primo loco inuestigatur definitio tum
, tum rei: & utraq; quidẽ, quantũ fieri potest,
rũ literarũ, uel certè ex doctißimorũ Patrũ
deprompta. Subijcitur uerò mox quædã defi-
explicatiũcula. Dehinc si ab aliquibus in defi
e sit erratũ, fideliter cõmonstratur, expositis si-
erroris caußis. Si qd præterea definitio, quæ pro-
ur, habet peculiare, aut cum alijs commune,

aut alioqui rarum et admiratione dignum, id minimè præteritur silentio. Postremò, si quæ controuersia uel disceptatio de definitione ipsa aliquando exorta inter eruditos fuerit, ne hæc quidem indiscussa relinquitur. Tantum de definitione. Secundo loco cõstituenda est diuisio, qua aperitur, quot modis dicatur, uel quotuplex res sit, uel quot habeat partes: idq; rursus eadem prorsus diligẽtia, qua definitiones colligendas, examinandasq; diximus. Tertiò inuestigari oportet caussas, efficientem inquam, materiam, formam, finem seu effectus. Neq; hic quicquam eorum quæ in definitionis negotio facienda diximus, prætermittetur. Quartò excutiuntur circunstantiæ, quæ prædiuitem materiã semper suppeditant, & diuersarum rerum admonẽt: præterea discentium intellectum mirificè adiuuant. Forma autem excutiendi circunstantias, sicut etiam caussas, ex dialecticorum & rhetorum præceptionibus nota est. Quintò usuuenit sanè nonnunquam, ut omnibus his rectè explanatis, supersit adhuc, de caussa, uel circunstantia, uel alia quauis re, non leuis disputatio, in qua etiam excellentes homines uehementer dissentiunt. Constat enim, ad dirimendas eiusmodi controuersias, subinde coactas olim fuisse legitimas fundos. Illa igitur de caussa pernecessarium est hoc loco disputationem integram, si inciderit, pertractari, quemadmodũ fieri solet, allatis in utranq; partem firmamentis: atq; his quidẽ euersis quæ falsa deprehenduntur, illis uerò stabilitis quæ rata haberi debent, quæq; scripto Dei uerbo sunt cõsentanea. Sextò, si

portunum

pertunum uideatur, capita rerũ hucusq; expositarũ contrahuntur in epilogũ: & quibus plus inest ponderis ac dignitatis, ea paucis uerbis accuratè cõmendantur, ut ceu admodũ exquisita altius infigantur auditorum animis. Septimò, quis & quantus usus loci communis pertractati existat, tam publicè in ecclesia, q̃ priuatim in piorum cõscientijs, superadditur: demonstrando uidelicet, si quid pertinens ad doctrinam, ad elargutionẽ, ad institutionẽ, ad correctionẽ, aut denique ad cõsolationẽ obuenerit. Hac ratiõe satis superq; explicatũ, ni fallor, uidebitur, quicquid ad locum alicuius cõmunem plenè intelligendum requiri posset. Quòd si iam habes in chartis tuis tumultuariè adnotatum quàm plurima, quæ hoc ordine queant distingui, nec est, neq; alius tibi obcundus erit labor, quàm solus dispositionis. Quòd si nequaquã habes quæ huic ordini per omnia seruiunt, sed id tantùm nactus fortè quod ad definitiones uel diuisiones conducit: tum perfectò formula ista à nobis delineata occasionẽ præ plura meditandi, necnõ ex alijs scriptorib. lectißimisq; mutuandi: ac tam diu, tamq; multa, quoad quod integrũ locũ ad amußim discutiendũ sufficiẽt, disparaueris. Diligens examinatio eorũ quæ ab alijs de eodẽ argumẽto uides prodita, qualiacunq; ea sint, ex perrectiorẽ atq; ad omnia alacriorẽ te reddet: præterea frequẽter efficiet, ut quædã ualde utilia et præclara ipse animo cõcipias. Intellige autem, hunc in explicandis locis cõmunibus ordinem sequendum, quantum argumenti, de quo disserere est propositum, natu-

ra admittit. Vbi nulla extat diuisio rei in membra uel species, ubi non incidit scrupulosa aliqua disputatio: quorsum attineret, te superuacanea istiusmodi rerum & laboriosa inuestigatione torqueri? Atq; hæc quidē ratio tractationis, maximè congruit explanandis thematibus simplicibus. Quòd si themata composita oblata fuerint, par erit sectari formam enarrationis popularis: de qua tametsi suprà nonnihil est à nobis dictum, haud tamen pigebit quædā carptim repetere.

Qui populari docēdi ratione locū cōmunē desiderat explicare, haud magno negotio id perficiet. Neq; enim seueris scholasticorū legibus irretitus & inuolutus tenetur: sed liberè agens, statim ad persuadendum numero ac pondere argumentorū, tum ad mouendos adfectus, quoties opportunū uiderit, omnia sua diriget. Quocirca ubi succinctè et clarè exposuit quid sit illud de quo agitur, aut quot in partes distribuatur: protinus huc se cōuertit, ut ante oculos cōstituat spirituales fructus, quos ut auditores animo apprehēdant, pro uirili incūbit. Disputationes subtiles & intricatas studiose defugit. In errorib. argutè confutādis, aut nullū ducit sibi tempus insumendū: aut modicè tantū & artificio planè oratorio, quo in odiū & contemptum adducat aduersariū, occupatur. Paucula uerò illa quæ cōgeßit, naturā rei propriè describētia, uariis conatur modis illustriora facere. Quam ad rem, modò contraria, modò affinia accersit: dehinc promissiones, cōminationes, exempla, typos ex sacra scriptura: post hæc similitudines, rationes suasorias ex communi

hominum

hominum uita petitas corradit: postremò ex diuersis artibus, maximè ex Physice, Ethice, Oeconomice, quæ dam interdũ miscet: creberrimè autem sententias mo- rales & argutè dicta, tanquam flosculos aspergit. In summa, undiq; conuehit & importat, quæ sibi profu- tura arbitratur: neq; ualde laborãdum est ei in istarũ rerum inuentione, qui modò in artibus dicendi fuerit diciter institutus. Luculenta exempla huius tracta- tionis extant apud Ioannem Chrysostomum, qui præ- terquam quòd iustis homilijs enarrauit Euangelium Matthæi ac Ioannis, etiam separatim de eleemosyna, de humilitate, de patientia, de præmio & gloria bea- norum, de cõcordia, de ieiunio, de oratione, de fide, de uilitia spirituali: tum contra auariciam, contra detra- ctionem, contra superstitiosas obseruationes, cõtra pe- rnandi detestandam consuetudinem, contra ludos & spectacula in theatris exhibita, contra iram, contra ambitionem, uarias conciones edidit. Gregorius Na- uzenus simili modo quosdam locos cõmunes egre- ptè explanauit, in quibus excellit illa de cura paupe- rum. Neque palmam ulli concedit hac in parte Ma- gnus Basilius. Hæc de colligendis, augendis, explican- disq; locis communibus, satis multa.

DE TRANSCRIBENDIS ILLVstrium uirorum ad obscuras quæstiones responsis. Cap. V.

CAeterùm præter uolumen destinatum locis communibus, aliud quoque parabis, transscripturus in id illustriũ & insignitè eruditorum

hominum

hominum ad obscuras ac difficiles quæstiones respon
sa: quæ quidem diffusius sunt explicata (interdum e-
tiam profecta à diuersis hominibus cõsentientibus uel
dissentientibus) quàm ut cõmodè inseri libro locorũ
communium queant: modò uerò sic se habent, ut iudi
catu sit perdifficile, ad quem locorũ cõmunium ordi-
nem redigi mereantur. Sæpe autem usuuenit, ut homi
nes quidam etiam graues & pij, aliquid aut iam per-
fecerint, aut paulo pòst perficere in animo habeant,
de quo tamen ambigunt licitũmne sit, an secus: atq; op
pidò uerentur, in primis ne Deum ipsum, deinde ne
pusillos infirmosq́; fratres suo exẽplo offendant. Quæ
res eos permouet, doctrina excellẽtes uiros ut adeãt,
petentes tranquillandæ cõscientiæ ergò, certi aliquid
de re dubia definiri. Crebrò etiam ex eruditis ipsis,
proponunt alteri alteris graues et inuolutas quæstio-
nes: interdum discere, interdum sese mutuò exercere
cupientes. Aliquando plures simul docti uiri ab eccle-
sijs uel Magistratibus cõuocantur, de exorta pro tem
pore controuersia certi quippiam pronunciaturi. Ad
eiusmodi igitur quæstiones & cõtrouersias, responsa
ab eximiæ eruditionis hominibus reddita, undecunq;
poteris mutuò accipies, & chartis tuis inserere non
differes. Tractantur multa huiusmodi etiamnũ hodie
in primis de caussis cõiugalibus, de quibusdã uendi-
tium & ementium cõtractibus, de usura, & similibus.
Item, quomodo quis sese geret in Ecclesia ubi schisma
est, uel ubi de doctrina religionis oboriuntur dissen-
siones? Quomodo quis sese geret habitãs apud hære-
ticos,

...ris, uel aliàs inter eos qui in Ecclesijs usurpant ritus cum uerbo Dei & sincera pietate pugnantes? Quoq; obediendũ nouis magistratuũ imperatis ac legibus? An magistratus poßit prohibere, ne plebes legat sacra Biblia in sermonem patrium cõuersa? Vtrum ciuili magistratui liceat res ordinare Ecclesiasticas, & ...ßis religionis suum iudiciũ interponere? An expediat episcopos habere iurisdictionẽ, quam uocãt, temporalem seu ciuilem? An abrogandæ pleræq; ceremoniæ quibus grauari uidetur Ecclesia, quæq; in superstitiones existimantur degenerasse? An quo tempore ...is iusto Dei iudicio sæuit & grassatur in ciuitate, ...re aliquibus liceat? Aliquando etiam de locis scri...ne in speciẽ pugnantibus, aliquãdo de rebus alijs, ...t euenta & negociorũ circunstantiæ postulant, ...stiones proponuntur. Ad D. Augustinũ frequẽter ...rebantur προβλήματα, ac dubiæ res, controuer...quemadmodũ uidere licet in Epistolis ab eodem ...Hieronymus quoq; nõ rarò de obscuris scriptu...m locis cõsulebatur. Ad hæc, de negotijs coniuga...de cõtractibus, deq; alijs quæ his sunt aliquo mo...finia, sententiæ quorundã, qui patrum nostrorũ ...oria aut paulo antè uixerũt, minimè aspernãdæ ...ferunturmultorum manibus. Nemo autem cre...quantum emolumentũ pariat hæc diligẽtia. Præ...quam enim quòd incredibili quadam ratione exer...formatq; iudiciũ, idq; eo ipso statim tempore quo ...m in his adnotãdis laboras: tum uerò fructus mi...dos percipies, ubi cõtinget te Ecclesiæ cuipiã præfici,

fici, uel eo agere loco in quo ipse subinde rogaberis, ut easdem, aut non ualde dissimiles enodare uelis quæstiones. Nullus dubito, quisquis secuturus est hac in parte meum consilium, aget olim mihi gratias, qui adeô candidè benigneq; monuerim. Atq; utinam mihi ætate iuuenili obtigissent fidi harum rerum monstratores. Negligentiam in digerendis locis communibus, fortassis aliquis desidiæ libenter patrocinans, ueniam aliquo modo mereri cẽseat: atqui certus sum, eum qui responsa eruditorum uirorum transscribere pigrabitur, nemo uenia dignum pronunciabit.

DE PVBLICIS QVIBVSDAM EXercitijs Theologicis: ac primùm quidem de disputationibus. Cap. VI.

FVturo Theologo, suprà quàm dici queat, utilia esse hæc de quib. hactenus sermonẽ fecimus præ exercitamenta, quis non intelligit? At uerò cum hæc sint tantùm muta, solitaria, intraq; priuatos parietes sine teste transigi solita: nequaquam profectò sufficient, nisi accedant adhuc quædam uocalia, eaq; in publico cœtu publicum omnium iudicium subitura. Huiusmodi autem exercitiorũ publicorũ diuersa sunt genera, ut exploratio doctrinæ singulorũ, quam uidelicet indicto tempore de præcipuis doctrinæ religionis capitibus interrogati iuuenes, iubẽtur ad quæcunq; quæstiones aptè respondere ac rationem reddere, uocant in scholis Examen: hinc quoddam positum est in disputationibus: aliud paratum est ad declamandum lingua latina in studiosorum cœtu quan-

loco & postremo sunt conciones planè populares
mone patrio habendæ coram imperita multitudi-
De duobus illis medijs, quandoquidem præ cæteris
lebrantur, magisq; sunt in usu, nonnulla in præsenti
ciemus, alio tempore magis opportuno de reli-
forsitan de omnibus simul plenius dicturi. Sunt
disputationum ac declamationum præexercita
ta, uel eo nomine diligentissimè in scholis propo
da, immò per ipsos doctores frequenter urgenda,
in ijs cardo profectus studiosorũ uertitur. Neq;
quantum promouerint, quidúe humeri ualeant,
ferre recusent, percipere adolescentes unquam
nt, nisi aliquãdiu in huiusmodi progymnasma-
rium ingenij periculum fecerint. Sæpe comper-
est, eos qui existimabant se egregiam nauasse in
literis operã, & cõfidebãt de quouis argumẽto
logico, siue apud populũ, siue in cœtu cõdiscipu
posse cũ laude disserere, cũ aliquid efficere medi
tur, quoniã neq; disputationibus, neq; declama-
bus sese prius exercuerant, coactos cum dedeco-
nè dixerã cum multorum risu & sibilis, re infe-
re. Quid, quòd nec doctores ipsi, de auditorum
iudicare satis possunt: & cũ res postulat, tan
idoneos ad gubernandã scholam uel ecclesiam
ere, alijsq; cõmendare: nisi in his præexercita-
uirile aliquid attentãtes, aliquoties audiuerint?
mus insuper, ex hisce exercitationibus, non ad
modò redire fructum qui in arenam ipsi descen-
uerim ad uniuersum spectatorum atq; audito-

rum

rum gregem, qui præterquam quòd de argumẽto per disputationem uel declamationem explicato, plenissimè instituitur, tum uerò ad subeundos studiorũ quoscunq; labores multo redditur expeditior: necnon mirabiliter sese accendi, tacita quadam cupiditate præstandi cæteris, statim sentit. Interest igitur eorum omnium qui in scholis sacras profitentur literas, crebrò studiosam iuuentutem incitare, ut ad splẽdida & speciosa ista progymnasmata sese paret: idq; non tantùm propter ingentem utilitatem, uerùm etiam propter gloriam. Siquidem dissimulari nequaquam decet, cupiditati gloriæ (quandoquidem hæc immensum, ut ille ait, habet calcar) locum aliquem in hac laborum parte concedi debere: in primis autem apud iuuentutem, quam indubitatum est, gloriola, quasi amplissimo quodam præmio proposito, uel maximè allici & extimulari. Ac debet profectò persuasissimum esse studiosis omnibus, laudem & gloriam non mediocrem illos manere, qui in pulueribus disputationum ac declamationum sæpe desudarunt. Et quo obsecro iure mortalium ullus id improbet, uertátue uitio, quod proficiendi animo suscipitur, & in quo etiam uoluisse reuera magnum, ac proinde laudabile censetur? Itaq; par est omnes studiosos adolescentes, qui modò plusculũ fuerint in sacris literis progressi, ad disputationes declamationesq; alternè habẽdas prouocari. Fieri aũt non potest, quin in altero saltẽ genere, quisquis modò animũ intẽderit, se ualere experiatur: quidã uerò etiã in utroq; multum præstabũt. In utro aũt quisq; uersatur

felicius,

...ciis, in eo æquum est crebrius occupari, ac singu-
...quidē pro ætatis ingenijq; modulo. Certè quicunq;
...cellentes cōspiciuntur in disputando, ij expectatio-
...minimè dubiam de se præbent, idoneos aliquan-
...fore, ut in scholis sublimiter doceant, hæreticos gra
...confutent, sana dogmata strenuè defendāt. Qui
...ori cum gratia declamant, ij cōmodùm præficien
...Ecclesijs, ubi erudiant incultum populū. De ijs ue
...eminent in utroq;, omnia præclara liceat polli-
...Si qui in neutro quicquam assequuntur, equidem
...ideo quam de istis spem par sit concipere. Sicut
...Musicæ, ita eruditionis quæ proferri in lucē
...nulla aut modica est cōsideratio. Sed de dispu
...ibus, quomodo eæ cum fructu institui debeant,
...tim primo loco dicamus.

...is & scopus principalis omnis legitimæ dispu-
...est, ueritatē indagare, eandemq; ueluti ex te-
...specu in lucem educere. Quam ob caussam
...ueteres, quemadmodū testatur August. epistola
...ad Ianuarium scripta est, olim in ipsis eccle-
...prælectiones, ita disputationes quoq; de rebus
...religiose ac magna reuerentia haberi solebant.
...erūt autem maiores, etiam in scholas introduci
...re disputandi morē, quo errores refellere, uera
...munire ac tueri, etiam in adolescētia, omnes
...Quæ res induxit patres, ad tradendū in cele
...schola Theologica Alexādrina omnes huma
...philosophiæ partes. Cupiebant nimirum aduersus
...phorum insidiosas argutias & fallacias, quibus

Euangelicam doctrinam hi impugnabant, pro ethnica uerò sua impietate propugnabãt, pios utcunq; instructos, & quasi armatos reddere.

Quod ad materiam attinet, deligantur theses, non de rebus friuolis aut absurdis, quales ferè solæ hactenus in scholis cõcrepabant: nõ item de nimiũ sublimibus atq; arduis: sed de ijs, quarũ usus cognitioq; ad rectè tum sentiendũ, tum uiuendũ est necessaria, quaq; pro temporũ ratione atq; Ecclesiarũ statu sciri maximè expedit. Ac de sublimibus quidẽ uitandis, prudenter Gregorius Nazanzenus Theologiæ lib. 1: De quibus, inquit, disputandum? & quatenus? De his solum, ad quæ humani ingenij acies pertingere põt, & quatenus conditio auditoris & facultas quiuerit assequi: ne, ut intensior uox auribus, ut alimentũ immodicum corpori, ut onera paulo grauiora subeuntibus, ut deniq; terræ crebriores pluuiæ nocent: ita sanè & auditores quæstionib. altiorib. & quasi solidioribus degrauati, preßiq;, damni aliquid accipiãt. In summa, hac fine disputandũ, ne supra fragilitatis nostræ uires quicquam attentemus. Dehinc, ad eius libri finẽ suadet, de ijs argumẽtis Theologicis disputationes salubriter uiueri, in quibus scopum ferire est utile, aberrare uero nõ adeò periculosum. Nunquã uerò potest disputandi auidis deesse utilis materia. Quanta enim diuersorum locorũ & quæstionũ turba sese offert in illis claßibus, quas nos paulo antè digeßimus? Quid enim item, ex libris Mosaicis, ex prophetarũ cõcionibus secundas materias disputationũ excerpi? Et nemo ignorat

lectiones diebus festis in sacro cœtu Ecclesiastico
blicè de libris noui testamẽti, in primis de Paulinis
pistolis recitari solitas, ingentem aceruũ lectißimarũ
ctionum ac thesium subministrare. Quinetiam fa
ac dicta illustrium hominũ, relata in libris sacris,
in historijs Ecclesiasticis, prodest interdum accu-
examinari: tale uerò examẽ, si ulla ratione, certè
tationibus multo aptißimè confieri certum est.
paucas insuper licebit concertationes disputato-
instituere, de uarijs negotijs, quæ de improuiso
dunt, & de quibus inquiri atq; erui ueritatẽ, mo-
eruditi, in primis ministerio Ecclesiastico ad-
modò adolescentes qui in scholis adhuc commo-
ur, uel cuiuscunq; præterea ordinis homines, po-
Breuiter, quot de rebus homines anxij expli-
ueritatem petunt: de tot quoq; potest hone-
putari, quippe cum disputationũ ductu compen
ne ad ueritatem penetretur. Consultißimũ au
ret, theses præfigi pauculas, deq; ijs maximè lo-
paucis antè diebus præceptores in publico
tarunt: idq; quo (quoniam pridem audita al-
uc hærent in animis) tum accuratius exami-
disputantibus, tum clarius percipi ab audienti-
cta queant. Sic porrò expedit theses ipsas ua-
decursu tẽporis, præcipui loci doctrinæ Chri
propè omnes, ordine discutiantur. Quomodo
illæ collocandæ distinguendæq; sint, non mul-
laborare oportet. Quædam scholæ, in primis
, Sorbonam Parisiensem imitantes, præcla-

rum autumant, quàm diuersissima & ad uarios locos pertinẽtia capita, in fascẽ unũ cõstringere, et quoquo modo colligare: aliarũ nationũ scholis mos est, omnes theses ex uno aliquo loco cõmuni depromere. Esto nè ratio illa ad ostentationẽ tota cõparata uerùm hæc tyronũ ingenijs, adde etiã ueritati limandæ, magis cõuenit, proinde nostris scholis amplectẽda. Quod si quando in eorũ gratiam, qui nuper ex philosophiæ humilibus umbraculis ad nostras excelsas et pauimentatas porticus se cõtulerunt, adeoq; animi oblectandi causa placet seorsum, & ceu παράδρομον, subtexere aliquid è Philosophia naturali uel morali tralatum, non refragabimur, modò sobriè & cũ delectu id fiat. Permisceri uerò confusaneè Theologicis philosophica, et Christo copulari Aristotelem, quomodo cõsueuerunt alicubi pro Theologicis obtrudere trita quædam ex Aristotele μετὰ τὰ φυσικά, non magis est ferendum, quàm ut pulchrè sciteq; pictam tabulam luto obliniat scurra aliquis conspurcet. Quæ enim societas Christi cum Belial? Intra terminos nostros, inquit Nazianzenus, philosophemur, nec efferamur in Aegyptum, nec in peregrinum Assyriorũ luxum dilabamur, nec canemus canticum Domini in terra aliena.

Si de forma disputationũ quæritur, quæ in hac parte obseruanda, paucis tradi cuncta haud possunt: aliquot tamẽ perstringemus. Necessarium est in primis, ut omnem sophisticen: tam ab eo qui publicè respondet, q̃ à cæteris qui argumentationes proponunt. Veneni sincerioris doctrinæ, est captiosa cauillatio. Quocirca

THEO
hasis dialectice
Christiana lib
nia genera q
randa & diss
mihi cauenda
os decipiendi
ua captiosas c
nis Ecclesiasti
ue legimus :
mait in omnib
ur candor &
tractatione, e
nobrẽ sophis
erit exemplo
cõcludere q
nihil aliud quà
negabat prot
ac irridere,
hinc proc
lus Paulus λο
rum, τὰς βε
ad 1. Timoth.
ac præ se ferũ
quæ hisce de
neque, ac in lo
sophistarũ esse sol
debat. Non abs
mittitur ueritas.
quidam & ac

usu dialectices rectè præcipit Augustinus, de doctri
na Christiana lib. 2, cap. 31: Disputationis discip ina ad
omnia genera quæstionũ quæ in literis sanctis sunt pe
nitranda & dissoluenda, plurimùm, inquit, ualet: tan
tum ibi cauenda est libido rixandi, & puerilis osten-
tatio decipiendi aduersariũ. Vbi mox addit, sophisma
ta captiosas conclusiones in scriptura improbari
ab Ecclesiastici, hoc est, Iesu Syrach, apud quem
legimus: Qui sophisticè loquitur, odibilis est.
aũt in omnibus artibus atq; actionibus commen
tur candor & simplicitas, certè in Theologicarũ
tractatione, eæ uirtutes uel maximè requirũtur.
nobrẽ sophisticas obiectiones, si quæ inciderint,
erit exemplo Diogenis (qui ubi cornuto syllo-
cõcludere quidã conabatur, quòd haberet cor-
nibil aliud quàm frontẽ ac tempora manu cõtre-
negabat protinus se illa sentire) cõtemptim re-
ac irridere, quàm laborare ut appositè eas di-
Atq; huc proculdubio generatim spectat, quòd
Paulus λογομαχίας, aniles fabulas, portenta
, τὰς βεβήλους ἀγνοφωνίας studiose uitari
1. Timoth. 1. 2. Timoth. 2. Nam sophisticũ ali-
præ se ferũt: ac suspecta sanis hominib. fiunt
quæ hisce delectantur. Iam cõtentiosi clamo-
què, ac in longũ protractæ altercationes (qua
sophistarũ esse solẽt) in Theologorũ scholis locum
habeãt. Non absq; causa dixit ille: Nimiũ altercan
tur ueritas. Non tamen omnino improbatur
quidam & acrimonia in dicẽdo. Quem enim,

obsecro, afficiant, prorsus frigidæ languentesq; disputationes, nullo sanguine, sudoreue, ut sic loquar, coloratæ? Sed tale feruoris requiritur temperamentum, quo neq; mens in transuersum à studio rimandæ veritatis abripiatur, neq; recti iudicij acies hebetetur. D. Augustino, epistola 147 ad Proculianũ episcopũ, & etiam in serijs & grauioribus disputationibus prouectæ ætatis hominũ, feruentius & cum quadam animi perturbatione aliquid interdum dicitur, nõ displicendum tamen ad causæ quæ agitur dignitatẽ aliquo modo id faciat, & nõ discedatur à linea charitatis. Quanti igitur moderata acrimonia admittatur, in materijs periculosis certaminibus scholasticis? Conspicietur ergo aliquando quædã uehemẽtia, sed cui nullũ sit cum ira cõmerciũ: audietur quoq; de medio pectore prodiens clara oratio, sed ad clamorẽ minimè assurgens. Verbũ quod in alterius, seu præsentis, seu absentis iniuriã, ne mussitetur quidẽ. Quod non hic modo uerùm in omnibus quoq; colloquijs uel priuatis cauendi operæprecium est. Abesse uerò longissimè decet animis disputantiũ, arrogantiã, & pertinax studium defendendi propriã opinionem. Nihil pernicies futuro Theologo, quàm mordicus quæ semel conceperit tueri, aliorumq; iudicia quamlibet præ suo aspernari. Hæc prima uia est, ad offendendas hæreses, schismata in Ecclesijs suscitanda. Omnitur hisce, & quibusq; alijs uitijs summa diligẽtis, soliciti erunt quicunq; literaria disciplina schola cõgrediuntur, ut quantũ fieri potest

breuitate, perspicuitate & modestia cõmendati ha-
bentur. Quæ quatuor uirtutes disputationem maxi-
me condiunt, necnon suauem gratamq; reddunt om-
nibus. In quibus est sinceritas, hi ab omni sophistice,
ueritate, impostura abhorrent: hi ex arcanæ scriptu-
ræ sacrario ratiocinationes suas conantur educere: hi
ueritatem, quæ est tanquã lucerna diuinitùs in menti-
bus hominũ accensa, non quærunt abdere sub modio,
sed super candelabrum, ubi luceat omnibus puræ do-
ctrinæ auidis, attollunt: deniq; his maior cura est effi-
cere quo sola triumphet insuperabilis ueritas, quàm
ipsi uictoriã de alijs reportare, & gloriolã con-
sequi existimentur. Dehinc arguta breuitas, & in bre-
uitate perspicuitas, ex cõmuni, puro tamen, loquendi
paratæ, nõ docent modò, uerùm etiã honesta qua-
dam uoluptate afficiunt. Longa certè uti præfatione,
nec per ambages ad rem descẽdere: dein illud ipsum
in rei caput est inuolutè enunciare: præterea uer-
borum pompa & strepitu abducere aduersariũ, uel
egredi ab instituto: præterquam quòd inciuile
aliquid auditoribus oppidò molestũ, etiã inscitiæ, aut
ambigui, uersipellis ac ueteratorij ingenij suspicionẽ
ingerit. Quocirca uehementer probatur cõsuetudo,
quam opponẽtes iustis apertisq; syllogismis uel en-
thymematibus suas strictim cõprehendunt sententias:
cum rursus à respondente singulæ partes pensiculatè
discutiuntur, atq; aut inficiando, aut cõcedendo, aut di-
stinguendo, aut alia ratione breuiter resoluendo sum-
mi negotij euoluitur, & dilucidè explicatur. Postre-

mò, modestiam tam in uerbis q̃ in gestibus, oẽs uirtutẽ ducũt primo atq; ultimo loco spectandã: quippe quæ si desit, gratia destituitur quicquid fit. Atqui ut quis sincerè, & breuiter, & ꝑspicuè, & modestè in disputando agat omnia: magnopere oẽs disputaturi, in primis uerò q partes respõdendi sustinẽt, adiuuabũtur, si ad aliquot dies antè q̃ in arenã publicè descendãt, priuatim domi cum studiosis collegis, q de thesib. defendẽdis quæuis ultrò citroq́; in mediũ producere queãt, cõtulerint. Dici nõ potest, quantũ cõpendiũ, utilitatẽ, postea etiã laudem, modicus hic labor sit allaturus. Et sanè q iã probè callet genus argumẽti, in quo decreuit uersari, is sinceriter agere poterit: neq; necesse habebit, sophisticè adhibita in cõsilium diuerticula, siue effugia ulla quærere. Qui deinde aliquoties repetiuit priuatim pleraq; omnia argumẽta, quæ postea in publico proferẽtur: huic procliue erit iuxtà breuiter ac ꝑspicuè ad omnia respondere. Hæc uerò simul iuncta, ut modestiã quoq; idẽ poßit retinere, efficient. Si quæ præterea desiderantur, præceptores pro sua fide ac candore indicabũt. Ad hunc autẽ modũ disputationes Theologicæ frequẽter institutæ, quãtas utilitates sint parituræ toti studiosorum cœtui: plenius, spero, artiusq́; docebunt experientia & successus, quàm ego ulla oratione quamuis prolixa possem persuadere.

DE DECLAMATIONIBVS.

Cap. VII.

IAm declamationes non minori diligentia, quàm disputationes, proponentur: & quidem eadem pro-

pera-

ratione, qua in Rhetorum scholis fieri id cõsueuit: quando ex his ipsis artificiũ omne docendi, delectandi, mouendi, & quicquid ad politè dicendũ pertinet, ... æquum est, quatenus modò rerum diuinarũ sublimitas hoc admittere intelligitur. Quàm aũt hæc exercitatio Theologiæ candidatos deceat, nõ ex eo solùm ... quòd eos qui docturi sunt populũ in Ecclesia, ... bene dicendi arte atq; usu necessum sit: uerùm ... quòd ex præstantißimis Theologis ueteribus ... Rhetoricen publicè olim sunt profeßi, quinetiam præclara exempla orationũ incredibili artificio ... oratarũ post se reliquerũt: quæ profectò optarentur tyronibus declamaturis interdum proponi, maxime illustria illa & imitatione dignißima, quæ apud Chrysostomum, Basilium, Gregorium Nazanzenum, ... Hieronymum licet cernere. Non est autem nostri in... præceptiones ullas de ratione declamandi in ... congerere: tantùm admonitos omnes initio uo... primùm uti argumenta deligant digna Theologorum sodalitijs, & ad imbuendos auditorum animos rectis opinionibus idonea: deinde sic omnia pertrahentur, ut semper admixta hinc inde emineant, partim dogmata exposita, partim exhortationes quæ ad pietatem ac uitæ sanctimoniam, studiumq; sinceræ religionis inducunt. Nam præexercitamentorũ Theologicorum, id est, tam disputationum quàm declamationum scopus esse debet, cognitionem doctrinæ religionis, eiusdemq; uerum usum, qui in fide & sanctis ... actionibus, promouere. Cæterùm ne quis præ-

tendat, argumenta declamationibus apta sibi deesse aperiemus latißimum quēdam campum, ex quo, non aliter quàm ex amœnißimo prato, multi colores, & suauißimū afflantes odorem leguntur flosculi: poterit unusquisq; uariam & multiplicem dicēdi materiam, quoties libebit, decerpere. Quam autem inueniendi, disponendi, eloquendiq; uiam studiosi dudum didicerunt in officinis Rhetorum: ea ingrediētur, atq; exempla styli sibi præfigent strenuè imitanda, quæ passim teruntur omnium manibus: quorum alia progymnasmatum, alia declamationum inscriptionem ostēdunt, atque à doctißimis eloquentißimisq; uiris in gratiam adolescentum elucubrata, ac scholis aptata cōspiciuntur. Indicabo interea aliquoties, qui nam ex sanctis patribus, argumenta nonnulla eodem ferè pacto quo Rhetores, tractauerint: idq;, ut eadem argumenta pij adolescentes consulere, si qua liceat, studeant. Sin autem, bibliothecæ seu publicæ seu priuatæ destituti præsidio, facere id prohibebuntur: at cognoscent tamen, laborem suum minimè fore cōtemnendum, quasi puerilem, aut ullo prorsus modo pœnitendum: quandoquidem aduertent, in labore non dißimili summos uiros summa cum laude uersatos. Paulo insuper commodius perspicient, qualia argumenta Theologica (uel nonnunquam etiam Philosophica, maximè ex Ethica, politice, œconomice, historijs) eligere ad declamationes contexendas conueniat. Erunt denique, quæ afferemus, eiusmodi, ut saltem occasionem plura & meliora excogitandi subministrare, exercitationem spiritualibus amantibus, queant.

Ante

Ante omnia igitur rectè incipient candidati Theologiæ periculum facere in laudationibus & uituperationibus: quippe quæ etiam Rhetorum iudicio, omnium facilimæ ac iucundissimæ existunt, & in quibus tenent iuuentutem diutius detinere, quarum denique exempla plurima sunt in manibus. Itaque laudabunt personas: ut Iosephum, Danielem, Athanasium, Basilium, Chrysostomum, Hieronymum, Augustinum, imperatorem Constantinum, Theodosium, & similes eximios homines, de pietate, de Ecclesia, de Republica bene meritos. Exempla autem, post illa quæ habet oratoriæ magistri exhibuerunt, inuenies apud Gregorium Nazanzenum, cuius extant orationes de Athanasio, de Basilio Magno, de patre suo Gregorio, de fratre suo Cæsario, de sorore Gorgonia: item apud Theodosium, de Imperatore Theodosio, de Imperatore Valentiniano, de fratre suo Satyro. item exemplo de uiro sancto Atholico. Proponi eodem pacto possunt nonnullæ conciones à sanctis patribus dictæ, de sanctis Martyribus & Confessoribus: ueluti Chrysostomi, de Hiobo, de Elia, de Machabæis, de tribus pueris coniectis in fornacem ardentem, de Susanna, de Iuuentio & Maximo: Nazanzeni de Cypriano & Machabæis: Basilij Magni de Iulitta, de Barlaam, de Gordio, de Mamante. Hieronymus in Epitaphio Paulæ ornat multis laudibus Nepotianum, scribens ad Heliodorum: Asellam, ad Marcellam: & Paulam: ipsam, ad Principiam uirginem: Paulam, ad Eustochium: Lucinum Beticum, ad Theodoram: Fabiolam,

Fabiolam, ad Orcanum: Bonosum, ad Ruffinum. Nec desunt exempla uituperationis personarũ, si quis desiderat. nam Nazanzenus inuectiuas edidit in Iulianũ. Chrysostomus eundem depingit suis colorib. in libro de Babyla martyre: et adiungi fortè huic ordini queat increpatoria homilia Chrysostomi, aduersus Eutropium præfectum. Dehinc facta etiam utiliter laudantur: ut factum Ezechiæ regis, qui serpentem æneum atq; idola omnia cõminuit, subuertitq;: factum Eliæ, magno animo decertantis, & quæuis pericula obeuntis pro restituenda sincera doctrina & religione in Ecclesia: factum Cyri Persarum regis, qui permisit Iudæis, ut redeuntes in patriã, templũ & pristinũ cultũ diuinum instaurarent. Multa egregia facinora Christianorum Regum, Principũ, Episcoporũ, eruditorũ hominum, in historijs præsertim Ecclesiasticis leguntur: quotidie etiã noua nonnulla audiuntur, quæ commendari, & iustis orationibus prædicari digna sunt. Chrysostomus hospitalitatẽ Abrahæ, patientiam Hiob celebrat. Ab eodẽ, cum episcopus Antiochenus Flauianus, pro ciuitate Antiochena, in qua seditio fuerat exorta, & in seditione quidã magistratus occisi, apud Imperatorẽ Theodosiũ intercessisset, atq; ut Imperator cõdonaret ciuitati noxã impetrasset, quadã homilia pariter Imperatoris & Episcopi factum mirifice extollitur. Nazanzenus de pace & reconciliatione partium dissidentiũ facta, tres elegantes sermones habuit. Ad canenda rerũ encomia si cui libet procedere, magna est earũ copia, quas quis uehere possit laudis.

A' Ter-

A Tertulliano & Cypriano magnopere laudata est patientia. Basilius quadã epistola ad Gregoriũ Nazanzenũ tollit ad astra uitã solitariã. quod similiter fieri uidemus ab Ambrosio epist. 36. 41. Quanquã idem argumentũ psecutus est Hieronymus, in epistola ad Heliodorũ: qui uirginitatẽ quoq; magnopere cõmendat, scribẽs ad Demetriadẽ. Ac fortè ad eandem scribẽs Ambrosius epist. 84. humilitatẽ laudat, superbiã uituperat. Chrysostomus miris modis effert eleemosynam, ut docet eam esse artẽ omniũ artiũ quæstuosissimã. Item libris 4. cõplexus est dignitatem functionis Episcopalis. Itaq; ad eundẽ modũ tractabit aliquis ἐγκώμιον uitæ scholasticæ, celebrabit dignitatem pædagogorum, laudabit cõiugium, uirginitatem, cœlibatũ, linguam Græcã, linguam Hebræam, prophetiã, id est, facultatem interpretandi scripturas, aliaq; id genus dotes officia, functiones, quibus Deus Ecclesiam suam ad omnem societatis solatium honestat. Item cum Christus commendarit serpentinam prudentiam, & columbinam simplicitatem, opportunè conscribat aliquis encomion serpentis, columbæ, item ciconiæ (de quo Hieremiæ 8.) item arborum, herbarum, regionum, fluminum, montium, &c.

Laudationi & uituperationi affines sunt, atq; subtilis aliquo modo permiscentur, exhortationes ac deprecationes: quare hæ illis meritò succedẽt proximè. Exhortentur ergo exhortationes ad Episcopos, ut conuocent sibi cõcreditas Ecclesias ordinare, ut instaurẽt scholas Theologicas, ut conducãt doctores, ut reparẽt

publicas

publicas bibliothecas, ut curent describi & superiorũ & præsentis ætatis historias Ecclesiasticas. Inde ad Principes: ut semel tandem sopitis tot annorũ bellis, fœdera perpetuæ pacis stabiliant: ut corruptissimum forum & constuprata iudicia in ordinem redigãt: ut uiduarum & pupillorũ mandent in iudicijs & publicis oneribus haberi rationẽ: ut disciplinam militarem restituant: ut non nisi bonos & spectatæ fidei uiros ad quæsturam, præturam, & similes functiones prouehant. Tum ad iuuentutem: ut studia literarum statim & alacriter amplectantur: ut literis adiungant pietatem, sine qua se profecturum sperare nemo debet: ut linguis Latinæ, Græcæ, Hebraicæ nauent operam: ne cum improbis, ne cum fœminis aut puellis habeãt consuetudinem. Item ad parentes: ut liberos suos tempore in ludum literarium mittant. Hinc parabuntur dehortationes: ad deterrendum à militia, à mercatu, à strepitu negotiorum forensium, & similibus, prout res postulabũt. Hortatoriæ orationes ad pœnitentiã, ad charitatem, ad beneficentiam erga pauperes, ad contemptum rerum terrenarum, apud Chrysostomũ plures extant. Gregorius Nazanzenus ualde elegantẽ transmisit ad posteros, de suscipienda cura pauperum. Leguntur eiusdem argumenti duæ orationes politissimæ à Gregorio Nyssenæ ecclesiæ episcopo euulgatæ. Basilius exhortatur, ne qui baptismum sacrum recipere in longũ tempus differant, ne rebus temporalibus affixi inhæreamus. Hieronymus in epistolis exhortationes habet: de seruanda uirginitate, ad Demetriadem

seruanda uiduitate, ad Saluinam, & ad Furiam (de
quo argumẽto ante eum copiose Tertullianus, scribẽs
ad uxorẽ de monogamia) de fugiendo seculo, ad Mar-
tellam: de sectanda Christi militia, ad Exuperantium.
Cyprianus ad quendã Fortunatũ, scripsit exhortatio
nem ad martyriũ: quamuis idem in epistolis quoque
crebrò exhortatur ad cõstantiam & fortitudinem in
fidei cõfessione: ac lib. 3. epist. 25 pariter laudat & con
firmat eos, qui partim in carceribus, partim in metal-
lis propter ueritatis confessionem agebant.
Ab exhortationib. & dehortationib. trãsitus patet
ad tractationẽ loci cõmunis, ut Rhetores appellãt. Hu
iusmodi aũt sunt oratiões peruulgatæ pro uirtutibus,
contra uitia: ut de fortitudine, de iusticia, de libera-
tione, cõtra irã, contra iniusticiã, cõtra sordidã parsi-
moniã. Ex ethice, politice, œconomice, promptũ est,
quia huius ordinis themata depromere. Itaq; Theolo
gi studiosi nullo negotio ex ijsdẽ disciplinis, simulq;
cuotidianis euẽtis, locos cõmunes mutuabũtur de-
hortationib. explicãdos: ac dicẽt cõtra luxũ in cibo ac
cultu, in uestitu, in supellectile, in ædificijs: contra e-
uersionẽ, cõtra cõsuetudinẽ peierãdi, cõtra obtrecta-
tionẽ, contra adulationẽ, contra ferociã & impuden-
tiam iuuentutis, contra eos qui negligũt sacras audire
conciones, contra auariciã, contra bellũ, siue de calami
tatibus bellicis. Itẽ dicẽt de officio magistratus, de offi
cio concionatoris, de officio mariti, de parentum offi
cio erga liberos, ac uicissim de liberorum officio erga
parentes, de uita actiua, de uita contemplatiua. Re-
ferri

ferri huc debent etiam huiusmodi themata. Senum in primis audienda sequendaq́; esse cõsilia: quæ signa bonam spem de adolescentibus iubent cõcipere: de autoritate legum ciuiliũ: de autoritate Canonũ Ecclesiasticorũ: de utilitate ac moderatione disceptationũ scholasticarũ: de inuidia inter eruditos, quæ laudanda, & quæ improbãda, &c. Basilius, Chrysostomus, cæteriq́; in huiusmodi locis cõmunibus ad utilitatẽ & ædificationem Ecclesiæ pertractandis multi ac diligentes fuere. Apud Basiliũ habes sermones de ieiunio, de fide, de humilitate, de pœnitentia: rursusq́; contra auariciam, contra inuidiam, cõtra ebrietatem. In operibus Chrysostomi occurrunt plures aduersus detestandam peierandi cõsuetudinem, tum aduersus iram, ambitionem, inuidiam, ebrietatem, luxum: præterea de mansuetudine, de humilitate, de charitate, de ieiunio, &c.

Iam quia etiã ad cõsolationes oportet eum qui functionem Ecclesiasticã est aditurus, esse instructũ: nemo abs re Theologiæ studiosis adhuc in schola hærentibus præfigentur tractãdi loci cõsolatorij, ijq́; accõmodati ad tempus belli, famis, pestis, ad tempus persecutionis tyrannicæ, item in morbis, in egestate, in caperuitate, in exilio, alijsq́; periculis. Cyprianus oratiõ habuit cõsolatoriã, cũ grassaretur pestilẽtia, inscripta est De mortalitate: Basilius de fame & siccitate: Gregorius Nazanzenus, cum aeris intẽperies & grandis calamitatẽ attulissent. In epistolis Hieronymi consolationes extãt: in morte filiæ, ad Paulã: in morte uxoris, ad Pammachiũ: in cæcitate, ad Abigaũ, & Cæsariũ: in ad-

aduersis, ad Iulianum. Cyprianus lib. 4. epistola 4, consolatur pios fratres religionis caussa in carcerem missos. Ambrosius epistola 8, consolatur Faustinum in morte Germanæ.

Erit subinde iucundũ themata aliqua per cõparationem aut cõtentionẽ illustrare. Ac cõparatione quidem ea cõferuntur, quæ quandã habent inter se similitudinem & æqualitatem: cõtentione uerò conferuntur res dissimiles, & quodammodo contrariæ. Comparatio ostendit, quomodo res per omnia cõueniant, uel quomodo licet una sit maior, altera minor, cognationemẽ aliqua sint cõiunctæ: contentio ostendit, quomodo longissimè distent, discrepẽtq;. Chrysostomo assumitur à nonnullis, cõparatio quædã monachi cum quoad cuius imitationem D. Erasmus Roterodamus declarationem edidit Virginis & Martyris. D. Augustinus contentione demonstrauit, quantopere disiunguntur uirtutes Christianæ à uirtutibus Philosophicis, contra Iulianũ lib. 4. & de Ciuitate Dei lib. 19. cap. 28. Eodem artificio Chrysostomus in quadã homilia, non tantum tota, depingit diuersam cõditionem diuitis & pauperis: quod etiam epistola 10 facit Ambrosius: ubi concludit insuper, solum sapiẽtem esse uerè diuitem. Nihil igitur prohibet, quin exercitationis gratia comparentur, Elias propheta & Ioannes baptista, Theologia & Medicina, schola Theologica & Ecclesia, Episcopus munus cum munere Regio, homo (qui & μικρό κοσμος appellatur) cum mundo uniuerso, philosophia Aristotelica cum Platonica, ludi puerilis moderator

cum Imperatore exercitus, uirtus aliqua cum uirtute alia, uitiũ cũ uitio, res gestæ cũ reb. gestis, psonæ cum psonis, tẽpora cum tẽporibus, animalia cũ animalibus: atq; ita deinceps. nã infinitæ propè res aptè inter se cõparantur. Cõtentione uerò cõponuntur, uel potius opponuntur: bonus pastor Ecclesiæ, & mercenarius: Ecclesia uera & synagoga, uel ecclesia hypocritarũ seu hæreticorũ: Ecclesiæ status præsens, & uetus: primus Adamus de terra terrenus, & secundus Adamus cœlestis Christus: Lex, et Euãgeliõ: adfectus spiritus, et adfectus carnis: homo ψυχικὸς siue sapiẽtia huius mũdi, et homo spiritualis siue sapiẽtia Dei: summũ bonũ siue felicitas secũdum doctrinã Euãgelij, et felicitas ex traditiõe Philosophorũ: sincerus amicus, et adulator, etc.

Quinetiã sentẽtiæ siue γνῶμαι, prouerbia, chriæ, apophthegmata, paradoxa, & quæcunq; lepidè, argutè, sapiẽterq́; dicta, declamationib. scholasticis materiã idoneã præbebũt. Sumi possunt pleraq; huiusmodi, de prouerbijs Solomonis, de Ecclesiaste, de disputationibus Hiob, de sentẽtijs Iesu Syrach. nam hi libri uariam instructamq́; supellectilẽ scitè dictorũ, sicut & reliqui libri sacri omnes, ostentãt. Omitto aũt exẽpla Rhetorum proferre: certè Chrysostomus incredibili artificio exposuit sententiã, siue παράδοξον, Neminẽ lædi nisi à semetipso. Ambrosius epistol. 6. eruditè explicat Pythagoricũ symbolũ siue præceptũ, Per uiã publicãne ingreditor: epist. 7. astruit, solum sapientẽ esse uerè liberũ: epist. 10, solũ sapientem esse uerè diuitẽ. Clemẽs Alexandrinus Pædagogi lib. 3. cap. 6, solum Christianũ

esse

ſſe diuitē. Eraſmus Roterodamus prouerbia aliquot
narrauit, non facilè cuiquam ea in parte βραβεῖον
ſurus. Sunt in manibus omnium, Dulce bellum in-
expertis, Scarabeus cum aquila, Herculani labores,
Luna quarta nati, &c.

A Poetis confictæ ſunt non paucæ fabulæ, quibus
ſtende adduntur interpretationes, demōſtrantes ali-
quid uel ad morum inſtitutionem, uel ad explicatio-
nem naturæ conducibile & appoſitum. Qua ratione
theologias multas uidemus à quibuſdā euulgatas: à
Cephato nimirū apud Græcos, & à Fulgentio apud
Latinos. Simili aūt artificio in declamationibus expo
nitur, quid ſibi uelint picturæ, & confictæ quædā hi-
ſtoriæ: ueluti pictura Chriſtophori, quæ adumbrat
Euangelij præconem, qui dum Chriſtum extollit &
transfert uiſendum, cognoſcendumq; omnibus, peri
ſitatur in procellis & fluctibus huius mundi, atq; à
ſuis hominibus tanquam monſtris ac beluis marinis
quoq; infeſtatur. ſed tamen indefeſſè reſpectans ad lu
men uerbi Dei, quam ſancti patres Prophetæ &
Apoſtoli de Eccleſia prodeuntes accenſam oſtentant
& protrudunt: nixus præterea ſpe iucundiſſimorum
fructuum in poſterum, & uel poſt hanc uitam reci-
piendorum, quos baculus ſupernè uirens & florens
promittit: & contentus tenui ſorte, uictu nimirum ac
poſtitu, quod teſtātur in pera panis & piſciculus, uili
ſtabiles: item ueſtis curta, & minimè laciniosa. tan-
tum ad littus & ſtationē contendit, ubi quiete & glo
ria æterna, cum Chriſto quem geſtauit, fruetur. Item

pictura Georgij docet, quomodo magistratus ciuilis gerere sese debeat in iuuanda tuendaq; ecclesia. Diabolus immanis & crudelis draco, sine intermissione & mille modis insidiatur uirgini Ecclesiæ: quã uidetur simul cũ agno immaculato, sponso uidelicet Christo, deuoraturus. ac iamiam actum creditur de Ecclesia, nullaq; amplius spes salutis superest. sed interuenit pius magistratus, qui sua prudentia, fortitudine, potentia, fide, draconẽ opprimit, atq; uirginẽ saluã esse & quiete gaudere iubet. Atq; hæc nimirũ agit magistratus Christianus, quouis tempore, dum furiosos conatus hæreticorum ac tyrannorũ interuertit ac frangit. Dubiũ uerò nemini est, picturas has à sanctis patribus in hũc usum propriè excogitatas. Apud ueteres Theologos allegoricæ interpretationes leguntur crebræ, quarum aliquas apparet exercitationis causa delineatas, atq; similitudinẽ habere cum eo quod nũc proponimus. sed quando tyronibus nõ temerè est concedendum, ut in allegorijs cudendis, præsertim ad sacrã scripturam enarrandã, periculũ ingenij faciãt: placet, allegoricas interpretationes sacrarum historiarum ab adolescẽtibus prætermitti, nisi fortè aliquis de schola Theologicæ moderatoribus consiliũ ac iudiciũ suum prius interponat, quàm aliquid in publico recitetur. Cæterùm interpretationi picturarũ addamus licet interpretationes monstrorũ, qualia frequenter nascuntur: item prodigiorum & signorum, in aere, in aquis, & in terra apparentium, & rerum similium.

Animaduerto porrò descriptiones atq; imagines aliquando

aliquando à sanctis patribus perquam eleganter expressas. Tertullianus ingeniose depingit imaginẽ patientiæ, in oratione qua patientiã pijs cõmendat. Chrysostomus in Matthæum homilia 29 graphicè ante oculos ponit auariciam, effigie hominis tetri horrendiq;, cui caput sit partim canis, partim lupi: oculi ampli, flammas de se quaquauersum eiaculantes: os antri instar latè diductũ: in ore, pro dentibus ancipites et acutissimi gladij: de lingua exerta fons scaturiens, ueneno mortali infectus. Pro brachijs utrinq; extenduntur dracones, qui ore hiante & aduncis unguib. obuia quæq; deuiant ac dilaniãt: manu uerò utraq; accensas gestat fores. Venter aũt & pectus inextinguibilibus flammis perpetuò æstuant: deniq; pedes alati, quibus quàm celerrimè quóuis feratur et penetret. Possent igitur ea oratione studiosi descriptiones atq; imagines quasdam ipsi acutè cõfingere, præterea doctrinã siue admonitiones addere, quibus nõ delectarentur modò auditores, uerùm etiã de rebus grauißimis salutariter cõferent. Ac Rhetores quidẽ tradũt, εἰκόνας, quibus quasi in tabula depictæ, aut potius uiuæ subijciuntur oculis, multo latißimè patêre. nam personas, congestas, (ut pugnas, conuiuia, ludos, spectacula) tempora, loca, ædificia, animalia, plantas, appositè descriptionem, quamobrem facile fuerit, de tam multis aliqua inuenire hoc artificio explicanda, ornandaq;. Est quoq; ab Rhetorum libris parata exemplorum copia.

Conueniet nonnunquam, alienum dictum interpretari, atq; oratione illustrare. Quod exercitij genus cũ

Cicero cõmendet, usurpandũ à studiosis Rhetoricis, lib. 1. de perfecto Oratore dicens: omniũ bonarũ artiũ scriptores ac doctores legendos & peruolitandos, & exercitationis causa laudandos, uituperandos, corrigendos, interpretãdos: scient profectò Theologiæ candidati, id minimè esse à se negligendũ, maximè cùm ipsis postea crebrò necessum erit etiã coram frequẽte Ecclesia in alienorũ dictorũ interpretatione occupari. Itaq; sæpe & diligenter meditabuntur aliena dicta explanare, nec nõ exempla de ueterib. scriptorib. insequenda sibi proponẽt. Illud fateri oportet, nõ tam doctè enarratas à Cicerone leges quasdã XII tabularũ, & paradoxa Stoicorum: quin Chrysostomus cæteriq; sancti patres in uaria dicta ex libris sacris commentationes ad posteros transmiserint longè fructuosiores.

Proponentur aliquando quæstiones seu προβλήματα, atq; declamationib. enodabuntur. ut, An sit paradisus terrestris ab hoc quẽ incolimus orbe separatus, atq; inaccessus mortalibus? Recténe fecerit Dauid, profugiens ad regem Geth idololatrã? An alicuius boni causa liceat mendacio aut simulatione uti? Num liceat detrectare munus Ecclesiasticũ, ubi legitimè ad id uocaris? Doctori Ecclesiæ num integrum sit fugere tempore persecutionis? Vtrum plures sint cœli: quomodo Paulus apostolus uidetur innuere, ubi dicit se in tertiũ cœlum fuisse raptũ? Vtrum Iephthe filiam suam neci dederit, ut multorum fert opinio, Deoq; immolarit? Probabile ne sit, Imperatorem Constantinũ tanta donasse Ecclesiæ Romanæ, quanta nonnulli [illegible]

stant? In duabus posterioribus quæstionibus, species status cõiecturalis elucet. Frequẽter autem ad D. Ambrosium, Hieronymum, Augustinũ delatæ sunt huiusmodi quæstiones, quas plerunq; per epistolas dissoluebat. Ac Laurẽtius Valla declamationem edidit, in qua docere nititur, nullo modo esse uero consentaneum, quòd Constantinus talem donationẽ, qualis à quibusdam prædicatur, fecerit. Nonnunquam ex Physice & Ethice, imò ex quouis disciplinarum genere, argutæ & utiles decerpi quæstiones possunt.

Multus insuper est usus Confirmationis ac Destructionis, cum primis in genere didascalico, quoties de dogmatibus religionis sermo habetur. Siquidem uera dogmata oportet eruditè confirmari, falsa uerò ualidis argumentorum arietibus destrui. Conducunt item quæcunq; dicta factáue stabilienda, uel infirmanda. Quamobrem non minus momenti afferunt in illis argumentationes probabiles, quàm necessariæ. Itaque conferantur leges aliquæ ciuiles, uel canones Ecclesiastici, uel sententiæ præstantium hominum: ueluti, quod iusta sit lex qua fures extremo afficiuntur supplicio, quamuis lex Mosaica furtum morte nequaquã puniat. Post hanc uitam restare quoddam iudicium extremum, in quo singuli pro meritis pœnas aut præmia accipient, grauißimis rationibus ex naturali iudicio depromptis astruit, homilia 49 ad populum Antiochenum, Chrysostomus. Destruuntur ediuerso, legés, canones, sententiæ, tyrannorum, hereticorum, philosophorum, & quicquid tandem

improbare uisum fuerit. Destruuntur igitur diuersa placita philosophorum de uera hominis felicitate, seu de summo bono. Confutantur Epicurei, negantes Dei prouidentiã rebus humanis esse intentã. Euertitur error Tertulliani et aliorũ, damnantiũ secũdas nuptias. Falsum esse, quòd Hieronymus fuerit iussu Dei flagris cæsus, ob studiũ insumptũ lectioni librorũ Ciceronis. Reprehenditur in ꝑsona Paphnutij monachi, sentẽtia Episcoporũ, qui in Synodo Nicena legẽ cœlibatus uolebãt omnib. in munere Ecclesiastico positis indicere.

Destructioni non abs re subnectuntur apologiæ, seu defensiones, ac purgationes: utpote quibus itidem retunduntur ac destruuntur falsæ opiniones & iniqua iudicia aliorum. Athanasius fugam suam tempore persecutionis luculento scripto defendit. Gregorius Nazanzenus & Chrysostomus se purgant in concionibus, aduersus illos qui sparserãt, ipsos ambiuisse Constantinopolitanam cathedram.

Dissertationibus in utranq; partẽ cõcedere Theologi in scholis suis locum possunt, non tamen quibuscunq; argumẽtis aptare. Etenim uelle in utranq; partem explicare quæuis dogmata, non uacat periculo. Liceat fortaßis aliquando pro falso dogmate exercitationis causa, & assumpta uidelicet persona alicuius aduersarij, hæretici uel philosophi, propugnare: sed nim quãdo in frequenti corona auditorum uaria sunt ingenia, neq; omnes perinde ualent iudicio, quo quid expetendum quid ue fugiendum sit, queant decernere: subuereri nos oportet, ne quæ simulatè pro tempore asseri-

asserimus, ea existiment pleriq; nos seriò & ex nostri animi sententia pronunciare, necnon rata modis omnibus habere. Ergo eiusmodi themata hic deligentur, quæ uel adhuc apud multos adducuntur in cõtrouersiam, uel de quibus sine bonorum uirorũ offensione potest modò hoc, modò illud cõstitui. Huius aũt generis sunt hæ & similes quæstiones. Vtrum expediat sepulchreta haberi in ciuitatibus, an potius foris? In libris sacris significatur, foris haberi solita, quod etiã in duodecim tabulis hac lege sanciebatur: In urbe ne sepelito, néue urito. quamuis apud Spartanos lege à Lycurgo lata, in urbe, & secus deorum templa sepelire permittebatur. Ab utro senatu, ecclesiasticóne, an ciuili, caussæ coniugales discutiendæ sint? An poetarum lectione inficiantur adolescentiũ animi, eamq; ob causam prælegi in scholis non debeant? Quòd non inficiant, quin potius magno cum fructu legi queant, demonstrat eleganti sermone magnus ille Basilius. Rectore dixerit Aristoteles Ethicorum lib. 1. cap. 8: haud reposse, aut nõ facilè fieri, ut is agat res præclaras, in facultates desint? Vbi pars cõtraria, ceu religioni christianæ magis congruens, maiori acrimonia defenditur. Vtrum iusiurandum metu extortum, quod tamen non sit cum peccato coniunctum, cõseruari oportet? Iudex sententiámne feret secundum allegata & probata, an secundum conscientiam? Vtrum magistratus patietur in ciuitate lupanaria publica? nec temere pius quispiam definiet ferenda esse. Vtrum aliquas ueteres leges, ritus, ceremonias conueniat abrogari?

Vtrum Christiano integrũ sit fugere, cũ lues pestilentialis sæuit? Magnus est huiusmodi quæstionũ, de quibus adhuc lis pendet, prouentus. A Tertulliano cum Montanistis addicto, astruitur, fugam in persecutione nõ esse licitam: & præceptũ Christi, de fuga capessenda, tantũ Apostolorũ seculo uires habuisse. Ex aduerso Athanasius egregia oratione euincit, fugã in persecutione esse licitam, atq; Christi præceptum omnibus ualere & conuenire ætatibus. Ab Athanasio stat cum Augustinus, epistola 180 ad Honoratum.

Progredientur ulterius animosi iuuenes, atq; tractabunt Theses & Hypotheses. Est autem Thesis (quã Cicero propositum, alij consultationem dixere) consideratio & exquisitio alicuius rei proposite per se, absq; complexione personarũ aut circumstantiarum, ut, An sit suscipienda functio Ecclesiastica? An liceat bellũ gerere? An gentiles sint adducẽdi ad Christianã religionem? An idola subuertenda? An deplorandi largendiq; mortui? Hypothesis uerò, aliàs causa appellata, est, ubi alicui ex eiusmodi quæstionibus adiicitur aliqua circumstantia. ut, An sacrarum literarũ imperanto, an iuueni, sit capessenda functio Ecclesiastica? An Christianis liceat bellum gerere? An gentiles ui ad mis sint ad religionem pertrahendi? An idola reluctantibus idololatris dirui debeant? An Christini lugebunt suorum mortem? Differt autem Thesis a Loco cõmuni, ut obiter id apponam: quòd illa ad amplificandam & probandam causam assumitur, hic uerò tantùm ad amplificandam & augendam. & illa differun

...ritur paulo concisius, propemodum ratione Dia...ica: hic declamationi oratoriæ magis conuenit, at...e adfectuum admittit motionem.

Misericordiam seu commiserationem, ut & indi...tionē, Rhetores in genere iudiciali mouendā cen...t, certa aliqua orationis parte, maximè qua ad fi...m acceditur. Et rectè quidem, neq; reprehendere ...usquam iure queat. Ego uerò à Theologo, & fu...o Ecclesiæ doctore minimè alienum putauero, si ...ndoq; nitatur propè integram declamationem, ad ...cendam in animos auditorum misericordiam, ap...are. Conueniet autem istud tum fieri, cum libebit ...fugos, exules, bello, incendio aut naufragio pericli...s, uel alia de causa calamitosos, & ad extremā re...s necessitatem, cōmendare, atq; publicè impetra...ssem aliquid opis subsidijq;. Quoties autem ho...cidemus, qui consilium & auxilium implorāt no...m, atq; patriæ adflictæ armisq; decertanti aduer...biē Turcicā suppetias mitti postulant, priusquā ...res, liberi, fortunæ omnes diripiantur, & floren...e urbes solo æquentur? Nonnunquam etiam co...ncessitas pecuniam uiritim colligi, ad redimen...fratres nostros Christianos, quos truces & imma...barbari captiuos, necnō acerbissimo seruitutis iu...pressos detinēt. Frequenter et alia nō minus tristia ...improuiso incidunt spectacula, omnium lachrymis ...publica miseratione dignissima. In his igitur & si...bus casibus usui erit hoc artificium, de quo loqui...r. Ad mouendum indignationem tardiores esse de...

cet, ne-

cet, neq; facilè affectabit quispiam hac in parte uidem artifex: nisi fortè, ubi propositum est dicere contra ... tia, studeamus homines ad odium detestationemq; eorundem uitiorum accendere. Sic uerò declamans aduersus ebrietatem, scortationem, usuras, item contra Turcicam feritatem, auditoribus odium atq; indignationē opportunè concitabit. Vnus Chrysostomus, quoties uult, in utroq; genere dominatur: uixq; scio quem in mouendis adfectibus ei similem facias.

Testatur insuper Fabius Quintilianus lib. 16. cap. 5. quosdam exercendi styli gratia solere rescribere ueteribus orationibus: idq; fecisse inter cæteros ait Sextiū quendam, qui scripsit contra actionem Ciceronis habitam pro Milone. Erit igitur ex re studiosorū Theologiæ, si nonnunquam ad alienum scriptum, uel declamationem, siue ueterem, siue nuper habitam, meditentur iusta itidem declamatione respondere.

Quinetiā licebit aliquoties noua declamatione plenius prosequi argumentū, quod alius quispiā paucis antè diebus declamando exponere aggressus fuerat: aut fortè obiter, quasiq; aliud agēs attigerat. Cū minimè credis, larga suppeditatur dicēdi materia, si modo diligēter cuncta quæ ab alijs dicūtur pensites. Etenim sæpenumero sentētia, uel exemplū, uel similitudo, uel cōparatio, uel aliud tale quippiā, stellulæ aut gemmæ instar in aliqua orationis parte nitēs, ac uelut fugorem de se proijciēs, admirabiles suggerit audiēti cogitationes, imò multa utilia atq; præclara sponte obtrudit: quæ deinde paululū diducta, cōcinnata & illustrata

...egregiam excrescunt orationem.

Largiter item suppetent nobis apta declamationi-
...argumenta, si ad tempora atq; negotia undiq; oc-
...rentia oculos intentius cõuertamus. Multa namq;
...die ab alijs ad nos perferuntur, nõ pauca coràm
...mus, dignissima planè in quorũ explicatione in-
...sese diligenter exerceant. At nescio sanè quî fit,
...es auidissimè gestiũt audire, & magnã cõmodita
...arbitrantur se ex ijs percipere, quæ opportunè,
...præsentis temporis statu eruditè dicuntur. Itaq;
...tempore commodùm describet aliquis: Querelã
...felici & miserãda conditione Ecclesiarum, quæ
...passim benignis patronis & idoneis pastoribus
...destitutæ: Exhortationes ad Principes uel Episco
...quò deiectis Ecclesijs opitulentur, quò studia &
...Theologicas prouehãt, quò bibliothecas dire-
...instaurẽt. Præterea de Repub. ordinãda, de corri
...iudicijs forensib. de restituẽda ueteri disciplina
...ritẽ de calamitatib. Germaniæ, uel aliarũ pro-
...rũ & regnorũ: de bellis & stragibus hac ætate
...de inundationib. de uarijs prodigijs hinc inde
...tis: de honestè aut turpiter factis: cæterisq;, quæ
...miratione traducere auditores queãt. Alia tẽpo-
...theses atq; causas subministrãt. Itaq; modus et
...horũ sit. In immẽsum nanq; expãderetur nostra
...si uellemus omnia genera thematũ, quæ modò
...er & cum gratia in scholis ꝑ tyrones Theologos
...tractari, ordine enumerare. Hæc ipsa quæ cur-
...strinximus, occasionẽ dabũt, spero, meliora, inue-
niendi.

uiendi. Illud autem secum unusquisq; crebrò & alta mente reputabit, nunquam pœnitendos fore labores, in studio bene et piè dicendi collocatos: utpote ex quibus non modò incomparabiles fructus, uerùm etiam laus & gloria ingens deriuabitur. Erit namq; semper magnificũ ac gloriosum, unicuiq; in hoc pulcherrimorum certaminũ stadio, si non datur primas uel secundas, at saltem quartas aut quintas, aut deniq; octauas consequi. In bonorum ac eruditorum ordine, aliquem demùm sortiri locum, est profectò in bonis nõ postremis ponendum. Infelix uerò est, qui ingenio uel mediocri præditus, & iam antè liberaliter eruditus bonarũ artium studijs, diffidit se labore ac diligentia posse eandem quò alij penetrare. Ingenio ac labore simul iunctis, omnia, quantumuis ardua, tandem perficiuntur.

DE DIVERSIS EXERCITIORVM generibus, quibus unusquisque etiam priuatim facere periculum sui profectus poterit. Cap. VIII.

DIcit aliquis: Disputationum publicarum, ad quas admittantur Theologiæ studiosi adolescẽtes, uix ulla in scholis habetur ratio. Verò ijdem se exerceant declamationibus, quotidianis curatis? Itaque superuacanea sunt, quæ de disputationibus ac declamationibus proponuntur, omnia. Equidem fateor hæc propemodũ ita se habere: & pauca esse scholas, in quibus hæc exercitia, quamuis utilissima, & maximè necessaria, quomodo debeant

...tuũtur. Ac scio sanè alios causari, magnam esse se-
...ẽ, addamus & ingratitudinẽ, auditorũ: alios ue-
...clamitare, ex disputationibus pullulare subinde se-
...ẽ periculosissimarũ contentionũ, unde redundare
...quid mali etiam ad Ecclesias posset. Hi autem qui
...rcitia hæc moderari debebãt, atq; ad eam rem exi
...ut præ cæteris idonei, prætexunt nimis quàm du-
...sse labores suscipiendos. Quis, inquiunt, sustineat
...ũ sibi imponi onus, ut statis diebus, quibus reliqui
...fessores feriantur, ad horas plures in frequenti et
...erulento concursu præsideat: atq; ibi iuuenum di
...ntiũ, horum languescentem animũ erigat, ueluti
...ns ad cursum calcaria: illorũ uehementiã quasi
...iniecto compescat: aliorũ castiget tarditatẽ &
...ã: deniq; omniũ ingenijs placidè se accõmodet:
...tẽ & obscurè proposita illustret, inuoluta ex-
...cõfuse proiecta ac malè cohærentia in syllogis-
...ptè illiget, nodosas quæstiones dissoluat: & quo-
...cunq; aliquid horum agat, totius theatri schola
...rmidet iudicia, & susurros saltem tacitos expe
...aterea, antequam aliquid in publico attente-
...ni priuatim singula in futurum tempus ordi-
...modò theses de quibus disputabitur, modò de-
...ationes recitandas, corrigat, immutet, ornamen-
...dignitatem addat omnibus. Tot, inquiunt, labo-
...ac molestijs quis se fatigari & frangi uelit?
...ciunt ijdem, se nolle aliorum professorum ferre
...lationes, obtrectationes, & exitialia odia. Iam
...enes quos summa rerum, ipsaq; scholæ admini-
stratio

stratio existit, rarò sunt alienæ operæ æqui æstimatores, & grauantur præmia tantis laboribus respondentia impendere. His, inquam, & similibus rationibus scio quosdã uti, ad excusandum se, quòd pulcherrima exercitia prætermittant. Atqui oportebat omnes sine exceptione cõsultare, quomodo, quæ exercitia nullius nõ nouit incredibilẽ adferre utilitatẽ, in scholas Theologicas introducantur, & sine intermissione excolantur. Nec uerò possunt tam multæ excogitari rationes in speciem aptæ ad impediendum, quin candidi hominis in promptu habeãt longè plures & graniores, ob quas promoueri illa cum omnium applausu debeant. Ac uidentur profectò publicæ utilitati, imò saluti Ecclesiarum, ac proinde etiã gloriæ Dei inuidere, quotquot laudatissimis studijs cõsilia sua opponũt. Nos autem de exercitijs disputationũ ac declamationũ differentes, non spectauimus, quid in præsenti passim fiat, sed quid quouis tempore, & ubiq; fieri deceat. Quomodocunq; uerò res scholastica sit constituta, etiamsi exercitia illa iaceant, uel nondum sint introducta, nihilominùs tamen habent bonæ spei adolescentes, quòd iniuriã conquerantur obstructum sibi esse aditum, ne proficiant, atq; emergant. Quamuis enim neq; disputare publicè, neq; declamas: alijs tamẽ, quisquis es, sarcire studijs incommodum omne poteris, & quò optas feliciter contendere. Si namq; stylum domi indefessum exerceas, non minorem, crede mihi, fructum reportabis, quàm si per interualla, & fortè semel aut bis intra anni spaciũ, disputares uel declamares. Inquam,

inquam, potißimũ ſitum eſt, egregiũ in uirum ut eua
dat & modò tibi ipſi non deſis, deeſſe reuera nihil ad
profectũ poteſt. Itaq; neceſſum eſt, totũ te ad quotidie
commentandum ſcribendumq́; aliquid cõponas. Quoq́;
magis ſeriò ac ſtrenuè in hac re occuperis, duo maxi-
mopere requiruntur. Alterũ, ut te ipſum uſq; extimu-
lo & inſtiges, adeoq́; mulctã tibi indicas, & ſeueriter
poſcas, ſi quãdo paſſus fueris diem ullum ſine linea
ſcere. Alterũ, eo animo adfectuq́; cuncta ut elucubres,
quicquid priuatim fueris cõmentatus, cõſtitutũ
propediem in publicũ proferre, atq; quorumuis
ſtium cenſoriũ ſubire. Altero excitabitur in te aßi
ſtas, altero cura: utroq; uerò ſimul, acumen & iudi
cium nõ mediocriter cõfirmabuntur, & augebuntur.
Quamuis initiò difficilia ac laborioſa iſthæc appa-
rebunt: tamen tẽpore atq; aſſuetudine omnia fient mi
ſtra: ut nõ dicam, quòd fructus qui ſequentur, laborẽ
ſuum meritò mollient. Siquidem lingua in te mirificè
reddetur, memoria reddetur uiuacior, perfectã mul
tum rerũ cognitionẽ ſenties accedere: ad inuenien-
dum promptus, ad diſponendũ eloquendumq́; para-
tus, diſputandũ declamandum ue quouis tempore
expeditus reddêris: ad ſummam, ad quaſcunq; graues
cauſas eruditè & cum gratia explicandas inſtructus
ſtudes. Non pigebit autem formas aliquot priuatis ſty
lis exercitijs accõmodatas reducere in memoriã, atq;
enumerare: ne quis obtendens ſe ignorare unde ſcri-
bendi ſumat materiã, tempus in turpi ocio traducat,
atq; nobile ingenium ſuum miſerabiliter ipſe perdat.

Principiò igitur epistolas omnis generis, in quibus admixta sint nonnunquã grauia quædam argumenta, doctrinã religionis & sincerã pietatẽ spirantia, conscribere etiã atq; etiã meditaberis. Ac modò quidẽ in genere demonstratiuo aliquas collaudatorias, vituperatorias, cõmendaticias, gratulatorias narrationesue descriptiones personarũ, negotiorũ, locorũ, ædificiorum, temporũ, itinerũ, colloquiorũ cum aliquibus habitorum, & quicquid his affine est, omni bene dicendi studio & cura contexes: modò uerò in genere deliberatiuo, suasorias, dissuasorias, exhortationes, dehortationes, petitiones, lamentationes, reconciliationes, consolationes parabis: modò deniq; in genere iudiciali descendes ad querelas, expostulationes, exprobrationes, obiurgationes, cõminationes, accusationes, inuectiuas, defensiones seu cõfutationes, expurgationes, deprecationes. Neq; prætermittetur genus epistolarũ familiariũ: cuiusmodi sunt, officiosæ, nunciatoriæ, mandatoriæ, iocosæ, gratiarum actiones, mixtæ. Vides, in quàm latam planiciem exercendi styli statim procurris: etiamsi nihildum dictum est de genere epistolarum doctrinali, sub quo collocantur quæstiones, & earundẽ explicationes, disputationes de rebus naturæ præceptiones partim de diuersis artibus, eademq; θεωρίαν pertinentes: partim de uita ac moribus, quæ referri ad actionẽ siue πρᾶξιν debent. In omnibus uerò epistolis, si orationem cupis puram, ornatã, elegantem, præterea plenam ciuilitate, nullum rectius magistrum studebis, quàm unum Latinæ linguæ principem Ciceronem.

ronem: siue desideras admiscere res nostræ religio-
ni & ueræ pietati accõmodatas, consules (post libros
sacros inquam) Basilium & Hieronymum, apud quos
de quouis genere epistolas nonnullas inuenies.

Erras aũt uehemẽter, si laborẽ cõscribendarũ epi-
stolarũ arbitraris puerilẽ esse, uirisq; indignũ. Pluri-
mas res sublimes atq; ardua negocia committit episto-
lis etiam Familiaribus uulgò appellatis, incõparabilis
ut Cicero. Quàm porrò faciles, quàm amœnæ, quan-
ta humanitate, urbanitate, quàm festiua uarietate re-
ferta sunt præ cæteris epistolæ, eloquentißimi, grauis-
simi & sanctißimi scriptoris Basilij? Et Hieronymus
eadem uerè magnam ex epistolis cõsecutus est. Neq;
inferior censeri debet Ambrosius.

Quòd si tam beato & fœcundo ingenio es à Deo
& spiritum sanctũ exornatus, ut etiam uersibus ua-
rijs subinde pijs cogitationibus de amplißimis Dei o-
ribus, tantisper immoraberis, dum arcano afflatu
uersus, ad canendos nouos uersus erumpas, atq; sua-
uiosq; hymnos aliquot moduleris. Duces ad lau-
dem hunc conatũ habes Gregoriũ Nazanzenũ, Da-
mum, Ambrosium, Prudentiũ, Iuuencũ, Aratũ. Tan-
tis uerò heroas in eadem meta si nõ datur assequi, ta-
men insequi pulchrũ erit. Nec desunt huic ætati poe-
tæ pietate præstantes, & imitatione dignißimi.

Est insuper usitata quædã ratio tractandi themata
per causas tum antecedentes, tum consequentes: uel e-
tiam per materiam, formam efficientem & finem: ex
quibus duæ posteriores, multipharie ab Oratoribus

& Dialecticis diuiduntur. Idem præterea fit eundo per omnes circunſtantias, ut uidelicet diſquirantur perſonæ, res, loca, tempora, occaſiones, inſtrumẽta, modi, cauſæ, & quicquid his cõiunctum putatur. Ac connectimus ſanè cauſas & circunſtantias: quòd affines inuicem exiſtunt, ac ſæpenumero permiſcentur, adeò quòd aliæ alias parturiũt: cum aliàs duo diſcreta exercitiorum genera, alterũ nimirum de cauſis, de circunſtantijs alterum, inſtitui aptè poſſent. Excutiuntur uerò cauſæ ac circunſtantiæ, tum in rebus, ut in uirtutibus, uitijs, artibus, herbis, gemmis, & ſimilibus: tum in factis, ut in facto Abrahami, cum paratus eſſet unicũ filium Iſaac immolare. Quod factũ ſuccinctè & argutè ab Apoſtolo ad Rom. 4. copioſè ab Origene et Chryſoſtomo exponitur, & per circumſtantias artificioſiſſimè amplificatur. Itaq; tam ad ſimplicia, quàm ad cõpoſita themata, hæc conducet exercitatio.

Frequenter quoq; excutiuntur themata, maximè uerò ſimplicia, & quidem de omni diſciplinarum genere ſumpta, ductu quæſtionum dialecticarum, & locorũ ad eaſdem quæſtiones pertinentiũ. Quæſtiones autem ſunt hæ: An ſit, quid ſit, quot partes, ſiue quotiplex res ſit: quæ cauſæ: qui effectus, ſeu officia: quæ affinia: quæ cõtraria. Singulis autem hiſce quæſtionibus explicandis certi loci deſtinati ſunt. Ad quæſtionem An ſit, conſulenda eſt experientia, uel ſapientiũ hominum aſſeueratio et conſenſus. Ad enucleationem quæſtionis Quid ſit, proſunt definitio nominis & definitio rei: tum genus, ſpecies, differentia, proprium, acci-

dens.

dens: deinde prædicamenta, ex quorum serie genera, species, differētiæ, accidentia colliguntur. Ad quæstionem, Quot partes, hi loci: diuisio uocis in significata, diuisio generis in species, diuisio totius in partes, diuisio conflata ex enumeratione accidentium.

Ad quæstionem, Quæ causæ: materia, forma, efficiens, finis, cum membris subiectis, in quæ singulæ secantur. Ad quæstionē, Qui effectus seu officia, ordinantur hi loci: euēta, effecta, destinata, adiacētia, actus, subiecta. Ad quæstionē, Quæ affinia, spectāt cōiugata, contingentia, pronunciata, similia, comparata. Postremò quæstioni, Quæ contraria, solent adhibere disparata et opposita. Per has igitur quæstiones & locos ordine progrediendo, naturam quarumuis rerum explorare his procliue est, qui priorem dialectices partē, nominatam Topicen, probè didicerunt. Exempla philosophica ex Aristotelis Physicis atq; Ethicis, & Ciceronis Officijs peti possunt. Nec desunt qui locos Theologicos permultos pari methodo, planè didactica, enarrarunt.

Digna præterea ingenuis adolescentibus est inuestigatio artificij Dialectici & Rhetorici in bonorum auctorum scriptis, qua uidelicet notatur, Vbi nam disputatio uel oratio noua instituatur: tum ubi exordium, ubi propositio uel diuisio, narratio, confirmatio, confutatio, (si modò id genus partes adsunt) conclusio. Hinc, quibus ex locis ducta argumenta singula, quomodo eadem efformata, quæ probabilia, quæ ue necessaria sint, & si quid præterea ad bene instructas

Dialecticorũ uel Rhetorũ officinas pertinet. In Cicheronis aliorumq; illustriũ uirorum scriptis, multi uiam qua ingrediundũ sit, ostenderũt. Theologiæ candidati similia tentabunt in quibusdã orationibus uel epistolis sanctorũ patrũ, ucluti Basilij, Chrysostomi, Hieronymi. Quamuis multo quoq; rectissimè collocabit eandem operam in concionibus prophetarum, Christi, Apostolorum, & in Paulinis epistolis.

Quimetiã commoditatẽ alijs, laudem uerò sibi non paruam conciliabit, qui aliena scripta conabitur dilucidiora reddere paraphrasi, aut metaphrasi. Est autẽ paraphrasis, cum quæ ab alijs relata sunt, forma orationis sic mutata exponuntur, ut omnia dicantur copiosius & laxius: cõsilijs nimirum & rationibus, cum probationibus, cæterisq; consentaneis passim intrectis. Metaphrasis uerò exilior est, cõcisiorq; quam paraphrasis, quippe quæ uix aliquid addit ad sententiã & magis in quærendis nouis aptisq; uerbis, quam in augenda seu locupletanda sentẽtia occupatur: ac plerũq; dilucidiorem reddit orationem, non autem plenio rem. Quantam uerò gratiã habeat paraphrasis, præcipueq; in argumẽtis sacris, D. Erasmus Roterodamus patefecit, qui Noui testamenti omnia paraphrasi expressit longè doctissimè.

Cõmendatur inter laudatissima quæq; exercitatiam Epitome, qua quæ ab alijs fusius sunt enarrata, in angustium cõtrahuntur, atq; præcisis consilijs, probationibus, amplificationibus, cæterisq; ornamentis summa tantum rerum retinetur: quo pacto lu-

tus prolixos li
paucis & breui
eadem ratione
uticos ueteru
tum redigere.
Eam ἐπιδιορθωσιν
ginitatem inte
simè reddere,
ἐπιδιορθωσιν uo
endos alicuius
ui affectus.
producitur alic
et persona affi
cum tamen pe
primi generis
a uerba feceri
ra sera quapi
finitam sang
fuerit effatus
dixo adhuc ui
qua cum glori
proruperit se
ab Absalonẽ. Tu
tum, cum à Deo
tuare, & quibu
ui cogitationibu
auerit: in qu
ertus ante ocul
ad sumpta occa

nos prolixos libros Trogi Pompeij, Florus Titi Liuij, paucis & breuibus capitibus constrinxerunt. Poterũt eadem ratione candidati Theologiæ libros aliquos didacticos ueterum aut recentium autorum, in compendium redigere.

Iam ἠθοποιΐας, εἰδωλοποιΐας, προσωποποιΐας, quæ affinitatem inter se habent, quàm fieri potest euidentissimè reddere, elegantis & amœni est ingenij.

Ἠθοποιΐαν uocant, orationem confictam ad exprimendos alicuius personæ mores, notas, atq; in causa alicuius affectus. Εἰδωλοποιΐαν, quum persona mortua reproducitur aliquid loquens. προσωποποιΐαν, cum etiam persona affingitur, atq; sensus ac sermo ei tribuitur, cui tamen per naturam minimè conuenit.

Primi generis est, si conemur prolixius exponere, quæ uerba fecerit patriarcha Iacob, cum filij nunciarent, à fera quapiam dilaniatum Iosephũ, atq; uestem ipsius tinctam sanguine ostenderent. Vel quæ idem Iacob fuerit effatus, cum lætum nuncium acciperet de Ioseph adhuc uiuente in Aegypto, atq; Rempub. ibi magna cum gloria administrante. Item in quos sermo proruperit senex Dauid, audiens ex Chusi, cæsum esse Absalonẽ. Tum quales cogitationes fuerint Abrahami, cum à Deo iuberetur unicum filium charissimũ mactare: & quibus argumentis restiterit illis carnalibus cogitationibus, animumq; in obedientia ac fide cõformauerit: in quo sermone eleganter lucta carnis & spiritus ante oculos ponetur. Secũdi generis fuerit, si ipsis sumpta occasione ex uerbis Christi, quib. Ioan. 8.

obiecit proteruis Iudæis, quòd quandiu impiè uiuerent, nõ essent legitimi filij Abrahæ, introducat Abrahamum grauiter expostulantem cum Iudæis, qui non se gerunt quemadmodũ decebat filios, parentem pietate & sanctis morib. referentes: ideoq; se haud posse illos agnoscere filios, neq; ipsos uicißim illum iactare patrem. Iesaiæ cap. 14. Regi Babyloniorũ è summa dignitate deiecto ad inferos, insultare finguntur mortui uarijs sannis & lœdorijs. Apud Iezechielem cap. 18. filij infelicitatẽ suorũ temporũ, & flagella à Deo immissa imputãt peccatis parentum, seq; innoxios & immerentes puniri clamitant. Opportunè igitur introduceretur aliquis ex demortuis parentibus, nomine omniũ redarguens & increpans filios, quòd ab re ac falso insimularent suos maiores, cùm suis ipsi sceleribus Dei iram in se cõcitassent. Item ubi nunc adeò perturbatus undiq; est Ecclesiæ status, non inepte in medio statueretur propheta Iezechiel, arguens impios & auaros pastores huius tẽpestatis. Tertij generis erit, si Ecclesia introducatur cõquerens, quòd nũc miserandis modis ubiq; dißipatur, omniumq; est miserijs exposita: si quis fingat, Germaniam adhortantem Principes & Episcopos, quo permoti tot malis & calamitatibus publicis, deliberent tandem de sedandis bellorum tumultibus, uel de ordinandis Ecclesijs, & instauranda Republica.

In concinnandis porrò modò amplificationibus, modò extenuationibus, ex causis, signis, circunstãtijs, præterea in mouendis adfectib. crebrò & multũ in-

rerũ diuinarũ studiosi periculũ suarũ in dicendo
riũ facient: persuasum habẽtes, sibi ualde nota ac tri
hæc esse debere, si populũ olim cũ gratia excitare
uirtutes, & deterrere à uitijs desiderãt. Nec tantũ
ericordiæ uel indignationis mouẽdæ curã exẽplo
torũ suscipiẽt: uerùm etiam alios motus ciere stu
ũt, atq; inducẽt animos auditorũ ad dolorẽ ob desi
ta peccata, ad odiũ peccatorũ, ad amorẽ uirtutũ,
licitudinẽ de implorãda Dei ope, ad spem miseri
diæ impetrãdæ, ad studiũ emendãdæ uitæ, ad mise
rdiã & beneficentiã erga egenos, & ad eos insu-
adfectus qui his existimãtur cognati, atq; subinde
adhibentur concionibus. Etenim cõcionator au
sibi nonnihil indulgere, ac liberius agit, frequen-
etiam longius egreditur præceptionum scholasti-
um limites, quàm Oratori permissum est.

Cæterùm ex scriptoribus Ecclesiasticis Chrysosto
in amplificationibus & in mouendis adfectibus
inari, ac planè regnare (quod & suprà à nobis di
est) inficiari potest nemo. Homilia inscripta Ad
colas, & de uitando iuramento, amplificationes
dum elegantes continent. Adfectus uerò in reli-
homilijs, de uitando iuramento, & contra diuer
uitia, item in quibus solatur Antiochenos timore
culsos, cum Imperatorem offendissent, & paßim
bi, mouentur, arte propè inimitabili.

Quid dicã de Dialogis, quorũ nondũ facta est men
Nulla m teria dialogis explicari refugit. Ac pos-
ta argum deligi, quæ redacta in dialogos, etiã

perbreues, non minorem largiuntur frugẽ, quàm subtiles ullæ disputationes, et pleræq; elaboratæ declamationes. Taceo quòd maiori cum uoluptate, propter libertatem in ijs concessam, & scribuntur, & legũtur. Itaque ad hos adornandos, meritò quiuis sua sponte procurret: & si quando animum senserit factum remißiorem, reintegrabitur studium delectis argumentis & nouis & iucundis.

Quòd si malis interdum grauiores locos excutere, ipse excerpes, uel curabis ab alijs tibi proponi quæstiones aliquas de rebus seu philosophicis, seu Theologicis: atq; de ijs pro ingenij tui captu, atq; eruditionis gradu respondebis. Quo sanè pacto nunquam deerit, in quo bonas horas bene colloces.

His autẽ qui paulo maiores fecerũt in Theologia progressus, suadeo, ut potius quàm se non habere de quo scribãt conquerantur, epistolas perlegant ad D. Augustinũ perscriptas, in quibus pij quidã quæstiones nõnullas proponunt, ac petunt enucleari. Tales sunt, Epistola secunda, quæ est Volusiani: 4. Marcellini: 53. Macedonij iudicis: 58. Paulini: 79. Nebridij: 88. Hilarij: 98. Euodij: 153. Publicolæ: quibus addatur & 49. quæ Augustini quidem est, sic tamẽ distincta, ut quæstiones excerpi separatim singulæ queant. Easdẽ igitur quæstiones aliquot suo marte contendant antè explicare, quàm quid ipse Augustinus de ijsdem pronunciet, degustauerint. Vbi uerò quanta licebit fide ac diligentia quæstiones eas tractauerint, tum illa quoq; cum iudicio euoluent, quæ rescripsit D. Augustinus. Hinc suæ

commen-

mentationes cum D. Augustini dictis accuratè con-
feres, statim dubio procul experientur, ecquid re-
tulerint assecuti, iterumq; quãto interuallo ab illo
distent. Atq; habituri sunt hac ratione ipsum Augusti-
num fidum præceptorem, qui eos suorum erratorum
admonefaciet: & quid ipsis adhuc desit, sine dissimu-
latione commonstrabit. Quod autem dico exempli
causa de literis datis ad D. Augustinum, idem intelligi
velim de his quoq; quæ ad alios eximios uiros datæ
sunt. Quod ideo operæprecium est adijci, ne quis su-
spicetur, sibi in ijs esse quæstionibus laborandum, de
quibus nullo modo potest iudicium facere. Cuius igi-
tur captum excedunt quæstiones propositæ D. Au-
gustino, alias eligat minus arduas aut intricatas. Hu-
ius exercitationis satis æstimari nunquam po-
test utilitas: quamobrem neque laboris in eam insum
taedium debet obrepere. Et quamuis quod cupis
statim assequêris, nequaquam tamen cœptis desi-
das frangêris animo. Fieri non potest, quin cre-
scentando, aliquid tandem admiratione dignum
futurus sis. Fabricando fabri efficimur, uulgo tri-
buebet prouerbium.

Restat, nonnihil subnectamus de commentatio-
ne ex sermone extemporali: quæ cuiusmodi sint præ-
cognoscamenta, paucis aperiam. Tria omnino sunt di-
uersa genera eruditis usitata. Primum, scriptũ ad
unguem post præfixũ thema, satis temporis cõcedi opor
tet, quo pleniora & emunctiora exeant omnia. Secun
dum, est subitum, ubi uidelicet, simulatq; aliquod est

argumen-

argumentũ propositũ, statim nulla meditatiõe intercedente de eodem disseritur. Tertiũ, est inter hæc medium, in quo spaciũ quidẽ cogitãdi datur, nõ tamẽ tantùm ut scriptioni & castigationi liceat indulgere. Ergo primũ genus ad omnia paratũ est exercitiorũ genera, de quib. sermo est hactenus habitus: secundũ genus, orationi seruit extẽporali: tertiũ nomine cõmentationis insignire eruditis placet. Cæterùm omnib. his qui se ad Ecclesiasticã, uel etiã politicã præparãt functionẽ, quoniã negocia de improuiso occurrentia sæpenumero postulant, ut uel modica tantũ præmeditatione permissa, uel omnino ex tẽpore, & quidẽ de rebus arduis perorent apud multitudinẽ, uehementer est necessariũ, ut tum quoq; cum adhuc in scholis uersantur, nonnunquã & cõmentatione, & sermone extemporali præstare aliquid assuescãt. Et poterũt sanè laudabiliter in iucundißimo sodaliũ cõsessu, modò à prandio, modò à cœna, animi causa, & ueluti per lusum, tentare, paulatìmq; in utroq; genere nõnihil efficere. Sũmen argumenta de rebus familiarib. aut probè notis, maximeq; ex locis communibus eligãt. Lepidæ narrationes, laudes, uituperationes, asseuerationes, detestationes, itẽ tractatio thematũ simpliciũ p quæstiones & locos inuẽtionis Dialecticæ, descriptiones, amplificationes ex causis, signis, circunstãtijs collectæ, rationes mouẽdorũ adfectuũ, multo accõmodatißimæ fuerunt negocio. Magnaq; in his inerit gratia, etiã si breuiter, argutè tamen & perspicuè explicãtur. Nec initiò quidẽ contenti erunt studiosi, tenue quidẽ

...e in hac parte exhibere: succedente aũt tempore ...erent omnia ampliora & augustiora. Quòd si ...s adolescentes, quasi ex pacto, indictaq; ei mul... ...i repertus fuerit negligens, assuescant statis die... ...risq; cõuenientes, hunc in modum ex ordine di... ...dubium non est, quin placidus hic congressus om... ...ia & suauia sit effecturus.

...q; hæc quidẽ exercitiorũ genera hactenus enu... ...a, propriè intra parietes & priuatim usurpari ...t, utpote declamationib. minimè apta. Atqui ad... ...oportet, omnia quoq; quæ capite præcedenti ...i, & ad formandas declamationes dixi esse ido... ...ritò his adiungi. Tametsi nanq; spes nõ sit, om... ...itationes & cõmentationes tuas posse abs te in ... recitari: profectus tamẽ tui in facultate dicen... ...ches, quemadmodũ decet, rationẽ, omnibus in il... ...rib. pertractãdis nõ immeritò stylũ exercebis. ...genere semel moneo et hortor, ut laudationes ...rũ, rerũ, factorũ: eorundemq; uituperationes, ...tiones, dehortationes: locos cõmunes, consola... ...comparationes, contentiones, sententias siue ...prouerbia, χρείας, apophthegmata, interpre... ...fabularum, tabularum seu picturarum, mon... ...prodigiorum, & similium: descriptiones, si... ...gines: alienorum dictorum interpretationes, ...nes seu προβλήματα, confirmationes, destru... ...apologias, dissertationes in utranq; partem, ...hypotheses, commiserationes, indignationes, & ...præterea argumentum pro ratione temporũ offertur:

offertur: hæc inquam moneo & hortor, ut conscribere, & ad iustam declamationum formam prouehere, in omne tempus pergas. Senties forsitan, te interdum labore utcunque grauari: attamen tanta rerum uarietas, ut nihil in præsentia dicam de incomparabili utilitate, tædium & laborem non parum minuet. Varietas, quod nemo nescit, labantem erigit, fessum recreat, alacrem confirmat, atq; indies uegetiorem reddit.

Sed quantum adhuc restat operæ in exercitijs ad studium linguarũ? Linguæ, Hebræa & Græca, quàm sint Theologis necessariæ, alibi indicauimus: ei autem qui seriò cupit in ijsdem promouere, uaria esse experiunda, quiuis etiam nobis tacentibus intelligit. Itaque linguæ Hebrææ nauans operam, modò hunc, modò illum librum sacrũ in manus accipiet: ac primùm quidem literarum seruilium officia expeditè ut calleat, enitetur: dein ad singularum uocum radices inquirendas se conuertet: hinc phrases atq; idiotismos eiusdem linguæ accuratè obseruabit, & ubi cõsentiant uel dissideant à lingua Latina, par erit inquiri: postremò diuersas adhibebit interpretationes sacrorum Bibliorum latinas, easdem non oscitanter inter se conferet: atq; ubi iudicio plusculum ualuerit, cur hic interpres illo, cur iste alio modo conuerterit, peruestigare, rationemq; reddere studebit.

Quod ad linguam Græcam attinet, operæ pretium est in eadem erui themata, notari syntaxin, discerni phrases, & has ipsas ad latinas adiungi: post

hæc,

...ter, diuersas eruditißimorum hominum in uno ope-
...uersiones pensiculatè dijudicari: quibus sanè mo-
...ad perfectam eiusdem linguæ cognitionem patet
...tus. Nam in his qui diutiusculè fuerit occupatus,
...q; reprehensionis metu poterit ad transferendos
...ores sermones uel epistolas Basilij, Nazanzeni,
...sostomi, se conferre: eaq; re feliciter attentata,
...dem non mediocrē reportabit. Atq; in Theologis
...dem scriptoribus transferendis uersari expedit,
...multis de causis, tum hac maximè, quòd eadem
...in linguis & pietate coniunctim proficitur.
Quid dicam de sermone patrio? an 'non & huic
...licta est palæstra, & arena? Maximè, inquam.
...quo quis sermonis patrij est peritior, & in eo
...fertior, eo iudicatur ad docendū populum ma
...deneus. Ac decet omnino concionatorē aliquid su
...ulgus præstare in sermonis patrij mundicie ac
...te: & non modò uerbis quibusdā elegātibus ac
...ptis, uerū etiā copia eorundē locupletatū pro-
...Puritatē sermonis patrij non haurias, nisi uel ex
...ari cōuictu eorum qui tersißimè & nitidißimè
...sonant, uel ex libris cōmendatißima dialecto edi
...ales multorū iudicio censetur in Italia, dialectus
...anica: in Gallia, Turonēsis: in Germania, Misnen
...Britannia, Londinensis. Proinde qui optat ser
...patrio cum gratia docere, eliget in primis u-
...aliquem scriptorem, qui cæteros in eo antecellit,
...ue legendum & imitandum: hinc de Latino ser-
...conuertet subinde scriptum aliquod in sermo-
nem

nem uulgarem: uicissim etiã quædam è uulgari in Latinum: quibus uersionibus puritatem & proprietatẽ linguæ citò assequetur. Si copiam insuper affectat, ea quæ semel sermone patrio sunt expressa, meditabitur, quanta licebit industria, alijs rursum uerbis, iisdemq; lectissimis, cõmutare: præterea unam eandemq; sententiam uarijs tropis & schematibus figurabit. In quibus progymnasmatibus, sicut plus requiritur operæ quàm pleriq; autumant: ita utilitates quoq; inde emanantes omnium superant opinionem.

Hæc de exercitiorũ Theologicorũ, tum publicorũ, tum priuatorũ diuersis generibus, dicta sint. Confido aũt me ea in mediũ protulisse, per quæ generosi spiritus adolescẽtes incitabuntur, ad aliquid se dignum audendum, in laudatissimo sacrorũ studiorũ cursu. Ignauis uerò & pigris, omnes extorquebuntur è manibus rationes, quibus tegere aut defendere inertiã suam solent. Queruntur nonnulli mortalium, sibi deesse res quas agant: has aũt adepti si fuerint, tum prætexũt sibi deesse tempus ijs conficiendis. Sed ita est: quicunq; sunt prudentes atq; æqui tam rerum quàm temporis æstimatores, hi semper habent in quo se honestè exerceant: & cum res inuenerint, etiam opportunũ inueniunt tempus, atq; ita ordinatè decẽterq; cuncta peragunt. Qui aũt de rebus rectũ ferre iudiciũ nequeũt, hi sinunt eas tanquam inutiles præteruolare: & dum res negligunt, simul etiam nobilissimum tempus perdunt. Ex quo fit, quòd in turpi ocio & cum dedecore uitam transigunt: & quamuis longo uiuant tempore,

nihil tamen post se relinquunt, quod uixisse eos
tur. Vsq; adeò igitur ars artium est, & rebus &
ore bene uti. Prouideãt ergo adolescentes, quot-
mirificam sui expectationem pijs parentibus, pa
præceptoribus, & amicis cõcitare uolunt, eam
eant ac tueantur: ne cum frequentia extiterint
& instrumenta, quibus promoueri ipsorũ stu
tuissent, dicatur olim, Non ipsis res & tempus,
uerso ipsos rebus & tempori defuisse.

E THEOLOGO,
V DE RATIONE STVdij Theologici, Liber quartus.

OLVENDA ESSE DIVERSA
pta, quibus cõtinentur Ecclesiarum
ξεις, quæq; ad gubernationem Eccle-
siasticam instruant. Cap. I.

IQVIS iam in lectione sacrorum librorum, præterea in excutiendis locis communibus doctrinæ Christianæ diu multumq; exercitatus, eò usq; tum eruditionis, tũ ætatis uidetur progressus,
pus appetat, quo se ad functionem Ecclesiasticã
dã cõparet: huic ego autor & monitor esse ue-
o priusquã scholasticæ palæstræ atq; doctorum
ũ sodalitio renunciabit, ad eos libros legendos
rtat animũ, quibus Ecclesiarũ πράξεις continen-
quiq; ad gubernationẽ Ecclesiasticã informãt. Cu

ius generis sunt in primis, historiæ Ecclesiasticæ, uitæ sanctorum martyrũ, pontificum, & illustrium cõfessorum: dehinc Canones in concilijs & synodis diuersis euulgati, simulq; pontificum atq; eximiorũ Theologorum de uarijs quæstionibus responsa: quibus addas licet, ex his congestos libros Decretorum: præterea qui inscribuntur de Officio Episcoporum, presbyterorum, diaconorum, necnon de ordinatione seu reformatione Ecclesiarum: postremò, in quibus ratio dispensandi sacramenta, & quicquid ad ritus ceremoniasq; statas ac solennes pertinet, explicatur. Etenim quæ ex indefessa scripturarum atq; locorum communium tractatione quis consecutus fuerit, ea sic quodammodo licet accipere, tanquam si ad θεώρημα & contemplationẽ præcipuè spectent: quæ uerò hoc genere librorũ comprehenduntur, omnia ad actuosam uitã, hoc est, ad rectam ordinationẽ atq; administrationẽ Ecclesiarũ iudicãtur apprimè cõducere. Quocirca sicut parum decorum est homini ad res magnas nato, in ocio & solis speculationibus consenescere: & quo quis generosiore est indole præditus, eo par est ipsum enixius ad illa eluctari, per quæ possit quàm plurimis prodesse: ita sanè theologũ, qui aliquo haberi loco cupit, existimamus, post paratã scripturarũ et locorum cõmunium cognitionẽ, ijs quoq; percipiendis animũ debere intendere, quibus, quoniã administrationẽ Ecclesiasticã expeditè tradũt, adiuuare Christi Ecclesias, atq; cõsulere tã uniuersæ multitudini, quàm quibusuis priuatim poscentibus, rectè queat. Sunt autẽ duæ

rationes, ut ualde perſpicuæ, ita multo grauiſſi-
quæ quemcunq; theologiæ candidatũ meritò huc
pellant. Prior eſt, ipſius ſpiritus ſancti authoritas,
diuina uoluntas, ordinatioq; in ſcripturis pateſa
Nemo ignorat, dona ſpiritus ſancti ita in ſacris li-
diſtingui, ut alijs quidẽ dicatur diuinitùs cõceſſa
phetia, id eſt, facultas interpretãdi ſcripturas: alijs
donũ miniſterij, & ſedulitas prudentiaq; ad gu-
ndũ. Ac rurſus prædicantur conſtituti à Deo in
eſia, alij Apoſtoli, alij prophetæ, alij Euangeliſtæ,
Paſtores ac Doctores: & quidẽ omnes ad inſtaura
ẽ ſanctorũ, in opus adminiſtrationis, in ædificatio
rporis Chriſti quod eſt Eccleſia. Ro. 12. 1. Cor. 12.
ſ. 4. Liquet igitur, prophetiã & miniſterium ſeu
rnationẽ, diuina uoce tanquã duo excellentiſſi-
dona ex æquo commendari: quin etiam ſic eſſe ad
ſtarum ædificationẽ & conſeruationem perne-
ria, ut ſicut alterũ altero ſemper eget, ita neutro
re eccleſia ulla poſſit. Siquidẽ eccleſiarũ ſalus ac
tas tota ex hiſce duobus donis pendet: quãdo ob-
uam non eſt, ſterilem omnino eſſe prophetiã, ſi ab-
ronida gubernatio: uiciſſimq; fieri nõ poſſe quin
ſtet gubernatio, quæ prophetiæ fulcris non ſuſten
Quòd ſi igitur iuſtum eſſe fatemur, omnes do-
æ cœleſtis cultores ijs libris dare operam, qui
m aperiunt, qua ad ueram prophetiam peruenia-
unt autem tales, libri propè omnes quos Sacros
ἐξοχὴν nominamus, tũ illi in quibus loci cõmunes
ractantur, de quibus duobus generibus hacte-

nus semper est sermo habitus: decet profectò & hæc monumenta studiosè euoluamus, quæ descriptam gubernandarum ecclesiarum formam ante oculos statuunt. Quod & eo alacrius à nobis fiet, quòd uidemus spiritui sancto nõ minus curæ fuisse, quomodo gubernationẽ, quàm quemadmodũ prophetiã hominib. notam faceret, atq; utriusq; dignitatẽ augustiorẽ redderet. Extant nanq; de gubernatione permulta in utroq; Testamento salubriter prodita. Vt enim omittamus, quæ sparsim in libris Mosæ & prophetarũ, itẽq; in libris Regum, præcipuè aũt in uita Dauidis, Salomonis, Iosiæ, Ezechiæ occurrunt: tum uerò integri libri Ezræ ac Nehemiæ, & in nouo Testamento, opus beati Lucæ de Actis apostolicis, D. Pauli epistolæ duæ ad Cor. duæ ad Timoth. una ad Titũ, de gubernatione Ecclesiastica plenißimè concionantur. Grande autem nephas fuerit, suspicari alium in finem ea omnia à spiritu sancto mandata esse literis, quàm ut religiosè ab omnibus perlegantur: necnon quomodo ad gloriam Dei, & ad utilitatem hominũ administrari Ecclesias sapienter oporteat, pij inde hauriant. Itaq; partim insignis illa celebratio doni gubernationis, partim libri isti de gubernatione ecclesiastica ipso spiritu sancto authore in lucem emißi, testatũ faciunt, hanc esse Dei uoluntatem atq; ordinationẽ, ut quicunq; seriò in doctrinã religionis uolant proficere, ex ijsdem libris discant, immò & ex alijs eadem argumenta fusius in morem cõmentariorũ enarrantibus, sanã cõsilia de ecclesiastica gubernatione petere assuescant. Posterior ratio ad

ad huiusmodi librorũ lectionem inducens, sumitur
cessitate. Nescio profectò quî fit: sæpenumero ui-
os nonnullos, qui & sacrarũ literarũ, & locorũ cõ-
uũ intelligentia cæteris se præstare, exhibito ali-
quo luculento specimine euincunt: uerùm si quando
ungit eos ad ecclesiasticam prouehi functionem,
mus sese in alio esse mundo opinantur, atq; noua,
ia, multumq; supra uires posita cõperiunt uniuer
rimum enim nõ possunt morbidas oues à sanis di-
uere: latens cõtagium (neq; enim oues ipsæ se sem
rodunt) solerter deprehẽdere: grauiter, cum au
ritate, & simul placidè increpare peccantes: disci-
æ ecclesiasticæ seueritatem, quando & quantum
portunũ est, exercere: amanter exhortari, & obse-
e modestos: labascentes animos tempestiuè erige-
blandè consolari adflictos: quæ singula, modò pu-
de suggesto, modò priuatim in colloquijs, artifi-
ac dextrè præstari necesse est. Præterea non pos
de negocijs, quæ quotidie uaria incidunt, fidelia
consilia: controuersias inter fratres enatas diri-
: in consessu Ecclesiastico seniorum prudenter
onere, deliberare, definire: sapienter præscribe-
id quenq; pro suæ uitæ genere, iuxta fidei ac cha
is normã facere deceat. Ad hæc, nõ possunt facul-
ecclesiasticas honestis modis augere, uel acquisi-
liter cõseruare, easdẽ frugaliter & iuxta æqua
tẽ (ἐξ ἰσότητος, inquit Apostolus 2. Cor. 8.) dispen
, siue cum distribuenda sunt stipendia ministris ec
, siue cũ ordinãda est schola, siue cũ refocillandi

egeni, siue cum sarcienda ædificia publica existũt. Postremò non possunt ritus usitatasq; ceremonias cum decoro exhibere: uitiatas corrigere, uel abrogare: nouas magis utiles subrogare: et quis enumeret reliquas? Rogas autem, unde hæc inscientia? unde tanta ruditas? Videlicet caussa in promptu est. Quamuis enim in plerisq; libris sacris & locis cõmunibus illi sint sic satis instructi: attamen libros de gubernatione Ecclesiastica, aut ne à limine quidẽ salutarũt, aut aliud agentes & somniculosi tantùm aspexerũt. Perfici aũt cum gratia à nullis illa possunt, nisi qui in hisce libris fuerint probè uersati. Quæ cum ita sint, exigit certè publica Ecclesiarũ neceßitas, ut ab his qui ad ministeriũ ecclesiasticũ sese parant, immò generatim ab omnibus qui theologorũ albo inscribi desiderãt, studiose ij libri legendo percurrãtur, in quibus πράξεις Ecclesiarum, canones, responsa, consilia, & quæcunq; rectè dicta, facta, ordinata insignium theologorum, fideliter relata sunt. Qua de re multis retrò seculis sancti Patres in diuersis cõcilijs arbitrati sunt, clericos, id est, theologiæ addictos omnes frequenter admonendos, quorum uerba aliquãto pòst in memoriã reducemus. Rectißimè uerò ab illis qui interfuerunt cõcilio Lateranensi, anno 1215, sancitũ legimus, ab unaquaq; ecclesia metropolitana professorem theologiæ debere ali, qui sacerdotes atq; alios clericos in sacra pagina doceret: sed præterea multo diligentißimè in his informaret, quæ propriè ad curã animarũ spectare noscuntur. Et profectò si quis secum reputet, q̃ miser & miserandus

undis sit præsens ecclesiarum status, haud dubiè sen
tur hanc piorũ patrũ admonitionẽ inculcari urgeriq;
nobis nunquã satis posse. Hæc uerò exhortandi cau
dixisse in præsenti sufficiat: quæ et spero apud theo
gie candidatos, præsertim sobrios & modestos, ma-
gum pondus habitura. Nam utilitatẽ amplißimã, &
anditatẽ quæ ex hoc instituto deriuantur, præsta-
ius est ex quotidiana aßiduitate legendi, quàm ex
is cognosci sermonibus. Proinde quinam potißimũ
i, et quo iudicio sint legendi, operæprecium est ut
ponere aggrediamur. (cis.

Dicemus uerò ante omnia de historijs Ecclesiasti-

Proximè de cõcilijs, synodis, & canonibus qui in
ium sunt editi.

Tum de pontificum responsis.

Qua occasione adijciendum erit nõnihil de De-
to Gratiani.

Mox etiam de reliquis partibus iuris, ut uocant,
nici, quod est ex scriptis conflatum superioribus.

Dehinc uerba faciemus de uoluminibus quæ in-
untur de officio episcoporum seu pastorũ, pres-
terorum, diaconorum, de examine & ordinatione
nistrorũ ecclesiæ, de synodo & uisitatione annua,
disciplina ecclesiastica & excommunicatione, de
solatione ægrotantium, & similibus.

Postremò de opusculis, in quibus ratio dispensan
sacramenta, & qcquid ad ritus ac ceremonias per-
net, comprehenditur.

Omnia uerò, quemadmodum discentium com-

moditati arbitramur cõuenire, atq; in præcedentibus facere tentauimus, certis distincta notationibus siue obseruationibus, in conspectu à nobis ponentur.

QVOMODO LEGENDAE HISTORIÆ Ecclesiasticæ. Cap. II.

QVàm utile ac necessarium fuerit literis mandari res gestas in Ecclesia, uel quocunq; modo ad Ecclesiam pertinentes, superuacaneũ est hic repetere. Statim igitur quod nostri instituti est, aggrediemur facere: hoc est, obseruationes aliquot congeremus.

Obseruatio I.

Historias ecclesiasticas euoluere quisquis proponit, eos scriptores deligat, qui fide digni, à quàm plurimis & ab optimis quibusq; censentur. Periculosum est, in ipso uestibulo aberrare. Ac frustra sanè, docendi, suadendiue instrumentum colligere ex ijs libris meditaris, quorum suspecta, uel planè ignota est autoritas. Palàm uerò est, quomodo partim à gentilibus, partim ab hæreticis, illis quidem conantibus religionem nostram in contemptum adducere, ac deridendam propinare, his uerò cupientibus sua stabilire falsa dogmata, multæ historiæ confictæ euulgatæq; sint: nonnunquam etiam ostentantes clarissimorum hominũ præclara nomina, quo simplices & incauti citius hac fraude circumuenirentur. Tertullianus in Apologetico cap. 16, memimit fabulosæ narrationis à gentilibus excogitatæ, ob quam Christiani appellati sunt asinarij: & picturæ, in qua Christus exhibitus aurib. asininis, altero pede

...le ungulatus, toga indutus, & librum gestans, cum ...e inscriptione ὀνόχηλος. item, ob quam Christiani ...rent cõuersi ad orientẽ. Historia ecclesiastica lib. ...p. 5 testatur, Maximino tyrannidẽ in Christianos ...rcẽte, gentiles cõmentos acta quædã Christi apud ...tum, declamationẽ præterea de Pilato & Christo ...ãcutrunq; aũt scriptũ contumelijs nõ dicendis re...um, atq; ad Christianæ religionis odium animis e... teneris instillandũ, utrunq; mandatũ iuuẽtuti in ...lis ut prælegeretur. Et lib. 1. ca. 11, impudẽs quod... cõmentum Actorũ Christi euidenter confutatur. ...e uerò hæretici uersipelles mũdo obtruserint, lon... esset enumerare. Catalogus quidẽ huiusmodi li...rum texitur ab Eusebio, historiæ Ecclesiasticæ lib. ...p. 25. sed multo prolixior à Gratiano, dist. 15. cap. ...ta Romana. Nec dißimulari potest, à quibusdam ... & simplicibus præpostero studio celebrandi san... confessores & martyres uita functos inflamma... multa quæ sine fastidio aut risu audiri nequeant, ...ersa esse libris quos inscripserunt Vitas patrum, ...endam auream (quam propter absurda exempla ...rposita, non ueriti sunt quidam plumbeam appel...) alijsq; similibus.

Qui proinde post Prophetas, Apostolos, Euange...tas, cõscripserũt ecclesiasticas historias, primi nomi...nis sunt hi. Eusebius Pamphilus Cæsariensis edidit lib. ...quibus Ruffinus presbyter Aquileiẽsis adiecit duos. ...ßiodorus senator Tripartitã historiam cõgeßit ex ...ribus celebratißimis auctorib. Theodorito uidelicet,

mouetur, de canonibus uniuersalis Synodi sexte Constantinopolitanæ. Patriarcha uerò definire ausus est, non esse de canonibus qui ibi tunc recitabantur dubitandum, quin in illa Synodo sexta essent editi: non immeritò autem culpandos, qui in canonibus illis euulgandis diligẽtiam maiorem non adhibuissent. Quin etiam ambiguũ fuisse apud multos, an ulli omnino Canones aliquãdo fuerint in eadem Synodo sexta editi, Gratianus non dissimulat, Dist. 16. Sextam Synodum. Cum Mileuitanum cõcilium, cui interfuit D. Augustinus, haberetur in Africa, excommunicationis multa his irrogabatur, Canone 22. qui deinceps prouocaturi erãt ultra mare ad sedem Romanã. Romanus porrò episcopus decretũ istud cupiens euertere, legatos misit qui docerent, priuilegiũ hoc autoritate Concilij Nicæni datum sedi Romanæ, ut undecunq; gentiũ appellare ad eam liceret. Africani episcopi excipiebant, non esse fidem habendam Romano pontifici in causa propria: itaque se missuros Constantinopolim, & ad alias Græciæ ciuitates, ut exemplaria actorũ Nicæni Concilij incorrupta & minimè suspecta conquirerẽt. Cõpertum aũt postea est, nihil tale in Nicæna Synodo uniuersali fuisse decretũ: sed pontificẽ obtrusisse pro Nicæno Canone, quendã excerptũ de concilio Sardicensi. Hæc à multis sunt fideliter relata, clarissimè etiã in Cõcilio Mileuitano, & Carthaginẽsi sexto, in quorum posteriori legati Zosimi pontificis mandata exequebantur. Iam Canones Apostolorum nominati, non omnino abs re magnum iudicantur habere pondus, &

tamē in hunc usq; diem ignoratur, quot & qui illi
rint. Nam in Decreto, Dist. 16. ex sentētia Isidori,
itula Apostolorum memorantur fuisse sexaginta:
lo pòst subijcitur, fuisse octoginta quinq;. Simili-
de numero Canonū concilij Nicæni, an tantùm ui
sint, ut quibusdam placet: an septuaginta, ut ma-
alij, qui pro se adducunt Athanasium: adhuc sub
ce lis est, teste eodem Gratiano, Dist. 16. Septua-
a. Non minor spectatur negligētia in multis alijs
cilijs, quæ de Græcis in sermonē Latinū sunt con-
a, quorū Canones frequēter neq; numero, neq; or
interdū neq; sententia inuicem sibi respondent.
uerò in Græcis tantū, sed etiam in Latinis conci-
in occidente habitis, æquè magna perspicitur exē
rū diuersitas. Etenim in cōcilijs aliquot Africanis,
propè ad D. Augustini ætatē creduntur celebra-
um in Coloniēsi, habito sub Carolo tertio Impera
, cognomento Crasso, desiderari quædā uidentur.
aduerso autē, in cōcilio Ilerdensi, quædā addi. nam
tianus 2. quæst. 4. Presbyter. & 33. quæst. 4. Nō o-
tet. item Dist. 55. Si quis in infirmitate. rursus, de
secratione Dist. 4. Omnis presbyter. hos, inquam,
ones adscribit concilio Ilerdensi: qui tamen, quan
in tomis Conciliorum ad idem concilium uenitur,
quaquā reperiūtur. Non difficile esset plura exem
producere, quæ palàm docerent, in conciliorum
onibus modò aliquid additum, modò aliquid de-
ctum, modò aliquid transpositum uel immutatum.
anta igitur partim diuersitas, partim corruptela, in

exempla-

exemplaribus, ut taceam quòd magnopere derogat cõciliorum & Canonũ autoritati: omnes uehementer impellit, quo libros integros, bonæ fidei, & minimè uitiatos sibi studeant cõparare, necnon cautè singula expendãt, quæ in cõcilijs proponuntur. Firma sanè argumenta ad probandũ si quis ex synodis Ecclesiasticis uelit petere, hunc oportet exemplaria inter se cõferre accuratè, ac sapienter disquirere quibus maximè niti tutum sit: ne aliquãdo audiat, quod episcopos Africanos legatis Romani Pontificis obiecisse paulo antè meminimus. Meo quidẽ iudicio ex re Ecclesiarum fieret, si prudẽtibus ac doctis aliquot hominib. delegaretur, conciliorũ & Canonum recognoscendorũ labor.

Obseruatio III.

Operæprecium est, ut cõcilia uniuersalia à prouincialibus, necnon quæ in eis prodita sunt, distinguãtur. Meritò quidẽ pluris fiet, quod cõstitutũ est in cõcilio aliquo uniuersali, quàm quod cõstitutũ est in prouinciali. Nec uidetur secundũ æquitatẽ iudicare, qui quaslibet adigere obstringereq; uult Ecclesias ad obseruãdam cõstitutionẽ, quæ in alia prouincia, cui eæ Ecclesiæ minimè accensentur, est edita. Certum est, non omnibus omnia, & alij ritus ac ceremoniæ alijs populis conueniunt. Quo qui agrestiores sunt & moribus inconditioribus, eo pluribus ceremonijs atq; seuerare disciplina egere, nullus dubitat. Intelligo de his constitutionibus quæ ad σὐταξίαν spectant, & non sunt ubiq; ab omnibus & semper receptæ usurpateq;. Cæterùm cõcilia uniuersalia, quibus omnes Ecclesiæ primum

lum deſerũt, propter doctrinã fidei ſtrenuè defen-
& fideliter explicatã, ſunt hæc quatuor: Nicænũ
mum, ſub Conſtantino Auguſto, aduerſus Arium:
ntinopolitanũ primum contra Macedoniũ, ſub
doſio ſeniore: Epheſinũ primum, ſub Theodoſio
re, in quo cõfutatus eſt Neſtorius: Chalcedonen-
lectũ cõtra Eutychen, principatũ tenente Mar-
Adduntur & nominantur à nonnullis etiã hæc
rſalia: quintum uidelicet & ſextũ, Conſtantino-
anum: ſeptimum, Nicænum: octauum aliud Con-
nopolitanũ: præterea Lateranenſe, Lugdunẽſe,
nenſe, Conſtantienſe, Baſilienſe: quæ omnia enu-
antur tanquam dignißima, in formula iuriſiuran-
e in Concilio Baſilienſi concepta & præſcripta
icunq; pontifici Romano recens electo propo-
ut religioſe iuret, atq; præſtet. Sed nemo igno-
toritatem omniũ poſteriorum conciliorum ue-
nter eſſe labefactatã: ſiue quòd homines quæ an-
ſunt, ea ſolent in primis extollere & commen-
ſiue quòd nequaquam pari modo & æquali ſpi-
rdore omnia in poſterioribus fiant: qua de re
aulo pòſt iterum dicendi locus. Ac ne illa quidẽ
ui quatuor uniuerſalia, eodem ubiq; habentur in
, neq; omnes Chriſtianæ religionis cultores ex
n obligant, in his inquam, quæ non pertinent ad
mata fidei. Etenim obſcurũ non eſt, occidentales
ſias nonnulla auſas reſcindere ac tranſgredi,
ab orientalibus ſancita ſunt, etiam in illis conci-
niuerſalibus. Quod, exempli cauſa, comprobatur

decreto

decreto illo à Latinis contẽpto & mutato, quod in Synodo Nicæna de coniugio uel cœlibatu libero relinquẽdo ministris Ecclesiæ fuerat euulgatũ. Et quædam Synodi Chalcedonẽsis acta improbata esse à Gelasio, ex ipsius epistolis liquidò constat. Possent alia quoq; decreta ex ijsdem cõcilijs proferri, quæ à posteris uel studio uel negligentia uidentur obliterata, aut etiam à Synodis insecutis sunt mutata, uel abrogata.

Obseruatio IIII.

Quod deinde ad prouincialia cõcilia attinet, qui de ijs uolet rectè iudicare, seorsum considerabit, quæ celebrata sunt in Oriẽte, quæq; celebrata sunt in Occidente. Quãtopere aũt referat hoc discrimen notari, est à nobis, ubi de historijs agebamus, expositum.

Obseruatio V.

Non minore cura conuenit in omnibus concilijs decreta de rebus ciuilibus, à decretis simpliciter ad Ecclesias pertinentibus separare. Quod de lectione historiarum etiam attigimus. Ac licet sanè obseruare, in nonnullis concilijs quædam proposita per episcopos, quæ perspicuè ad πολιτείαν, aut ad ciuilem magistratum referenda sunt. In quo genere sunt, admonitiones de officio Principum ac iudicum: item Canones plerique de formis iudiciorum, de mancipijs, de seruis, de testamentis, & similibus. In Concilio Toletano 3, Canone 17 præcipitur, ut Episcopi & sacerdotes cum iudicibus inquirãt in eos, qui filios suos, pertæsi eos educare, necabant, aut uendebant. In Concilio Toletano quinto, de his capitibus quædam sancita legimus

...mus: De custodia salutis regum, & defensione ...is præsentium principũ: De reprobatione per... ...rum, quæ regnum adipisci prohibentur: De his ...sibi blandiuntur spe regni, rege adhuc superstite: ...regum fideles, à successoribus regum, rerum iure ...fraudentur, pro seruitutis mercede. Præterea in ...tano sexto: De confugientibus ad hostes, & dam... ...inferentibus patriæ: De honore, qui debetur ...atibus Palatij: & quædam alia, repetita ferè ex ...cilio præcedenti. Alia alibi occurrunt.

Obseruatio VI.

...am ex his quæ planè agnoscuntur Ecclesiastica, ...uersatur in explicatione dogmatũ, pars in ordi... ...is ijs quæ ad ædificationẽ & decorum siue εὐτα... ...faciũt. Hæc uerò sic disiungi uolũt, ut separatim ...ri debeant, quæ præscripta sunt omnibus creden... ...cõmuniter, separatim item quæ conueniunt cer... ...minũ generi. Et rursus, quæ accommodata sunt ...sijs & populis Orientalibus, secerni oportet ab ...quæ præfixa sunt occidentalibus. Quid multa? ...am partem eorum quæ obseruãda admonuimus ...ctione historiarũ, opportunè repetent memoria, ...us propositum est conciliorũ syluas perlustrare. ...circa satis fuerit in præsenti, semel hortari om... ...ut in examinãdis conciliorũ capitib. singulis, sum... ...cura expendant omnes circunstãtias, atq; pro cir... ...stantiarum ratione iudicium certum forment. ...de re Gratianus Distinct. 29. ex Isidoro regulã ...scripsit: Sciendum est, inquit, quòd pleraq; capitu-

la, ex

la, ex causa, ex persona, ex loco, ex tẽpore cõsiderãda sunt: quorũ modi qa medullitùs nõ indagãtur, in erroris labyrinthũ nõnulli impingũt, quòd antè iudicent, quàm intelligãt: antè inculpant, quàm iterando lecta perquirantur. Sed de his iterũ, & plenius, ubi ad decretum ipsius Gratiani peruentum fuerit.

Obseruatio VII.

Commodùm admonet circunstantiarũ mentio, ut hanc quoq; obseruationẽ adijciã. Si quæ cõcilia in manus ueniũt, in quibus referuntur ex ordine suffragia eorũ qui interfuerũt, atq; rogati sunt sentẽtias dicere: quemadmodũ uidere licet in concilio Carthaginensi, cui interfuit B. Cyprianus: in alio item Carthaginensi, quod celebratum est ætate Syluestri pontificis, atq; à quibusdã primum nominatur: præterea in sexto Carthaginensi: ad hæc, in Nicæno secundo, ubi de statuis & picturis actum est: in Basiliensi, quemadmodum id descriptũ est ab Aenea Syluio: & in quibusdã alijs cõcilijs: minimè mirum, si, ubi liberas decet esse linguas, cõperiantur quidam admodum diuersa pronunciasse. Vbi uerò diuersitas ista auditur, præstabilius est appendi ac librari suffragia, quàm numerari. Quod facilè fiet, si infixum impressumq; animis nostris semper hæreat: considerandum in primis esse, non quid homines multi, & sancti, & sapientes, sed quid ueritas, quæ sola omnibus anteponi hominibus meretur, ratum haberi postulet. Quò pertinet, quod in confessione fidei, quam à Iustiniano Imperatore missam ad Romanæ Ecclesiæ pontificem Ioãnem secundũ uolunt, legi-

tur.

Oportet etiam illud attendere, eos qui ueritatem
ſcrutantur, quòd forſitan in cõcilijs quædam à cer
is conuenientibus dicuntur aut per fauorem, aut
contrarietatem (id eſt, odium, ac ſtudium diſſiden
aut per ignorantiã. Nemo autem attendit ea quæ
partem à quibuſdam dicuntur, ſed ſola illa quæ ab
bus cõmuni cõſenſu definiuntur. Si enim aliquis
erũ attendere eiuſmodi cõtrarietates, unaquæq;
dus inuenietur ſemetipſam deſtruere. Hæc ibi.

recte quidem illud, de multitudine cõſentiente:
men hæc à Chriſto, qui eſt uia & ueritas, quiq;
per remittit in dubijs negocijs ad legem & pro-
as, hoc eſt, ad ſcriptũ Dei uerbũ, nõ aberrauerit.

Obſeruatio VIII.

Et his uerò ſequitur, pijs non fore religionem, ſy-
partem aliquam probare, partem uerò impro-
Neq; enim neceſſum eſt, protinus omnia quæ in
do quapiam ſunt definita ac publicata, haberi ra
omnibus. Sit amicus Socrates, amicus Plato, ſed
is amica ueritas. Regula illa Apoſtolica, de cœlo
, manere immota debet: Omnia probate, &
bonum eſt tenete. 1. Theſſ. 5. De qua regula extat
ctum & non indoctum ſcriptum Gelaſij papæ, in
reprehendit quædã acta Vniuerſalis ſynodi Chal
neſis, habitæ ſub principe Martiano: ac pluribus
metis euincit, quòd, ſiue cõcilia, ſiue ſcripta quæ-
offerantur dijudicanda, crebrò ea ex parte reci
ex parte uerò reijci debere, ipſa declaret æquitas,
id porrò bonum ſit, retinendumq;, non aliunde

euidentius uel certius, quàm de tribunali Spiritus sancti, hoc est, sacra scriptura accipietur. Spiritus sanctus scripturam sacram nobis dedit, quam ueluti supremã legem ac sententiam, ut in foro loquuntur iurisperiti, definitiuam, audire nos oportet.

Obseruatio IX.

Plerunque concilium posterius derogat priori: & per id quod in posteriori sancitur, abrogari intelligitur, si quid diuersum in priori fuerat traditum. Interdum quidem uideas in posterioribus concilijs quædã repeti ex concilijs antecedentibus: utrobiq; autem retineri ac probari eandem sententiam. Frequentia huius rei exempla fiunt obuia, præsertim in posterioribus synodis. Interdum uerò ita de eadem re in diuersis concilijs agitur, ut pugnantia prohiberi aut mandari in illis existimentur. Istud igitur ubi fit, sic accipies, ut corrigatur, aut tollatur concilio posteriore, quod cõstitutum fuerat de eadem re in cõcilio priore. Exemplo id declaremus. Ex apostoli Pauli instituto, 1. Timoth. 5. eligebantur uiduæ pauperculæ, & alebantur ab Ecclesia, ad ministerium sanctorum, qui Ecclesijs uerbo Euangelij pascendis indesinenter uacabãt, & quorumcunq; tandem pauperum: quas uiduas nolebant esse minores annis sexaginta. Fortassis etiã paulatim introducta est consuetudo, easdem publice adhibita cæremonia aliqua externa, initiãdi. Cæterum temporis progressu factæ sunt in hac ordinatione quædã mutatiões, haud dubiè propter uitia quæ sensim obrepserunt. In concilio igitur Arausicensi, quod habitum

sub pōtifice Leone primo, canone uigesimo sexto, legimus: Diaconissæ omnimodè non sunt ordinan-si quæ iam sunt, benedictioni quæ populo impen-tur, capita submittant. In concilio autem Chalcedo-nensi uniuersali, actione decimaquinta, canone deci-quinto, præcipitur: Diaconissam non ordinandam annum quadragesimum, & hanc cum summo li-mine. Rursus in concilio Epaunensi, tempore Ge-primi, canone uigesimoprimo: Viduarum conse-tionem, quas Diaconissas uocant, ab omni religio-nostra penitus abrogamus: solùm eis pœnitentiæ be-dictionem, si conuerti ambiunt, imponendo. Item in concilio Aurelianensi secundo, Romanam sedem occu-te Vigilio, can. 16. Fœminæ quæ benedictionē Dia-atus hactenus contra interdicta Canonum accepe-si ad coniugium probantur iterum deuolui, à cō-sione pellantur. Tandem in concilio Vormaciensi ter ætatem Ludouici Pij, filij Caroli magni, repe-r canon ille ex concilio Chalcedonensi, hisce uer-Diaconissam non ordinandā ante annum quadra-simum, & hoc cum summo libramine. Si uerò susci-s manus impositionem, & aliquantū temporis in nisterio permanens, semetipsam tradat nuptijs, gra Dei cōtumeliā faciens, anathematizetur huiusmo cum eo qui eidē copulatur. Vides igitur, uarias san-nes diuersis temporibus de eadem re publicatas? id aūt in tanta uarietate potißimū obseruandū ar-abimur? Certè, cum factā constet mutationē pro-r abusus qui post primā ordinationē sunt exorti,

atq; ij interea temporis neq; longa expectatione, neq; crebris admonitionibus tolli poterant, uel emendari, adhærebimus illis canonibus, qui declarãt, nullas plane amplius diaconissas ueteri more ordinandas benedictione. Sic autem nos statuemus, non solùm quia plures Canones ad hanc inclinant sententiã: uerùm etiam quia, sicut dictũ est, posteriores intelligantur præferre ac derogare prioribus & uetustioribus, & quodammodo corrigere, si peccatũ ullum post primã institutionem inciderit. Iudicare uerò aliter non possumus, quàm posteriora hæc cõcilia permota esse iustis ac grauibus causis, uidelicet ob uitia uel incommoda, tum manifesta, tum occulta, in Diaconissarũ institutoanimaduersa, ad abrogandum quod ab Apostolorum inde seculo, atq; ipsius D. Pauli approbatione, fuerat sanctè & utiliter ordinatũ. Ita namq; operæpretium est, nõ annorũ modò interualla in cõcilijs spectemus, sed etiam causarum & reliquarũ circumstantiarũ habeamus rationem. Quo pacto eius quoq; regulæ assequêris intelligentiam, quæ à Gratiano recitatur Dist. 50. Domino sancto. Quotiescunq;, inquit, in gestis conciliorum discors inuenitur sententia, illius concilij sententia magis teneatur, cuius antiquior & potior est autoritas. Rectè quidem id dictũ est, nõ tamen simpliciter & absq; cautione intelligetur: quandoquidem potior uel antiquior autoritas non ex numero annorum, sed ex causis, locis, cæterisq; circumstãtijs expendi debet. Quamobrẽ libet hic adijcere, quòd quamcunq; conciliorum diuersæ de eodẽ negotio sententiæ

propo-

ponuntur æstimandæ, meritò etiã distinctio adhi-
itur, atq; inquiretur: utrum diuersitas siue muta-
facta sit in dogmate aliquo, an in institutione atq;
ξιαι. Quòd si dissensio in diuersis concilijs fuerit
dogmate, nõ perinde facile est cõciliationẽ uel in-
retationem, qua cõsistere diuersa dogmata simul
nt, inuenire. Veritatis sententia nõ potest nisi in
partem propendêre. Quodq; dogma semel ue-
est, necessariò semper uerum est, neq; mutationẽ
ittit. Quare ex duobus concilijs habitis Cartha-
in quorũ priore definitum fuit, hæreticos uenien
d Ecclesiã orthodoxã, esse rebaptizãdos: in poste
uerò definitũ fuit cõtrarium: tantùm alterũ, ui-
cet posterius, ratum habetur, quippe ueritate uer
Dei subnixũ: nullo aũt modo possunt simul cõsiste-
ut cõciliari. Celebratũ est similiter cõcilium Ni-
m, in quo ex scripturis demonstratũ est, filiũ esse
per omnia æqualem & cõsubstantialem. Postea
plura quàm decẽ alia sunt celebrata ab Arianis,
serendam sententiã contrariam: sed frustra. Non
ualuerũt ista, quamuis posteriora, illud prius Ni
m euertere: imò uerò hæc iterum per alia poste-
sunt sæpius damnata, & solum primũ Nicænum
litũ. Neq; est quòd de his tam multis cõcilijs, quo-
de dogmate pugnãt, cõciliandis, quisquam cogi-
Quòd si aũt in cõcilijs, quorũ unũ derogat alteri,
nsio fuerit propter institutionem seu σύταξίαν,
tiquam præclusa est conciliationis uia. Si nanq; ex
parte attentè considerentur causæ ac circumstan

tiæ, ob quas aliquid cõstitutum fuit in cõcilio priore rursusq; ex altera parte considerentur causæ & circumstantiæ, ob quas de eodẽ negotio facta est mutatio uel abrogatio in concilio posteriore: omnib. his inquãritè examinatis, cõciliatio ipsa sese prodit: atq; æquum esse quod in utroq; cõcilio est sancitum, procliue erit demõstrare. Ergo quòd initiò ordinabãtur in Ecclesijs Diaconissæ, quæ Euangelij præconib. et ægrotis ac quibusuis pauperib. ministrarent: si causæ & circumstantiæ expendãtur, multa laude dignißimũ institutũ fuisse deprehẽdetur. Vicißim aũt si causæ & circumstantiæ ponderẽtur, quæ excitarũt episcopos ad tollendam de medio totã Diaconissarũ functionẽ, liquebit etiã rectè eos ac sapiẽter fecisse. Valẽt igitur & consistunt cõciliorũ, quamuis dißidentiũ, sentẽtiæ. Ad eundem uerò modum serpẽs æneus diuino iussu olim fuit, propter utiles & necessarias causas, fabrefactus: sed idem postea iustis de causis (adolebãt namq;, & diuinis honorib. colebãt eum Iudæi) iussu regis Ezechiæ, nec dubiũ quin approbãte Deo, est attritus. 2. Reg. 18. Et in Ecclesia Corinthiaca Apostolus conuiuiũ longo tempore in sacro cœtu, cum perageretur cœna Dominica, usurpatũ, uetuit deinceps celebrari. 1. Corinth. 11. Deq; hac autoritate Ecclesiæ, & mutationis causis, præsertim in rebus medijs, & ad institutionẽ pertinentibus, nõnihil obiter Gratianus Dist. 63. statim post Canonẽ, Quia sancta Romana. Ergo disquisitione et prudentia quadam opus est, quo aptè decernas: quomodo unus canõ, uel unũ conciliũ alteri deroget: & quõ uel

quousq;

...sq; unum conciliũ intelligatur alteri contrariũ.

Obseruatio X.

Postremi tẽporis cõcilia minus obtinere autorita-
...stimãtur, q̃ illa superioris & purioris ætatis. Ve
...quidẽ est, & negari nõ potest, Spiritũ sanctũ Ec
...am Dei nõ facilè deserere. Sed fateri rursus opor-
...erũ quoq; esse, quòd Spiritus sanctus nõ sit certo
...nũ cœtui alligatus: quippe qui liberè, ubi, quan-
...t quantum uult, spirat. Ioan. 3. Itaq; notæ quædam
...inde eminẽt, quæ fidẽ facere aliquo modo uiden
...llũ efficacius & uberius suas exeruisse uires in cõ
...ueteribus, q̃ in recentib. Si causas indicendorũ cõ
...orum spectamus, fuerunt uetusta cõcilia indicta, ut
...iretur de controuersijs enatis in doctrina fidei,
...præcipuis capitibus religionis Christianæ: postre
...cõcilijs plerisq; initia dederũt factiones eorũ qui
...occupanda sede Romana ambitiose contenderunt:
...nadmodũ legimus interdum in uno concilio duos
...ue qui pontificatũ sibi uendicabant deiectos, atq;
...m aliquem declaratũ legitimũ pontificem. Vt nõ
...quòd quo tempore hi inter se dissentiebant, unus
...lium ausus est cogere aduersus alium, atq; circiter
...tempus plura cõciliabula diuersis locis referun-
...habita. Si personas atq; animos eorũ qui ad conci-
...undequaq; cõfluxerunt, libet explorare: in priscis
...cilijs uidisses plurimos sanctos confessores propter
...ligionẽ grauia perpessos, plurimos incredibili ζήλῳ
...feruore ampliãdæ gloriæ Dei, ædificãdæq; Ecclesiæ
...signes: neq; ullus q modò cuperet aliqd ad publicã

utilitatem proponere, excludebatur: in postremis aũt concilijs, maxima pars collecta fuit ex cœtu inflatorũ ac delicatorũ hominum, sua magis quàm quæ sunt pastoris Christi & electi gregis eius quærentiũ: hisq; similis, si Deo placet, locus datus est. si quis interea significationẽ dabat, se toto pectore intendere uelle ad promouendam sincerã pietatem: is inuenta occasione aliqua, citò est extrusus. Vnde etiam effectũ est, ut ubi in priscis illis concilijs libera relinquebantur consilia ac iudicia, & ponderatæ sunt potius sententiæ quàm numeratæ: in posterioribus pleraq; cõtraria extiterunt. Si ad materiam conciliorũ inspiciendã progredimur, in priscis inueniemus discussa negotia de Trinitate, de utraque filij Dei, Iesu Christi natura, alijsq; primarijs dogmatibus fidei: sunt item editi canones ad conseruationem Ecclesiarũ utilissimi, et cum primis necessarijs: in postremis rarò de dogmatibus, aut si de ijs usquã, frigidiusculè tamẽ & inuolutè: tum si de corrigendis Ecclesiasticorum uitijs, tantùm de minutioribus est leuiter aliquid tentatum: quæ uerò maximè egebãt animaduersione, sunt dissimulata. Postremò, si de exitu cõciliorum fiat inquisitio, prisca plurimùm dissensionibus de doctrina lætum finem imposuerunt, remedia idonea sopiendis litibus demonstrarũt, partes pacatas quoad fieri potuit dimiserunt: quæ pro Ecclesiarũ gubernatione fuerant euulgata, exequi ea præsules studuerũt, ac tanta quidẽ fide et uigilãtia, ut ad hæc usq; tempora magnas commoditates Ecclesiæ multæ pepiant. At uerò concilia patrum nostrorũ memoria & pau-

...lo antè habita, sic ferè omnia sunt soluta, ut Eccle-
...ab Ecclesijs, ciſalpini à tranſalpinis, populi à popu
...diſſentiētes abſceſſerint: diſſenſiones aūt hæ in cau-
...cere, ut decreta quæcunq; ab omnib. negligerētur,
...impunè cōtemnerentur, & oppugnarētur. Et ne
...ra addā, in hac extrema mundi ſenecta, ac uerius
...rio, Eccleſia cōcilijs abundauit, unū conciliū pepe
...aliud cōciliū: tandemq; ſicut uipera à proprio ne-
...r partu, ita profectò unū conciliū ab alio eſt de-
...atq; ex multis cōciliabulis exiguus aut planè nul
...fructus ad orbē Chriſtianū redire uiſus eſt. Quib.
...rebus ante annos centū grauiter queſtus eſt Iulia-
...Cardinalis ſancti Angeli, ſcribens ad Papam Euge
...m, cum de diſſipādo cōcilio Baſilienſi deliberatio-
...ſciperētur. Intelligo aūt cōcilia poſteriora, quæ
...dicet à Pontificibus imperia & regna perturban
...ſchiſmata inducētibus, & ſeriā Eccleſiarū refor
...tionē declinantibus: ac magis inſuper in odiū prin
...um uel cōpetitorum, quàm promouēdæ religionis
...ſunt coacta. Qualia certè ſub Hildebrando, aliàs
...gorio ſeptimo, & deinceps trecentis annis proxi-
...nō pauca cōſtat habita. Placuit autē admonitionē
...ſubijcere, quo in ijs legendis & cenſendis, quæ
...dò extant (nam nonnulla more umbrarum ſubitò
...parentium ac diſparentium, iamdudū euanuerunt)
...mines ſcirent, ſibi cautè progrediendum.

Obſeruatio XI.

Vt tandem dicendi de conciliorum lectione finem
...iam, per ſingula concilia quæ legis, diligenter ad-

uerte: num usquam permixti sint canones ulli, præsen-
ti Ecclesiarum statui conuenientes: & utrum nunc in
usu adhuc sint: aut si non sunt, an transferri ad res nos-
tras conduceret: tum quomodo id fieri absq; piorum
offensione posset. Id denique caput est, si quid ad intelli-
gendos ueterum scriptorum cõmentarios (cuiusmodi
sanè permulta in uoluminibus Conciliorũ aspersa es-
se, nemo sanus ibit inficias) si quid utile ad docendum
in Ecclesia, uel in schola: si quid aptum consultationi-
bus de uarijs negotijs Ecclesiasticis: postremò, si quid
ad danda consilia his qui nos adeunt, petuntq; institui, accõmodatum, inter legendũ incideritue erit mu-
neris applicare ad sacræ scripturæ lineam, ac deinde
negotijs oblatis, quatenus licet atq; expedit, sapien-
ter adhibere. Quæ paucis ita monuisse, satis esto.

DE PONTIFICVM RESPON-sis. Cap. IIII.

LIbet porrò obseruationibus ad lectionẽ concilio-
rũ cõparatis, suggerere nõnullas de responsis Pontificum. Quemadmodũ uerò olim Augu-
sti principes, Prætores, & magni nominis iurisconsul-
ti rogabãtur, ut de controuersijs & quæstionibus ob-
scuris ac difficilibus in foro exortis, certa ferrent scri-
pto sententiam: ex qualibus rescriptis uidemus uniuer-
sum propè ius ciuile compactum: ita seculis multis re-
trò receptũ fuit, ut pastores, collegia clericorum, epi-
scopi, si quando non habebant quod tanquam uolun-
tati diuinæ consentaneum de rebus in Ecclesia propo-
sitis pronunciarent: consultissimum censerent, ad su-
periores,

riores,uel doctiores aliquos pontifices, in Oriente
idem frequenter ad Alexãdrinos uel Constantino-
litanos,in Occidẽte uerò ad Romanos referre, at-
que consilium siue iudicium eorundẽ de negotijs ob-
ire expectare. Quæ igitur Põtifices,præcipueq; Ro
ni,pro tali occasione de diuersis negotijs responderũt,
idemus diligentius asseruata ac diuulgata: haud
hil quo ijsdem uti possimus, quotiescunq; causarũ
quæstionum similitudo postulauerit.

Obseruatio I.

In omnib.autẽ huiusmodi scriptis,quæ extãt, nota
a primis decet: quomodo alia parata sint ad totã
quã synodũ: alia ad collegiũ alicuius Ecclesiæ, uel
certos ordines ciuitatis: alia ad Episcopũ unũ, uel
ores:alia ad principẽ,uel uirũ quẽpiã celebrẽ, &c.
uerea,alijs disseritur de rebus ad Ecclesiã uniuer-
pertinẽtibus: alijs,de his quæ ad certa lõca,perso
tempora,causas spectãt. Item,in alijs explicantur
gnata: in alijs, institutiones boni ordinis caussa.
lta alia à nobis dicta sunt in præcedẽtibus,quæ hic
ũ esse queãt: sed quia nõ possent sine tædio repeti,
ca prætermittimus. Quæcũq; autem illa sunt,par
ut studiosi rerum Ecclesiasticarum prudenter in
sponsis Pontificum adnotent,distinguantq;.

Obseruatio II.

Sæpenumero autem in his proferuntur aliqua de
canonibus qui antè fuerant conditi, sed nondum for-
per omnes Ecclesias diuulgati, multisq; Ecclesia-
rum præsulibus adhuc ignoti. Aliquoties uerò noua

quædam

quædam traduntur, quæ progressu temporis canonũ obtinuerunt dignitatem, & tanquam à consessu Ecclesiastici concilij profecta, usurpari passim cœpta sunt. Vnde factum, ut Gratianus pleraq; in opus suum transtulerit, animaduertens nimirum recepta, & pondus non exiguum tunc in Ecclesijs habuisse.

Obseruatio III.

Quanquã Gratianus permulta hincinde recitat, ueluti de Pontificũ responsis sumpta, quæ tamẽ in scriptis quæ illorũ Pontificũ nomine adhuc superãt, haud leguntur. Quare necesse est cõcedamus, aut responsa Pontificũ nõnulla intercidisse: aut Gratianũ decepti, dum falso illis adscribit quæ nullo modo possent prosuis agnoscere. Ita Clemẽti pontifici acceptũ fert Gratianus, Dist. 2. canonẽ: Sacerdotũ. Anacleto, 24. q. 7. Laici. & Dist. 93. Iuxta sanctorũ. Higino papæ, 36. q. 10. Si qua mulier. De cõsecrat. dist. 1. Omnes basilicæ. Rursus eadẽ dist. Si motũ. Ibidem: Ligna Ecclesiæ. Et dist. 4. In catechismo. Possent hoc pacto longa serie diuersorũ pontificũ placita ex Gratiani decreto digeri, non descripta in eorundẽ pontificum responsis siue epistolis decretalibus, quæ modò adhuc habẽtur in hominum manibus. Certè duos illos Canones, Omnes basilicæ, & Si motum, qui loquuntur de consecrandis Ecclesijs et altaribus, abs re tribui Higino, uel id argumẽto est, quòd ratio consecrandarum ecclesiarum à Felice primo: usus uerò altarium ad peragendam cœnam Dominicam, à Xysto secundo primùm introductus (testibus Volaterano, Guernero qui emisit Fasciculum temporum,

um, alijsq;) legatur, qui Higinum secuti sunt annos
ntum & uiginti. Si quæ præterea notatu digna exi
ent, paulo antè sunt satis inculcata.

EX LECTIONE DECRETI GRAtiani, quomodo utilitatem queas capere. Cap. V.

TRanseamus nunc ad Ius Canonicum appellatũ, in quo fateri oportet, non pauca de Ecclesiasti gubernatione salutariter esse exposita: omnia autẽ rter & magna sagacitatẽ dijudicanda.

Obseruatio I.

Prodest imitiò scire, Canones diuersis temporibus congestos & euulgatos: quo nimirum, quisquis de ijs Ecclesiasticis, aut ullis omnino negotijs & e- tis ad Ecclesiarum moderatores referri solitis, cer fieri cupiebat, hos libros adiret, atq; iuxta Cano- præscriptum, consilia, factaq; omnia ordinaret. uenio igitur in quorundam, in primis Antonij Sa- lici monumentis, Canones quadam iuris forma & pellatione in publicum emissos, primùm ab Hilario rdo, qui anno 463 ad Romanæ ecclesiæ conscendit digium. Postea uerò anno 609 Isidorus episcopus alensis, in eodem opere labores non pœnitendos mpsit. Dehinc circiter annum 1104, Iuo episco- Catalanensis. Iuonem proximè subsecutus est, eius allor contemporaneus, Hugo. Postremus in eadem erna sudauit Gratianus, sub Eugenio tertio, ad annũ o. atq; primam illam partem iuris Canonici, inscriptam

ptam Decreti nomine, ad Ecclesiarum utilitatem ex-
prompsit. Quod opus ita est mox cum applausu ex-
ceptũ, ut antecessorũ lucubrationes de manibus pu-
latim excusserit. Exactis deinde annis septuaginta,
hoc est, ad annum 1220, Raymundus Barchinonensis,
mandato Gregorij noni, alteram partẽ coacerua-
uit, cui titulus Decretales. Hinc Bonifacius octauus, in Cõ
cilio Lugdunensi, anno 1295, nouum uolumen, sextum
uidelicet Decretaliũ, mundo obtrusit. Clemens quin-
tus superaddidit anno 1308, constitutiones de suo no-
mine nuncupatas Clementinas. Quibus omnib. nouis-
simè, quasi appendicula attexitur, cùm à diuersis Pon
tificibus, at maximè ab Ioanne 22, anno 1320, series
quædam cõstitutionum quas uocant Extrauagantes.
Atq; ita ex necessariorũ & utilium canonum exigua
scaturigine, in uastũ quendam Oceanum uidetur ius
Canonicũ accessione temporis exundasse. Multum au-
tem lucis adfert hæc temporũ, quibus toties editi sunt
canones, digestio, ad rectè iudicandum de mutato Ec-
clesiarum statu, perpetuaq; declinatione in deterius.
Quo progredimur longius, eo offendimus canones
à pietate & sincera religione longius degenerantes:
perinde atq; si mundus ob senium deliràns, ac propè
contabescens, ipsum quoq; mortalium genus impel-
ret ad repuerascẽdum, atq; ad omnia moribundorum
senum instar insipidè peragenda.

Obseruatio II.

Quod ad decretum attinet, omnibus persuasissi-
mum esse debet, Gratianum post alios ita digessis-

Canones

nones, quemadmodũ sentiebat statui ecclesiarũ oc
ntaliũ, atq; tẽporibus quibus uixit, maximè con-
ire. Quamobrẽ de ueteribus institutis quædã ab
s sunt planè prætermissa: nõnulla immutata, deniq;
a aliqua superaddita. Quod ab illo factũ est, quia
is sanctionibus, ac uoluntati Pontificum, qui tunc
bus præerant, sese accõmodare satagebat. Tanta au
n tunc erat caligo atq; corruptela, cùm in cæteris
bus, tum etiam in doctrina, ut inexpiabile scelus du
rent, à sententijs maiori parti, quamuis nõ meliori,
batis, uel latum digitũ discedere. Et quid obsecro
integerrimus quispiã præstitisset aliud, qui in se-
ã incidit, si unquã aliàs, multo exulceratissimũ A-
es ac diuturnæ lites hominũ inter se disceptantium,
q; ad forum quotidie prouocantium, in causa fue-
t, ut iurisprudentia aliquãto magis quàm antè ex-
li in scholis, quãuis incõdita et barbara adhuc ratio
bduis inciperet. Exẽplo ac diligentia iurisconsulto
incitati sunt nonnulli amãtes Theologiæ, ut ad hãc
q; quasi ab inferis reuocandã, manũ admouerent.
successu modico & parum felici res tentata est.
namq; pietatis in speciem studiosi, præsertim in
olis & ambulacris delitescentes monasteriorum,
c prolapsi sunt cæcitatis, ut religionis puppim &
rorã in solis ceremonijs atq; obseruationib. externis
consistere autumarent: istudq; suum placitũ, nunquã
desisterent aliorum pectoribus infigere. Itaq; in ex-
togitãdis nouis, ut uocant, ordinibus multi tunc curio
e occupabantur. Vnde circiter illud tempus exorti

primùm

primùm sunt Cistercienses, Bernardini, Ioannitæ, Hospitalarij, Templarij, Teutonici, Præmonstratenses, pauperes à Lugduno, Gulielmitæ, Gladiati, Humiliati, Cruciferi: omnes inquam hi uocati ordines, intra annos plus minus octoginta tunc eruperũt. Alij uerò nimium audaciter, & quasi frenis laxatis incursionem in Theologiæ campos faciẽtes, atq; subtiliter altercando suam ostentantes, qua sola ualebant, sophisticen, fabricarunt falsa dogmata: ut Tandemus Antuerpianus, in Germania: Petrus Baliardus, & Vualdenses quidã, in Gallia: Arnoldus Brixianus, Abbas Ioachimus, & Præsul quidam Fluentinus, in Italia. Vtrunq; sanè genus hominum plus incommodauit studijs Theologicis utcunq; repullulascentibus, quàm ea promouit: atque illi quidem peccasse uidentur κατ' ὄνειδος, siue ἔλλειψιν, id est, defectum, quando corporalibus exercitationibus operum contenti, ad spiritualem doctrinam fidei nunquam assurgebant: hi uerò κατ' ὑπερβολὴν, id est, excessum, iusto altius cõtendentes euolare. Interea aũt pontifices Romani, contentionibus, schismatibus et funestis bellis, partim aduersus sese mutuo, partim aduersus Reges & Principes gestis, omnia tũc implerũt & cõtaminarũt. Legantur uitæ Paschalis secũdi, Gelasij 2, Calisti 2, Innocentij 2, Cœlestini 2, Lucij 2, Eugenij 3, Adriani 4, Alexãdri 3. Ad tantã rerũ cõfusionẽ aliquo modo tollendã, & teterrima pericula arcenda, uel saltẽ minuẽda, à diuersis indicta sunt diuersa cõcilia, etiãsi parũ aut nihil in eis profectũ sit. Vnũ Florentiæ, propter præsulem Fluentinum: duo Ro-

sub Paschali: aliud iterum sub Calisto: tria item sub
nocentio, primum ad Clarum montem, secundum Pi
tertium Romæ ad Lateranũ: in Gallijs etiã unum,
ra Baliardum: dehinc sub Alexandro rursus unum
Claromõte, aliud in Turonibus, tertium Romæ ha-
m est. Eodem igitur tempore cum aliquot alijs ui
eximijs, B. Bernardo maximè, & Hugone à S. Vi-
re etiam duo uiri emerserunt, cupientes renascen-
& caput paululum attollentibus studijs sacris
ferre suppetias: alter uidelicet Petrus Lombar-
qui tractauit quæ spectant ad dogmata, & Locos
munes uniuersæ Theologiæ: alter Gratianus, qui
git laborem colligendi quæ tradunt gubernatio-
Ecclesiasticam. Et uterq; proculdubio sperauit
rimos fructus ex suis uigilijs ad Ecclesiam Dei,
a æquissimũ est, harum duarũ rerũ, id est, locorũ
nium, & gubernationis Ecclesiasticæ, studiũ assi
proponi & urgeri, emanaturos. Talis igitur cum
esset rerum facies, præsertim in Ecclesia, & qui-
testantibus id multis historiographis: existima-
ne quilibet per se potest, eum qui illa ætate de di-
na ac gubernatione Ecclesiastica restauranda co
bat, necessitate coactũ in multis, propter iniquita-
temporũ & propter tot noua nuperrimorũ con
rũ decreta, à ueteri Ecclesia discedere. Nec reue-
mor cura Gratiano opus Decretorũ aggredienti
bebat, q̃ ei qui amplũ ædificiũ ex materia partim
ri, partim noua, à fundamẽtis ipsis recẽs molitur.
uit aũt ista hoc pacto adnotare: simul, ne quis mi-

retur, si opus Gratiani priscam illam Ecclesiarum dignitatem nulla in parte repræsentat: simul, quo sciat unusquisq; sibi cum iudicio & pia quadam cupiditate inuestigãdi meliora, esse in eodem uersandum. Profectò Gratianum aliquid laude dignum præstitisse fatebitur, quisquis, quàm disiectæ perturbatæq; tunc fuerint res Ecclesiarum, attentè considerauerit.

Obseruatio III.

Sunt autem excerpti Canones in uolumine Decreti ex quatuor potißimũ scriptorũ generibus. atq; alij quidem ex Concilijs & Synodis: alij uerò ex responsis siue epistolis decretalib. Pontificũ: alij deinde ex commentarijs & opusculis sanctorũ Patrum, ut Augustini, Hieronymi, Ambrosij, & similium: alij denique ex historijs ecclesiasticis. Aspergit alicubi nõnulla ex legibus Imperatorijs, sed parcius, & tanquã de peregrina ciuitate potius intromissa, quàm accita. Illis igitur præcipuè utitur & nititur, utpote ex quibus indicabat se solida firmamẽta in causa Ecclesiarũ rectè instituendarũ posse petere. Ac sunt sanè omnia illa scripta eiusmodi, ut si peritus & sapiens accedat artifex, qui fretus & adiutus his quæ primùm ex sacræ scripturæ penetralibus, deinde ex methodo locorũ cõmunium pridẽ hausit, iudiciũ rectũ formare, necnõ quid ubiq; pro fidei ac charitatis modo expediat, discernere queat: is facilè posßit pmulta ad ædificationẽ Ecclesiæ Dei apta seligere, & in chartas relata coagmentare. Siquidẽ ubi quæstio est non de dogmatibus, sed de στάσεσι & reb. medijs seu indifferentibus, & de quibus scriptura

rpura non uidetur certi aliquid definiuisse: ibi má
rum nostrorũ siue sanctorũ hominũ cõsilia & pro-
ciata, item Ecclesiarũ bene institutarũ ad longiſ-
um tempus consensio, pro lege haberi merentur:
rmadmodum grauis autor D. Augustinus epist. 86,
ibes ad Casulanũ, testatur. Admonẽdus interea est,
quis ex hoc opere Gratiani optat fructũ demete-
ut libros illos, siue cõcilia sint, siue pontificum re-
ſa, siue sanctorũ Patrum cõmentarij, siue historiæ
clesiasticæ, ex quibus singula transscripta sunt, quo
ius fieri potest, consulat, suisq; ipse oculis plustret.
autẽ, quo tam ad antecedẽtia quàm ad cõsequentia
ens, quæ nam sit autorum mens & sententia, sine
itatione assequatur. Vsuuenit nonnunquã, præser-
occupatis hominibus, ut quæ truncatim ex alienis
ptis deprompserunt, ubi postea diligentius explo-
cõtigerit, inueniãt eadem parum dextrè accõmo
a institutio: interdum etiam duriter ad eam causam
orta, de qua autori nihil unquã in mentem uenit.
ercirca, quandiu fontes ipsos, unde singula hausta
non datur adire, tamdiu cogimur de scriptorum
untate ac germana sentẽtia dubitare. Ac sumus nos
m parte iurisconsultis feliciores. Libri enim ex
bus Decretum corrasum est, adhuc supersunt: at
ta edicta prætorum, rescripta Augustorũ principũ,
ponsa & commentarij ueterum Iurisconsultorum,
quibus leges ciuiles carptim & quasi frustulatim
ſe sunt, carie & situ sunt absumpti. Quamobrem
ri nõ potest, quin legũ Imperialiũ interpretes, quo-

niam illis monumentis destituũtur, crebrò hallucinentur: & quamlibet assiduè se in truncatis legibus uoluntantes, ueritatem inquirunt, rarissimè tamen eam inueniunt: illis hauddubiè similes, qui in ampla & tenebrosa domo, in qua nunquam antè fuerũt, pedetentim & meticulosè hac illacq; circumeuntes, diligẽter quidem palpant, prætentant, diuinant, eximere tamen ab errore se ipsi non possunt.

Obseruatio IIII.

Sed quàm opportunè cõmonefacimus oẽs de adeundis & inspiciẽdis autorib. ac libris, ex quib. Gratianus sua argumẽta est mutuatus: tam etiam necessariũ est, hanc ne reticeamus cautionẽ, sæpenumero uidelicet à Gratiano turpiter esse erratũ in autorũ & librorum inscriptionibus. Hieronymo adscribit, quod tribuendum erat Augustino, aut alteri cuipiã de meliori nota: ex uno aliquo cõcilio profert canonẽ, qui tamẽ nõ in illo, sed in alio adscriptus uisitur: titulũ facit de epistola decretali alicuius Pontificis, in cuius tamẽ relatis & mãdatis tale nihil legitur. De consecrat. dist. 2. In Christo. inscriptio habet: Ambrosius in epistolã ad Hebræos. Atqui Ambrosius eam epistolam nunquam enarrauit. Tandẽ uerò cõperi, desumpta esse illa uerba ex homilia 17. Ioannis Chrysostomi, in eandẽ epistolam. Item 12. q. 1. ad c. futura. præfigitur nomen Miltiadis. euincunt autem uerba canonis, ibi falso Miltiadis nomẽ usurpari: quandoquidẽ fit in canone mentio donationis Constantini, cuius ætatẽ Miltiades longè anteceßit. Ipsa igitur notatio historiæ, atq; tem-

porum

rum ratio, Gratianũ manifestè redarguit erroris. De adulterinis inscriptionibus cõciliorum & epistolarum pontificalium, superiori capite nonnihil indicauimus. Libet autem, quoniã sese offert occasio, breuiter hic adijcere: nõ modò ex uaria ac multiplici bonorum autorum lectione, atq; ex collatione emendatorum exemplarium, uerùm etiam ex ratione temporum, personarum, aut aliarũ quoq; circunstantiarũ, quæ nonnunquam in aliqua suspecti operis parte uel breuiter exprimuntur, uel attinguntur obliquè, posse iudicium, aut uerius fraudẽ in titulis librorum deprehendi. Etenim aduertimus in opusculis quibusdã quæ Cypriani, Hieronymi, Augustini, aut alterius ueteris theologi nomine circumferũtur, modò memorari nonnullas & appellationes Imperatorum, regum, pontificum: modò uarias res gestas describi, modò sentẽtias sanctorum & doctorũ hominũ recitari, modò tum res, tum locutiones seu phrases usurpari: quæ tamẽ longo interuallo post illorum ueterũ scriptorũ mortem primùm sunt auditæ, gestæ, cognitæ, inuentæ, receptæq;. Quãobrem ni igitur iudicium ex his facere licebit, uolumina illa in quibus res posteriorum temporũ ita proponuntur, nullo modo in eorum esse officinis cusa, quorum in fronte ostentãt præclara nomina? Sed de hac re plenius dicemus in sequẽtibus. Ergo ut ad institutũ reuertamur, quãdo Gratianus, ut ex uarijs scriptorijs probationes suas accumulat, ita subinde autorũ et librorũ cõfundit inscriptiones: uides sanè, quòd lectorem requirit, cùm mediocri iudicio præditũ, tũ minimè

oscitantem. & si quando in grauioribus disputationibus uisum erit firmamenta aliqua ex decretis proferre in medium, non abs re legitimas inscriptiones perueſtigando inquires.

Obseruatio V.

Quod aũt iam diximus de inscriptionib. autorum & librorum, idem intelligi uolumus de præfixis argumentis, quæ aliàs summaria & rubricæ quadã consuetudine appellãtur. Nam ne ex his quidem tutum satis fuerit, generales colligere sententias, nisi Canone quis subiungitur, maximè si is paulo sit prolixior, toto perlecto. Etenim inuenias interdum ex argumẽtis præpositis, alia manifestã cõtinere absurditatem, alia diuersum quiddã à subiecti canonis sentẽtia polliceri. Dist. 34. ad c. Is qui nõ habet. hæc extat rubrica: Qui nõ habet uxorem, loco illius concubinã debet habere. Caterùm Canon sic sonat: Is qui non habet uxorem, & pro uxore cõcubinam habet, à cõmunione nõ repellatur: tamen ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ sit cõiunctione cõtentus. Desumptus uerò est ex cõcilio Toletano primo, in quo locum obtinet decimum septimum. Vides aũt tali argumento siue summario præfixo, nõ solùm nihil exprimi de Canonis mente, ueramẽtiã cuiusuis legẽtis animo statim suggeri nescio quid fœdũ ac detestãdum. Quanq; in hoc quoq; culpandus est Gratianus, quòd canonẽ eum mutilũ, & uelut capite ac cauda præcisis trãscripserit. Auulsit namq; uerba aliqua, tum in initio, tum in fine. In initio q̃dẽ hæc: Si quis habẽs uxorẽ fidelis, cõcubinã habeat, nõ cõmu-

nicet,

ficet. Cæterùm is q non habet, &c. Tum ad finẽ, Aliàs
uis abijciatur, donec desinat, & ad pœnitentiã re-
ceptatur. Neq; uerò est Gratiano insolẽs, capitula de-
cerpta & quasi semilacera hũc in modũ obtrudere.
Expediuisset aũt apponi canonẽ integrũ, deinde titu
lum hac præmitti forma: Qui uxorẽ habens, simul ha
bet cõcubinã, ad cõmunionẽ ne admittitor. Extãt præ
cepta hinc inde argumẽta præposita: Ministros Eccle
siæ debere in castitate & continentia uitã degere. Cæ
terum ex Canonibus subsequẽtibus, tametsi aliqui iu-
dicent inscriptionẽ argumentorũ propriè cõmendãt ca-
stitatem, sobrietatẽ, modestiã, quæ in omni uita requi
untur: tamẽ quidã cõtra significationẽ uerborũ in ti
tulis positorũ, aut apertè interdicũt ministris cõiugio
se detrahendo, aut uxores diu antè ductas iubent repu
diare, aut deniq; uetãt cohabitãtes cõiugali uti cõsue-
tudine. Habes utriusq; generis exẽpla dist. 31. Sed enim
quis nescit, aliud esse castè & cõtinẽter uiuere, aliud
cum uxore & cœlibẽ uiuere: & nõ cõtinuò castè con
tinenterq; uiuere, qui sine uxore est: ac uice uersa, nõ
minus incontinenter & impudicè, qui uxori est copu
latus. Nam si fides danda est actis concilij Nicæni, e-
os in coniugio positi castitatem ritè colunt. Cum e-
nim persuadere quidam niterentur, ut ministris eccle
siarum præciperetur, abstinerent deinceps à consue-
tudine coniugali cum uxoribus, eamq; ob rem castita
tem miris efferrẽt laudibus: procedens in medium Pa-
phnutius confessor, cõtradixit, honorabiles confessus
matrimonium, et castitatẽ esse dicens, concubitum cum pro-

pria cõiuge. Respexit haud dubiè Paphnutius ad locũ epistolæ ad Hebræos cap. 13. Honorabile est inter oẽs cõiugium, & cubile impollutũ. Atq; eandẽ Paphnutij interpretationem Gratianus ipse repetit dist. 31. Nicæna synodus. ex relatione Sozomeni, Tripartitæ historiæ lib. 2. cap. 14. Perspicuum igitur fit, quòd frequenter aliud præeuntes tituli, aliud subsequentes canones sonant. Nonnullos fortè remoratur crebrò recurrens inscriptio nomine Paleæ, & quid ea sibi uelit scire cuent. Super ea re Laurentius Valla (quandoquidem Ioannes Andreæ, autor nuncupatæ glossæ, dist. 5. Cum cenixa, ubi primùm uisitur inscriptio Paleæ, non attingit) in oratione cõtra donationem Constantini: Nonnulli, inquit, eum qui capitula illa adiecit, existimant uocatũ Paleam, uero nomine: uel ideo id nominis usurpasse, quòd quæ de suo adiunxit, ad Gratianum comparata, instar palearũ iuxta frumenta haberi possint. Omnium sanè consensus est, ad quæcunq; capitula Paleæ nomen ponitur, ea non esse Gratiani, sed alterius cuiuspiam rhapsodi: ideoq; autoritatis et ponderis minus habere, ac facilè reijci posse.

Obseruatio VI.

Est sexto loco aliquid in transcursu dicendum de partibus totius operis, adeoq; de docendi ratione, quã Gratianus utitur. Appositè in quatuor partes decretum uniuersum distribuitur. Ac prima quidẽ pars constans uiginti distinctionibus, de Canonum caussis, effectis atq; usu, in genere disserit: quæ ita expom, in mentio frequẽtata docẽdi methodus postulat. Secũda uero parte

nte describit Gratianus ministrorũ Ecclesiasticorũ
uersos ordines atque officia, id est, quales ordinari
piscopi, presbyteri, diaconi, cæteriq; debeant: tũ, quas
aximũ res incumbat his ordinatis curare & præ-
re. Protrahitur à distinctione uicesimaprima ad
esimamprimã usq;. Tertia pars cõplectitur uariã,
quibus, quanta sit Ecclesiasticæ gubernationis mo
dici præcipuè potest. Explicantur nanq; in ea plu
æprimùm de forma iudiciorũ Ecclesiasticorũ, ad
lendas controuersias, quæ inter ministros ipsos, uel
negotijs eorundem exoriuntur: hinc de Ecclesiarũ
ultatibus, seu dispensandis, seu cõseruandis: tum de
ritate disciplinæ ecclesiasticæ, & uaria animad-
sione in eos qui delinquũt: postremò de caussis ma
monialibus. Siquidem ad hæc quatuor capita ordi-
è & expeditè redigi cuncta possunt, quæ triginta
causis discussa cernimus. Apparet uerò nuncupa-
caussas, aut quia permulta interiecta sunt de rebus
ternis ac temporarijs, pro quibus solent homines
d iudices experiri, et caussas agere: aut quia ea do
di forma conspicitur adhibita, quæ ciuilia iudicia
rũ redolet: aut deniq;, quia maxima pars est eo-
negotiorum, quæ nõ priuatim & ab uno aliquo,
publicè & coram senatu atq; cõsessu Ecclesiastico
cie quadam iudiciorũ peragi debeãt. Scire autem
bent omnes qui ad ministerium Ecclesiasticum se
ferre habent in animo, eo diligẽtius sibi esse in hac
rtia parte uersandũ, quo plures graues & utiles in
explicantur quæstiones, de quibus consuli ipsos po

ſtea cõtinget. Quarta & poſtrema pars, inſcripta de Cõſecratione, & quinq; diſtinctionibus abſoluta, conſumitur in explicatione & cõmendatione quarundã ceremoniarũ, partim ſacramẽtaliũ, ut ſic loqui nobis cõcedatur, partim aliarũ. His igitur quatuor partib. uidetur abundè contineri, ac dilucidè demonſtrari, quicquid ad eccleſiaſticã adminiſtrationem cognitu neceſſariũ uel expediens iudicatur. Porrò uniuerſum opus cum in diſtinctiones & cauſſas ſectũ ſit, in diſtinctionibus hac uia Gratianus plurimũ procedit. Præponit initiò ſtatum ſiue generalem ſentẽtiam, ſiue locum cõmunẽ (appelles licet quomodo libuerit) de quo putat ordine dicendũ. Statim accumulat canones ſiue pronunciata, ad cõprobandũ eundem illum ſtatũ idonea. Quibus deniq; ſuccinctã cõcluſionẽ ſubtexit. Aliquãdo uerò congerit canones atq; ſanctorũ patrũ dicta, ratione quadam diſputatoria in utranq; partẽ: ut hinc affirmatio, inde negatio parata conſpiciatur: tandẽ uerò definit, quid ſentire æquũ exiſtimet: ſimulq; argumẽta in contrariã partem paulo antè allata, modeſtè & cũ gratia diluit. Cæterùm in cauſſis hanc formã uideas. Principiò factum aliquod, aut fictum exemplum narrat. Hinc quaſi in membra pro circunſtantiarum diuerſitate id reſoluens, ſi quæ membra uidet pleniore indagatione egere, de ijſdẽ ſingulis ſingulas quæſtiones notat, numeratq;. Inde progreditur ad dicendum plenius de hiſce quæſtionibus, quas rurſus eodem pacto excutit, quo in diſtinctionibus agere eum iam diximus. Videtur ex Ariſtotelicorum phronti-

ſterijs

rijs hæc manasse disserendi ratio: uerùm ab ea non
horrent theologi: libentißimè uerò amplectuntur
iurisconsulti, ceu foro & consultationibus maxi-
accommodatam.

Obseruatio VII.

Vt autẽ propriè & pcipias & interpreteris Gra-
collectanea, proderit memoria repetere, ac sæ-
numero adhibere in cõsilium nõnulla quæ in præ-
ctibus, cum de historijs & cõcilijs agebamus, sunt
bis adnotata. Etenim cũ pleraq; capitula ex ijsdẽ
minimib. sint in decretũ transcripta, opportunè etiã
faciendũ iudiciũ quod reprehensione careat, usur-
buntur quæ suprà de ipsis dicta sunt. Ea autem sunt
usmodi. Distinguere oportet in primis, si quid oc-
rat de Ecclesia uniuersali, ab eo quod refertur de
lesia quapiã particulari. Si quid item de Ecclesia
ticulari proponitur, dispiciẽdum ulterius est, num
entalis ea sit, an occidẽtalis. Ad hæc seiungas neces-
sit, ea quæ ad dogmata, & quæ ad institutionẽ siue
πραξιν pertinẽt. Præterea ex his quæ ad institutio-
faciunt, distingui debẽt, quæ ad oẽs in genere Chri
anos, quæ ue ad certũ hominũ ordinẽ, ueluti ad epi
pos, presbyteros, diaconos, ad agentes pœnitentiã,
cõiugatos, atq; ita deinceps referẽda sunt. Similiter
piciẽdum est, si qd in Ecclesijs nostris sit adhuc usi-
cum, aut ante longũ tempus abolitũ. Quinetiã quæ
pta sunt de cõcilijs, ita discerni cõuenit, ut præpon
are existimẽtur, quæ sancita sunt in cõcilio uniuer-
his quæ sancita sunt in cõcilio aliquo prouinciali.

Sepa-

Separatim insuper cõsiderabuntur, & quæ in cõcilijs orientalibus, & quæ in occidentalib. proposita accõ firmata sunt. Item, quæ ex cõcilijs deprõpta sunt prioris & purioris ætatis, quæ ue ex concilijs posterioribus: tum utrum in cõcilio posteriori mutatũ uel abrogatum sit, quod in priori aliquo decretum ac stabilitum fuerat. Quid multa? Has & similes distinctiones seu notationes quisquis obseruauit, admiculũ haud paruum sentiet, cui ad omnis generis capitula dextrè explicanda innitatur. Eadẽ autẽ opera cõmonefactos omnes uolumus de circunstantijs, omnibusq; quæ his cognata sunt accuratè expendendis: cuius rei Gratianus ipse cùm alibi, tum distin. 29. tempestiuè meminit, quemadmodum superiori capite indicauimus, adscriptis in eam sententiã Isidori episcopi Hispalensis uerbis. Hoc autẽ loco nõ pigebit repetere generale dictũ Gregorij, de omnib. humanis traditionib. accipiendũ, atq; à Gratiano ibidẽ insertum. Regulæ sanctorum Patrum, inquit Gregorius, pro tempore & loco, et persona, & negotio, & instante necessitate traditæ sunt. Voluit nimirũ Gregorius significare, homines in hac fragili & caduca uita nõ posse religionẽ sine aliquibus canonib. de reb. externis ritè excolere: & interim nullos canones ab hominib. posse cõdi, q ad omnia tempora, loca, psonas, negotia sint accõmodati: quin etiam nullos extare canones, quãlibet latè patẽtes, q non admittãt aliquã exceptionẽ: deniq; nullos extare, quorum non sit inquirenda moderata ac mitigans interpretatio, iuxta legis charitatis atque ædificationis modum,

pro

tempore, loco, cæterisq; circunstantijs tempera-
Ac breuiter, sicut pro tẽpore, loco, personis, nego-
necessitate, canones sunt excogitati: ita posse eos-
pro tẽpore, loco, personis, negotijs, necessitate fle-
immutari, prætermitti, uel deniq; aboleri. Age exẽ
aliquot id declaremus. Quod ad tẽpus attinet, o-
ferè canones, qui nõ complectuntur aliquid uer
Dei expressum, aut perpetuò & sine intermissio-
necessariò obseruandũ, tẽporarij dici possunt: idq;
certo tempore sunt editi, rursumq; possunt iusta
sione oblata cũ tempore mutari uel tolli. Sic ca-
es de celebrãdo die Dominico, atq; discendo tunc
uerbo, nõ sunt tẽporarij, neq; mutationẽ admit-
at uerò canones de multis alijs obseruationib. de
isq; institutis ministrorũ Ecclesiæ, & similes, sunt
orarij, & iuxta tẽporis rationẽ explicãdi, Gratia-
ipso distinct. 31 id affirmãte. Atq; experiẽtia quoti
a cõuincit, multos olim in honore habitos & reli
se obseruatos fuisse, quorũ usum nũc perpauci no
t, uidelicet quia tantũ ad tẽpus uires habuerunt.
desset aũt uehemẽter, si ubicunq; occurrunt capi
ex concilijs uel responsis pontificum, statim in-
reretur & adnotaretur, quoto anno illa fuissent
bita, quóue tempore hi pontifices uixissent. Siqui-
annorum animaduersa intercapedine, aliquanto
ocliuius est autoritatẽ ac pondus sententiarum æsti
re. Interdum præferri debent antiquiora concilia:
erdum in posteriori concilio corrigitur, quod ini-
bene cõstitutum cum fuisset, temporis longinqui-
tate

tate est uitiatũ. Et pontifex successor, alterius qui antecessit constitutiones frequẽter interpretatur, emendat, auget, abrogat. Iam quod ad loca attinet, quidam canones apud solos orientales, quidã apud solos occidentales ualent, ut alibi indicauimus. Prætereà quidã in una tantùm prouincia, uel natione: quidã in alia. ut Canon declarãs, eligi & ordinari posse episcopos ante archiepiscopi & primatis exploratã uoluntatem, Hispaniæ tantũ & Galliciæ præscriptus est: itẽ, quòd episcopi Mediolanẽsis & Aquileiensis mutuò sese ordinãt & præficiunt, 24. q. 1. Pudenda. Huc quoq; spectãt in genere omnes canones de certarũ ecclesiarũ priuilegijs. Sunt insuper in diuersis regionibus multa salubriter ordinata, quæ alijs non perinde conueniũt. Viderint ergo num rectè agant, qui canones olim in Sicilia aut Hispania editos, proferũt ad urgendum & cõpellendũ eos qui habitant in Britannia uel Daniæ de quibus etiã dubiũ est, an eiusmodi canonibus unquã cõsenserint. Quasi uerò cõciliũ unius prouinciæ, præscribere posit uniuersæ ecclesiæ. Verisimile est adhiberi quidẽ opportunè exterarũ ecclesiarũ canones, ad suadendũ, & amãter exhortãdum: uerùm ad impellendũ, nõ æquè. Cæterũ de persona ut dicamus, certum est, ætas, institutio, quæq; eius sunt generis, ere brò efficiũt ut ad canonẽ aliquẽ adijciatur exceptio. Cautũ est tã Apostolicis literis, quàm autoritate sanctorum Nicænæ, neophytũ non debere eligi episcopum. 1. Tim. 3. dist. 48. Quoniã multa. Et tamen nemo negat Ambrosium Mediolani, Nectarium Constantinopoli, nondum

...dũ baptizatos, ad amplißimarũ ecclesiarũ guber-
...ula electos: quẽadmodũ scriptũ reliquit Ruffinus,
...clesiasticæ historiæ li.11.cap.11 & 21. & de Ambro
...dist.61. Statuimus. Itẽ Canon habet, Viuẽte episco
...dius nõ ordinetur episcopus. Atqui Augustinus, ui
...te Valerio episcopo Hipponẽsi, episcopus Hippo-
...sis est creatus. 7.q.1. Non aũt. rursumq; Eradius, su
...stite Augustino, populi acclamationibus episcopus
...lutatus: quod testãtur acta inter epistolas Augu-
...exposita, epis.110. Quomodo deinde efficiat ne-
...qualitas, ut æquabiles adhiberi interpretationes
...anones necessum sit, solis luce clarius esse uidetur.
...tũ aliquãdo est in cõcilio Gangrẽsi, ne quis ieiu-
...et die Dominico. Id aũt, nõ quòd ieiuniũ non exi-
...quouis die liberũ, & cõmẽdari etiã mereatur: sed
...d Manichæi soliti sunt eum diẽ cum superstitione
...ãtes transigere. Itaq; simul quo uitaretur omnis
...rstitio, simul ne quis Manichæorum sectæ se ad-
...gere crederetur, Ecclesia meritò censuit ieiunium
...diei prohibendum. Plura eius generis exempla
...gerit Gratianus, distinct.30. Quid porrò tribuen
...sit neceßitati, quis ignorat? Propter neceßita-
...conditi sunt canones, quis negat? sed ita conditi
...ut propter neceßitatẽ identidem liceat transgre
...el penitus remouere. Notum est illud omniũ ore
...tum: Neceßitas non habet legẽ. Neceßitas cogit e-
...m sabbatũ uiolare, atq; educere pecudẽ de puteo,
...is ciuitatẽ defendere, hostium profundere sangui
...: neceßitas permittit, ut Dauid uescatur panibus
sacris,

sacris, qui solis parati erãt ministris tabernaculi: Matthæi 12.1. Machab. 2. Lucæ 6. Hæc usum fuit hoc facto delibare. Nunc si quis in disputationibus uel deliberationibus de arduis negotijs argumenta & probatiões proferre ex Decreto uoluerit, prouidè circumspiciet, ubi, quando, & quantum pondus canones singuli habeant ad id perficiendum, quod perficere decretum est. Opus est ingenita, & rerum mediocri usu confirmata prudentia, ut de quibusuis negotijs Ecclesiasticis maturè & exactè quis iudicet.

Obseruatio VIII.

Ex his autem liquere potest, Canonibus quos episcopi cõdiderint, neq; omnes homines, neq; ubiq; neq; semper obstringi. Ac ne intelligi quidẽ potest, aliquos omnino canones, hoc animo, uel ad hunc finem ab illis esse conditos, ut obligentur conscientiæ: si modò cõfitemur, longius non posse eos progredi, quam ad eos usq; limites, quos spiritus sanctus uoce Apostoli circũscripsit. sic namq; diserte Coloss. 2. Ne quis uos, inquit, κρινέτω, id est, iudicet, uel condemnet, ob cibum, aut potum, aut ob partem diei festi, aut nouilunij, aut sabbatorum, &c. Duobus tamẽ casibus grauiter peccat, qui traditiones Episcoporum transgreditur. Alter ubi qui contemptu ministerij ac ministrorum Ecclesiasticorũ istud audent. Aduersus hos sanè diuina haec sententia, ad quam omnes non abs re exhorrescam, pronunciatur: Qui uos spernit, me spernit: qui uos audit, me audit. Alter est, quando inde nascitur fratrum offendiculũ. Matt. 18. Qui offenderit unum ex pusillis

qui in me credunt, expedit ut suspendatur mola asinaria ad collum eius, & demergatur in profundũ maris. Et Rom. 14. Ne posthac alius alium iudicemus: sed hoc potius illud iudicate magis, ne offendiculum ponatur fratri, aut lapsus occasio. Rursus ibidem: Omnia quidem pura, sed malum est homini qui per offendiculũ manducat. Sed nostri instituti non est, caussam hanc in praesenti plenius prosequi.

Obseruatio IX.

Est porrò adhuc alia quadam ex parte lectio Gratiani admodũ fructuosa. Non extãt canones, qui aptari queãt generatim omnib. Ecclesijs, uel negotijs oblatis: potest fieri, ut in uno uolumine omnes quæstiones quas quotidie nouas nasci contingit, explicentur. Sed ex Gratiano cõmunem quandã formulã discere possumus, appositè respondendi de uarijs quæstionibus quas ipse non attigit. Etenim quotiescunq; caussa aut quæstio aliqua proponitur à Gratiano præterea consiliũ est, statim inquiramus, utrũ ipse alicubi tractet aliquã, quæ cum præsenti similitudinẽ in circumstantijs uel ullis omnino membris habeat. Vix aũt potest fieri, quin talis aliqua tandẽ inueniatur, in tanta quæstionũ & capitũ frequẽtia. Quemadmodũ igitur aduertis, hanc ab illo explanatã: ad eundẽ ferè modum scias tibi quoq; esse discutiendã quæstionẽ recens proposità. Vbi diligẽs fit negociorũ collatio, expeditè inuenit certa & apta responsio excogitari. Addamus unum & perspicuum exemplum. Minister quidã Ecclesiæ compertum habet sibi strui à quibusdam ad-

uersarijs insidijs: quærit igitur, utrum posit rem deferre ad magistratũ politicũ, atq; hostes suos accusare? Arbitraretur aũt aliquis, nõ posse eum accusatoris personã suscipere: tum quia Ecclesiæ minister est, qui deccbat præ cæteris iniuriã dißimulare, atq; à uindicta expetenda abhorrere: tum quia periculum est, ne accusati durius à magistratu mulctentur, ac forsitan luant corpore, unde accusator tunc etiã grauioris mali causſam dediſſe ac reus factus uideretur. Cæterum quando uarias hinc inde quæstiones in decreto euoluo, tandẽ incidit in manus 23. quæst. 3. canon ex Augustino transcriptus, qui sic habet: Maximianus episcopus Vagiensis auxiliũ petijt ab imperatore Christiano, cõtra hostes ecclesiæ, nõ tam sui ulciscendi causſa, q̃ tuendæ ecclesiæ sibi creditæ. Quòd si præterm iſſet, nõ eius fuiſſet laudanda patientia, sed negligentia meritò culpanda. Neq; enim apostolus Paulus uitæ suæ transitoriæ, sed ecclesiæ Dei cõsuluit, quando cõtra illos qui eum occidere cõspirauerãt, consiliũ eorum ut Trib uno proderetur effecit: unde factum est, ut eum ad locum quò fuerat perducẽdus, deduceret miles armatus, ne illorum patêret insidijs. In quo canone atq; Pauli apostoli facto, cum diligenter exploro & confero singula, magnã aduerto similitudinẽ cum quæstione oblata. Quamobrẽ nullus dubitarim pronunciare, obesſe nihil, quo minus minister Ecclesiæ magistratui denũciet, esſe qui uitæ suæ insidiantur: itaq; petere se, ut magistratus pro officio & sapiẽtia sua tantum periculũ in tempore auertat. Et quãuis magistra-

tus

illos postea aliquãto seuerius puniret: tamen mini-
stro ecclesiastico qui aliud non petiuerit q̃ prohiberi
dum, crimini dari id nõ posset. Excutitur aũt quæ-
tio hæc in glossa ad eundẽ canonẽ. Patrocinatur insu-
per alius canon 23. q. 5. De occidẽdis. Verum quidẽ est,
negotia ad singulas propè horas incidũt noua & in-
ita, canones uerò sunt finiti: sed interim tales hi exi-
stunt, ut semper quædam cõmunia principia sanæ do-
trinæ, utiliumq; cõsiliorum in eis eluceãt, ex quibus
tas rationes infinitis negotijs congruentes elicere,
ctæ naris & iusti æquiq; sitiens inquisitor queat.
quid, obsecro, facerent iurisconsulti, si nõ esset ipsis
hæc patefacta: qua ex finitis legib. uniuersalib. in
ciuili cõgestis, consilia atq; sententias de infinitis
gotijs particularib. cõquirerent? Cæterùm siue of-
das apud Gratianum quæstionẽ oblatæ quæstioni
parte similẽ, siue nõ offendas: semel cõstitutum sit,
emadmodum in dogmatib. dijudicandis secundum
rmam fidei, ita in his quæ pertinent ad bonum or-
em in Ecclesia, secundum normam charitatis defi-
ri: in cunctis uerò simul, sacram scripturam ac bo-
Dei uoluntatem ante oculos ponere, ne iustã re-
hensionem incurramus. Timorem atq; reuerentiã
i, cum timore & reuerẽtia legum & canonum hu-
norum coniungi oportet.

Obseruatio X.

Non pauca sunt in decreto Gratiani relata, quorũ
sus nunc uix cognoscitur: attamen si quando de Ec-
lesiastico σύταξίᾳ sarcienda ageretur, non abs re

reuocare,atq; ad præsentem ecclesiarũ statum corrigendum aptare studeremus. Multa quoq; præcipuè in causis tertiæ partis extãt,quæ ad cõsilia de rebus involutis & ambiguis danda,momentũ nõ mediocre afferunt. Quædam,in primis uerò illa in quibus imago ueteris ecclesiæ depingitur, adiumento erunt volentibus sanctorũ patrum cõmentarios euoluere. Aliqua deniq; cõparata ad docendũ publicè in ecclesia uel in schola,erui queant. Quæcunq; igitur ad hos fines conducibilia in Gratiano legis,huc cogitatio & cura omnis tendat,nota quadã ut insignias,atq; uel chartis uel memoriæ thesauro cõmendes,unde possis,quandocunque postulabit necessitas, sine mora,ad Ecclesiarũ publicã ædificationẽ,uel ad priuatã piorũ fratrũ instructionẽ & cõsolationẽ educere & exhibere. Sed opus est hanc ad rem tum diligentia, tum iudicio: illa quidem,ne laboris unquã pertædeat: hoc uerò,ne quis extra discrimẽ infrugifera pro frugiferis temerè colligat. Etenim negari nõ potest,Gratianũ, prout ingens fuit illius seculi corruptela & caligo,nõ in literis modò,uerùm etiã in religione,suas habere fæces,et aquas turbidas:de quibus si quis incautè & non prægustato pharmaco prophylactico hauserit,grande aliquod periculũ citò incurret. De ritu ordinãdi ministros,ac de eorundẽ officijs quædã frigida,à mente scripturarum & ueteris Ecclesiæ institutis aliena obtrudit. Legatur distinctiones 21.22.23.25. &c. Quibusdam locis Romano pontifici autoritatem ac ius tribuit,quod uetus ecclesia nunquam admisisset, immò nixa Christi & sa-

cræ

re scripturæ sermonibus apertè damnauit: intelligo
de primatu sedis Romanæ, de iure utriusq; gladij, de
potestate plusquàm ciuili in Imperatores, Reges, Prin
cipes, item regna ac ditiones.

Legantur & examinentur capita aliquot dist. 10.
20. 21. 22. 63. 96. 97. 99. &c. Quid? quod multa Gra
tiani placita sunt à scholis, à Theologis atq; Canonistis
reiecta, palàm confutata & explosa? quod ab Anto-
nino Florentino episcopo Summæ parte 4. titulo 11.
cap. 8. diffuse expositũ, licet uidere. Neque libet aut
decet nobis in præsenti hoc ulcus ad uiuum resecare.
Verùm hæ causæ nos permouent, ut nõ alios censeamus
librorum, in quibus comprehenduntur Ecclesiarũ
rationes, lectionẽ admittendos, quàm qui in sacra scri-
ptura & locis communibus Theologiæ fuerint prius
aliquandiu exercitati. Atq; hæc quidem hactenus de
Gratiani Decreto.

AN THEOLOGVS IN DECRETA-
lem, Sextum decretalium, Clemẽtinas, con
ferre operam debeat. Cap. VI.

Dicit nunc aliquis: Quid statuis de Decretali-
bus Raymundi, de Sexto Decretalium, & de
Clementinis? Arbitraris ne Theologiæ candi
datos in his debere studiũ atq; operam multã insume
re? Respõdeo, atq; ingenuè quod sentio profiteor: me
nihil uidere, ob quod is, quem nos ad Theologiam for
tunatũ suscipimus, bonas horas in illis libris euoluen-
das collocet. Rationes plures sunt, quas explicabo: si ta
men prius de tẽpore atq; occasione qua libri ijdẽ sunt

editi, tum de materia in ijsdē cōprehensa, quæ dā premisero. Ita quidem hinc Petrus Lombardus in tractatione locorum cōmunium, inde Gratianus in explicanda gubernatione Ecclesiastica iecerāt fundamenta: si succeßissent alij paribus animis & uiribus laborantes, perfici aliquid ad promouenda studia Theologica, iuuandasq; Ecclesias intra septuaginta annos insecutas, potuisset. Sed quid accidit? Tametsi quidā præstantes uiri niterentur pro uirili studia sacra & res Ecclesiasticas illustrare: successus tamē conatib. illorū minimè respondерunt. Siquidem non ferè alij q̄ pauci monachi Theologiæ studijs inhæserunt, qui eam, cum essent infeliciter in artibus liberalibus & linguis instituti, miserè deformarunt, atq; traditionib. humanis, superuacancarum quæstionū multitudine, Chrysippeis subtilitatibus cōspurcantes, talem tandē reddiderunt, qualem cōspicimus quam nunc Scholastică exosa appellatione nominant. Ex cæteris uerò literatis, rarißimi, ijdemq; languidius, Theologiæ incumbebant: fortaßis quia uidebāt Ecclesiā factionibus, schismatibus, bellis Romanorum pontificum, tum hæresibus aliisq; horrendis offendiculis suprà q̄ dici potest lacerata: maxima uerò pars ad iurisprudentiam, quæ tunc uncunq; efflorescebat, Irnerio, homine Germano in primis, quem lucernam iuris nūncupāt, primusq; glossas ad leges congeßit, & Accursio Florentino, quasi diuinum canentibus, sese cateruatim cōferebant: & his primis, quos fului auri sacra fames semel corripuerat. Cum igitur iurisperiti undiq; plena essent omnia, ca-

pere

mint hi etiam Ecclesiarum gubernationi inhiare. Consecuti quod ambiebãt, nõ de propaganda religionis doctrinã non attigerant, sed tantum de facultatibus retinendis ampliãdisq; fuere soliciti. Vnde per breue effectum est, ut doctrina Euangelij filij Dei quã amplius sonaret in Ecclesijs, atq; concionandi latissima consuetudo prorsus intercideret, solis ue rimonijs et ociosis obseruatiunculis relinquerelocus. Fieri autẽ nõ potuit, quin extincta ad eum dum doctrina, sequerentur mox plura incõmoda gioni & ecclesiæ uniuersæ planè exitialia. Itaq; ta ecclesiarum gubernatores ausi sunt ea tempestate sus functiones precio emere, uendere, & reuenremiro astu etiã abbatias & beneficia, ut loquunnuadere: pro his apud Episcopos, atq; hos plerun sui ordinis, id est, iuris magis quàm sacrarum lite um peritos, cõtendere: lites in longum tempus exere: cõsistoria episcoporum rabulis de medio foro ctis implere: neq; quisquam aliquid assequi, nisi artibus forensib. instructus aduentaret. Quid mul Vendentes & ementes, litigantes, & dolos nectencauponantes & propolæ, Ecclesiam Dei quanta occuparũt, gubernarũt, prophanarũt: atq; ex do Domini, quã orationi oportebat esse destinatam, erunt, sicut Christus ait Matth. 21, spelunca latro-. Non propheta ullus, nõ Christus ipse in impios, illis temporibus non per ostium, sed aliunde in ile Dei irruperunt, satis acriter posset inuehi. Deq; ta hac re questus est ante 130 & amplius annos,

apud Imperatorem Sigiſmundum, & in cõcilio Conſtantienſi, Petrus Aliacenſis cardinalis in libro quem de reformatione Eccleſiæ edidit, ubi cap. 4. obijcit, magna Romanæ curiæ culpa factum, quòd contemptis Theologis paſsim ad functiones Eccleſiaſticas, & antea diu euecti fuiſſent, & tunc adhuc eueherentur iuriſperiti, quos ipſe barritatores uocat, Eccleſiam Dei deſtruentes, & ad extremã pertrahentes ruinam. Habes igitur de tempore, atq; eadẽ opera de occaſione, qua uolumen Decretalium exiuit in manus hominũ. Iam uideamus etiam materiam in eo cõtentam: quam bellè reſpondere tempori illi, & ſtatui Eccleſiæ, comperiemus. Diuiditur uniuerſum opus Decretalium in libros quinq;. Quorum primus non pauca ſtatim exhibet, de autoritate reſpõſorum Pontificalium: de forma eligendi Eccleſiarũ moderatores: de poteſtate atq; officio electorum, & quorundã nouorum ordinũ eccleſiaſticorũ, in primis archidiaconorũ, archipreſbyterorum, primicerij, cuſtodis, uicarij, iudicis delegati, legati, iudicis ordinarij. Secundus omnem cauſſarũ ac iudiciorũ deſcribit ordinẽ, utpote in quo hi tituli: De maioritate & obediẽtia: de treuga & pace: de paſtibus de tranſactionib. de poſtulando: de procuratoribus de ſyndico: de ijs quæ ui metus ue cauſa fiunt: de in integrũ reſtitutione: de alienatione mutãdi iudicij cauſſa facta: de arbitris: de iudicijs: de foro competenti: de libelli oblatiõe: de litis cõteſtatione: de iuramẽto calumniæ: de dilationib. de ferijs forẽſibus: de ordine cognitionũ: de plus petitionib. de cauſſa poſſeſſionis et proprietatis:

rietatis: de restitutione spoliatorũ: de dolo & contu
macia: ut lite pendente nihil innouetur: de sequestra-
tione possessionũ & fructuũ: de cõfessis: de probatio-
nibus: de testibus & attestationibus: de testib. cogẽdis:
de instrumentorũ: de præsumptionibus: de iureiu
rando: de exceptionibus: de præscriptionibus: de sen-
tentia & re iudicata: de appellationibus: de confirma
tione utili uel inutili. Titulos equidẽ tam multos pla-
nè ordine recitare, quo clarissimè perspiceres, nõ Ec
clesiã, sed simpliciter rixosum forũ institui. Neq; enim
ullis quicquã amplius de institutis ueteris Ecclesiæ,
nihil quoq; ex sacra scriptura, nihil ex antiquis histo-
ris, nihil ex sanctorũ patrũ cõmentarijs, nihil ex ue-
terissimorũ Pontificum respõsis: sed noua sunt planè
uniuersa. Siue in res ipsas, siue in phrases, id est locu-
tiones oculos conijcias, iures, ex medio foro ac iure ci-
uili desumptas: & non Theologis uel ministris Eccle-
siarũ, sed solis leguleis & causidicis esse paratas. Atq;
quidẽ farinæ sunt cuncta in hisce libris proposita, ut
ex his unguibus possis leonẽ. Certè Gratiani decretũ
meritò dicas, præ his scorijs purũ putũ esse aurũ. Ve-
rum quidẽ est, nõ ignoramus, iam olim, ab initio uide-
licet diuulgati quoquò uersus Euangelij, suũ Ecclesiæ
esse senatũ: id est, grauissimorũ seniorũ amplissimũ
consessum ac iudicia: quod etiã Tertullianus Apostolo-
rum ætati uicinus testatur, Apologetici cap. 39. Sed ô
Deus bone & immortalis, longè alia negotia, & mul-
tum dispari forma ibi tũ peragebãtur. Nã nunc quidẽ
usq; degenerarũt iudicia ecclesiarũ, ut nullũ pror-

ſus diſciplinæ ac ſeueritatis priſtinæ ſimulacrũ uſquã appareat. Sed quin omiſſa hæc querela, de cæteris pergimus libris dicere? Itaque tertius liber profert mihi quidẽ titulos quoſdã de uita clericorũ, de cœlibatu, et ciuſmodi: quæ uerò ſequũtur omnia, loquũtur de prebẽdis, parochijs, monaſterijs, cenſibus, decimis, poſſeſſionibus, & id genus: de quib. auari homines, quicq; nihil penſi habẽt, iuréne an iniuria, ſacerdotiũ ſacerdotio, decimas decimis copulẽt, lites aucupãtur. Foro enim iã aperto, par erat ſubminiſtrari fœcundã actionũ et ſtrepitus forenſis materiã. Ad finẽ paucula ſubiecta ſunt, ſed tanquã παέργα, de quibuſdã ceremonijs. Quartus liber uerſatur in cauſsis matrimonialibus: ex quibus, dici nõ poteſt quantũ officiales epiſcoporũ & rabulæ ac proclamatores quæſtum faciant. Quinto libro demõſtratur, quomodo qui deliquerũt, accuſari & puniri iudicio Eccleſiæ debeãt: ſiue indicta certa pœnitentiæ forma ac ſatisfactione externa, ſiue excõmunicatione, cuius nũc præter inane nomẽ uix quicquã ſupereſt: ſiue modis alijs. Deniq; quòd nouum iſtud ius Canonicũ, ius ciuile æquet uel ſuperet, annectũtur nõnulla de uerborũ ſignificãtione, de regulis iuris. Hæc ſumma eſt omnium quæ in Decretalibus ordine ſunt cõprehenſa. Vtrunq; porrò opus ſequens, id eſt, tam quod inſcribitur Sextus decretalium, quàm quod circunfertur titulo Clementinarum, ſimili ratione in quinq; libros diſtribuitur: quorum ſingulis nõ alia tractãtur argumenta, quàm quæ iam diximus quinq; libris Decretalium explicari: utpote quæ ſuper-

peraddita sunt, uel quia in prioribus Decretalibus erāt oscitāter prætermissa, uel quòd ampliato iā fo pontificio, usus ipse forēsis digna cōprobabit quæ ppēdicis uice attexerētur. Liquet igitur iam, in qua- rerū explicatione ista librorū congeries & mo- maximè insumatur. His autē cognitis, haud diffici erit edicere, an Theologiæ candidatis incumbat in ē uoluminibus tēporis aliquā portionē consume- Non credo equidē quòd cordatus aliquis, id ut fa- sit suasurus. Rationes sunt in promptu. Primò pa est, longè aliam nunc existere Ecclesiarū faciem, am tum erat, cū Decretales ederentur. Theologica dia plurimis locis præter omnium expectationem credibili quodā modo sunt propagata, illustrataq; rum diuinarū periti non pauci ad Ecclesiarū gu- rnationē prouecti, per quos ueteri more cōcionan iterū in Ecclesias introducto, uerbū Dei purè defæ teq; traditur. Quinetiā superstitiones & ritus su- ruacanei uel inutiles in plerisq; Ecclesijs de medio blati. Veterē insuper disciplinā ecclesiasticā, conan quoad fieri potest alicubi instaurare. In episcopo m autem foro non amplius tantus strepitus, tanta ssarum fœcunditas, tot causidici clientum turba pati: deniq; multa alia olim usitatißima, nunc ne au ntur quidem. Deus nimirum sub finē mundi, ante- am iudicium extremum det in uniuersum genus minum, Ecclesiam suam uult diuersis terrarū spa- ijs, tanquā uirginem prudentē, uigilem, & lampade dente instructā, tempus et horam aduenientis spon

si ex-

ſi expectare atq; obſeruare. Matth. 25. Quando igitur nõ perinde poſſunt Decretales nũc eſſe uſui, atq; olim fuerũt: nõ uideo cur Theologiæ ſtudioſum, qui animũ appulit ad docendũ Euangeliũ in eccleſia, iubeamus inuigilare moleſtè perdiſcẽdis Decretalibus, quib. intelligimus eum minimè egere. Secundò: Si quis contendit omnino neceſſariã eſſe librorũ Decretaliũ cognitionẽ, & crebrò ad cõſilium accerſendos, cum de Eccleſiaſtica gubernatione agitur: uiderit, ne indelebiles æternasq; maculas inurat omnib. longißimi temporis retroacti eccleſijs. Etenim dicere, Eccleſias nõ poſſe ſine Decretalibus ritè adminiſtrari, nõ aliter interpretari poſſumus, quàm ſi ſimpliciter aſſereretur, ueteres Eccleſias nunquam fuiſſe bene inſtitutas. Quo quid ignominioſius, uel etiam abſurdius? Omnibus namq; notißimũ eſt, priſcas Eccleſias tum feliciſſimo fuiſſe in ſtatu, cum paucis canonibus cõtentæ eſſent, & nihildum de tali foro, talibusq; actionib. quales in Decretalibus explicantur, eſſet auditum. Immò tunc quotidie auguſtiores reddebantur, atq; incrementum quantum uerbis nõ poſſet exprimi, capiebant. Teſtantur id omnes hiſtoriæ, omnes ſanctorum patrum lucubrationes, tot cõcilia ante decretales lætis auſpicijs celebrata. Quanto iuſtius queri poſſemus, Decretalibus ſemel inuectis & admißis acceptum nos ferre debere, quòd ueteres canones promouẽdæ ſinceræ pietati uti les ſuperiori ætate fuerint obliterati, ac planè interierint? Itaq; ſi ſapimus, præſtare iudicabimus, ut uetus eccleſiarũ adminiſtrãdarũ forma, quæ fuit laudatiſſi-

ma,

...sicubi adhuc superest retineatur: ubi uerò abolita ...t, reuocetur: quã ut Decretales inducẽdos, & pios ...eologos eorundẽ tædiosa lectione onerãdos censea ...Tertiò: Quid? quòd probabile nõ est, Theologũ ...diu assuetũ sacris libris Prophetarũ & Apostolo... ...item eorũ lucubrationib. qui piè & fideliter ex... ...arunt locos cõmunes, qui libri propriè ad docen... ...in Ecclesia sunt accõmodati, aliquẽ fructũ ex ijs ...reportaturũ, in quibus nihil aut parum potest ...qui. Sunt namq; in Decretalibus tum res, tum uer... ...negotijs forensibus translata: ideoq; Theologo, ...quos diximus libris assueto, peregrina planè & ...ta. Si autẽ qui primum ætatis florem consumpsit ...holis Theologicis, excurrere ad iurgiosa subsellia ...consultorũ, & qui doctor renunciari debuerat a... ...Theologos, nunc infimæ claßis discipulus apud le... ...ios uellet fieri (quod sanè esset, quemadmodum ...uerbio dicitur, à bobus ad asinos) atq; uel solis lo... ...nib. forensib. percipiendis longum tempus insu... ...an nõ id tædiosum & perquàm molestũ, ut non ...in omnem uitam prudendũ foret? Iungere uide... ...quos canib. & mulgere hircos, qui ex Theologo ...cõsummato, meditatur præstantẽ iuriscõsultum ...gere. Nec ita cõueniunt, paribusq; procedũt pas... ...Ecclesia & forum, ut unus idemq; in utroq; stu... ...m genere simul antecellere queat. Quamobrẽ si ...postquã Theologiæ se totum semel addixit, ad... ...ambit laude dignum aliquid perficere in iurispru... ...ia: necesse est Theologiæ, omnium disciplinarum principi,

principi, cũ dedecore & iactura incõparabili nũciũ remittat. Quartò: Ne porrò quis dicat temeritatis inderi ita prorsus reijcere opus Decretaliũ, quod alias à multis cõmẽdatur & prædicatur, qui proculdubio id nõ faceret, si adeò omni fruge esset uacuũ: nec non profectò illud tanquã sterile aridũq; exturbamus, sed tantũ astruimus, Theologo, quẽ nos præparamus ecclesiæ, haud esse necessariũ. Fruatur sanè iurisconsulus, dum sese ad forũ cõponit: quinetiã diu multũq;, & si ita libet, per omnẽ uitã in eo occupetur: credo nanq; permulta inuenturũ haud pœnitẽda, & ad fori cõsuetudinẽ aptata: cæterùm ad Theologiã & ad ecclesiã cõducibile, nihil arbitramur in eo reperiri. Restat igitur, in suo curriculo quisq; se exerceat, intra suæ mẽtis fines maneat: atq; Theologus quidem tractet fideliter uerba Dei, Iurisconsultus uerò uerba hominũ: uterq; autẽ sua studia sedulò excolat, omniq; honore prosequatur. Ergo ut cõcludamus, nemo mirabitur, ac multo minus indignabitur, quòd Theologum, alioqui satis multis occupatũ nõ putemus grauandũ Decretaliũ lectione. Et qui sine intermissione uacat lectioni sacrarũ scripturarũ, iuxta Pauli apostoli præceptũ, 1. Tim. 4. diligẽter quoq; insistit locis communibus: præterea quibusdã selectis libris de gubernatione ecclesiastica, quib. sanè carere nemo in ecclesiastico positus mẽre potest: quæso, an nõ plus satis reuera habet quod agat? et an nõ, quò optimis hisce affigi cõtinẽter liceat, meritò postulet, cura ac molestia legẽdi libros denique nos & non necessarios liberari?

Non

Non possum aũt quin seorsim omnes commonefa
m de libris, qui de causis matrimonialib. separatim
t cõscripti. Quibus igitur in locis corã consessu Ec
siastico caussæ matrimoniales peragũtur, in his sci-
studiosi Theologiæ, libros illos sibi nõ segniter e-
ẽdos: quo si quãdo ab imperitis cõsulantur, respõ
e, & salubria tutaq; cõsilia dare poßint. Quoniã
em multa sunt diuersis temporibus locisq; in hoc
ere mutata, atq; aliter lex Mosaica, aliter leges Im
atoriæ, aliter canones Ecclesiastici de quibusdam
bus pronunciant: quinetiã hac tempestate in qui-
dam regionibus sanctiones nouæ sunt editæ: proui
it unusquisq;, libros eos ut nanciscatur, ac cũ iudi-
perlegat, quos ecclesijs apud quas agit, aduertit
accommodatos: nec non qui sententias continent
bus charitatis ac uoluntati diuinæ, quoad eius fie-
potest, per omnia consentientes.

VOD LEGI OPORTEAT SCRI-
ta Episcoporum, presbyterorum, dia-
conorum, aliorumq; ministrorum
Ecclesiæ officijs.

Cap. VII.

Dolliciti sumus etiã de his libris aliquid dicere,
qui ministrorum ecclesiæ, episcoporũ uidelicet
pastorũ, presbyterorũ, diaconorũ uaria officia, se-
ratim atq; aliquãto diffusius exponũt: itẽq; de illis
quibus ratio dispẽsandi sacramẽta, tũ ritus ac cere-
niæ Ecclesijs usitatæ traduntur. Ad quos libros
m ab historijs Ecclesiasticis, à concilijs & responsis

Ponti fi-

Pontificum, denique à Decreto Gratiani, adeoq; toto iure Canonico descendimus: nõ aliter profectò uidemur adfecti, q̃ qui postquàm emẽsi sunt uastũ ac procellosum pelagus, necnõ Syrtes scopulosq; aliquot fũciter præternauigarũt, optata nunc legũt littora, atq; in portũ appellũt, unde si libet deducũt nauim in latũ ac lætum flumen, ubi tutò remigabitur. Iam enim arbitramur, nos ad desideratũ finem laborũ citò peruenituros. Neq; reuera opus est, de hisce libris qui restant multa adnotari. Eadẽ uerò occasione nos adducimur ad dicendũ de ijs separatim, qua cõstat, sanctos patres permotos ad eosdem separatim cõdendos & euulgandos. Etenim in libris de quibus superiorib. aliquot capitibus sermo est habitus, nequaq̃ cõtinua serie, omnia quorumuis ministrorũ officia, per singulas cuiusq; partes explicãtur: sed tantùm hinc inde sparsim, diuersis locis, de certis quibusdam officijs aliqua admiscentur, atq; ita quidem admiscentur, ut, quomodo solent omnes leges generales, pleniore egeant expositione, quæ demonstret, quomodo ad usum seu praxin debeãt accommodari. Huic igitur incommodo pij & eruditi quidam uiri cupientes mederi, duxerunt se rem gratam & perutilem facturos Ecclesijs, si seorsum commentariolos aliquos digererent, in quibus omnia quæ ad singulorum ministrorum ecclesiæ officia pertinẽt, accuratè & dilucidè partim ex sacris literis, partim ex historijs, concilijs & canonibus comprehenderentur. Ac tales sanè haud paucos nunc extare passim cernimus, alios quidem à ueteribus, alios uerò à recentio-

ribus

ibus doctißimis uiris cõscriptos. Ergo quemadmodũ docendi forma nonnihil à præcedentibus libris discrepant, ac dignißimi planè sunt qui attentè legantur, ernecessarij insuper cunctis qui de rebus Ecclesiasticis cupiunt rectè iudicare: ita meritò de ijsdem separatim uerba facimus. Quod igitur ad hos attinet commentarios, qui ministrorũ officia in Ecclesia Dei explanant, q̃ sit necessarium legi eos & cognosci ab uniuersis Theologiæ candidatis, uel hinc abundè liquet, quod in Concilijs aliquot prouidè editi sunt Canones, quibus omnes qui Ecclesijs præsunt, admonentur, ut illes libros curæ habeant, diligenter euoluãt, & in actionibus Ecclesiasticis sequantur. Siquidem in Concilio Turonensi & Cabilonensi & Remensi, quæ habita sunt Caroli Magni ætate, persanctè mandarunt patres, unicuiq; episcopo & pastori, præter canones, eum nominatim perlegendos & sequendos duos libros Gregorij papæ de Cura pastorali inscriptos. In eorum postremo cõcilio de alijs quoq; libris, qui nõ similia cõplectuntur argumenta, legendis & repetendis, nonnulla salubriter proponuntur, quorũ mentio nunc quoq; haberetur ratio in omnib. Ecclesiasticis synodis & collegijs. Videmus certè in libris sacris, in primis in concionibus prophetarũ, in epistolis paulinis, maximè in utraq; ad Corinthios, utraque ad Timotheũ, illa ad Titũ, præterea in Actis Apostolorũ, utriq; in plerisq; parabolis & præceptis Christi, diuersa officia eorũ q̃ in munere Ecclesiastico sunt posita, scitè admodum, nec minus grauiter describi. Quæ

igitur Spiritus sanctus sic exhibuit & cõmendauit cognoscenda obseruãdaq; quæ deinde ex illis ipsis libris sacris, uel certè ijsdẽ undiq; cõsentanea uiri sancti studiosè collegerũt: piaculũ fuerit, ab hominib. negligi, ijs præsertim ad quos propriè illa spectant, & propter quos speciatim sunt edita. Ac turpe foret, accedere aliquem ad Ecclesiasticã functionẽ, qui quæ se decet facere, ne ex libris quidem, taceo de rerũ usu experientiaq;, didicerit. Sed tempus est, paucula de ratione legendi dijudicandiq; huiusmodi scripta suggeramus.

Obseruatio I.

Illud libet primùm admonere, uarios esse huius ordinis libros: ideoq; alios alijs maiore attentione animi euolui debere. Alij namq; in genere, uniuersim, ac de præcipuis officijs ministrorum Ecclesiæ disserunt: alij uerò certas tantũ partes Ecclesiasticæ functionis seorsum enarrant. Prioris formæ sunt,

Chrysostomi libri sex de sacerdotali dignitate.

Opus Gregorij papæ de cura pastorali.

Bernardi libri quinq; de consideratione ad Eugenium: alij præterea similes, siue à priscis doctoribus, siue à iunioribus elaborati.

Posterioris formæ sunt inscripti nominatim,

De officio Episcopi.

De officio presbyteri, seu senioris.

De officio diaconorum.

De officio catechistæ, lectoris, &c.

De senatu, siue consessu Ecclesiastico, uocant illi consistorium, qualem Episcopi, imò singulæ Eccle-

ut recte monet Ambrosius, enarrans 1. ad Timoth. cap. 3. & 5.) habere aliquem debent.

De synodo quotannis semel, aut potius bis habēda.

De uisitatione ecclesiarum, & quæ in ea facienda.

De administratione facultatum Ecclesiasticarum, eāmq; occasione.

De piochodochijs, xenodochijs, nosocomijs, omnique ratione iuuandorum pauperum: item,

De scholis Ecclesiasticis, & fouendis liberali ingenio clericis, &c.

De uocatiōe, electiōe, præsentatiōe, ut loquūtur, examine, approbatiōe, uel reiectione, ordinatiōe mini

De duplici iurisdictione Ecclesiastica. (strorū.

De officio ac ratione docendi, concionandiq;.

Redargutiones, exhortationes, correctiones prudentes in uiam ijs qui siue in doctrina siue in mo lapsi sunt.

Consolationes ad erigendos confirmandosq; eos, quibuscunq; ex causis infestantur à satana, atq; ad desperationē solicitantur: qui graui aut diuturno mor decumbunt, qui extremo adficiendi sunt supplicio: alijs quoquo pacto afflīguntur: præterea tempore tempore pestis grassantis, belli, cæterarumq; publicarum calamitatum.

De dispensatione & uero usu sacramentorum.

De schola, ac doctrina catecheseos.

De baptismo, omnibusq; adiunctis.

De traditionibus humanis, & uitandis offendicu- in usu rerum mediarum.

De clauibus, seu de potestate ligandi atq; soluendi.

De uera pœnitentia: tum de pœnitētia priuata & publica, ex institutione Ecclesiæ.

De disciplina Ecclesiastica, atq; etiā excōmunicatione, quæ se habet uelut extremum remedium.

De cœna Dominica, & quæ tam in ministrantibus quàm in suscipientibus consideranda.

De præparatione ad mortem.

Admonitiones seu conciones funebres.

Breuiter, sicut ad obeundas multas actiones societati credētium necessarias oportet ministrū Ecclesiæ quouis tempore instructū esse & paratū, ita multi admodum diuersi sunt libri, quibus singulæ actiones traduntur. atq; in alijs quidē elegantius et sincerius, in alijs uerò ineptius frigidiusq;. Tanta igitur cum sit horum librorum uarietas, etiā atq; etiā prouidēdū tibi est, quid singuli promittant, quid ab unoquoq; expectare debeas: maximè uerò, quid tibi speciatim de singulis esse usui queat, pro genere functionis & actionū quas aggredi, uel de quibus rectè iudicare desideras. Quo autem præstantiores in hoc genere scriptores quis nactus fuerit, eo certius subsidiū est habiturus, unde ueras recipiendasq; de quibuscunq; negotijs Ecclesiasticis sententias, quoties opus erit, educat.

Obseruatio II.

Adijcimus uniuersim, tum demū nō mediocri cum fructu oēs huius ordinis libros te perlecturū, cū ante omnia dispicies, quousq; singula quæ in ijsdē dicūtur, subnixa sint fundamento sacrarum literarū: deinde, si quæ

...ae eiusmodi occurrũt, de quibus nihil expressum in ...bris sacris inuenitur, expendes diligenter, an cum le...bus charitatis, qua iubemur tam gloriã Dei, quàm ...dificationẽ & cõmoditatẽ proximi quærere, ac pro...ili promouere, per omnia cõgruãt: postremò, quo...do Ecclesiarũ, apud quas uersari contingit, institu...iam sint accõmodata, uel accõmodari in posterum ...mpus opportunè queant. In his tribus capitib. quis...is oculos mentemq; defixerit, nõ modò quæ ad reti...ndã bonã ordinationẽ, ubi dudum fuerat conserua...uerùm etiam quæ ad introducendã, ubi aut nõ fuit ...tè usurpata, aut sensim est collapsa, cõducunt, pote...t ex optimis quibusq; libris optima seligere ac nota...postea uerò cum res postulabit, ad usum transferet. ...eri aũt nõ potest, quin quæ fructuosè sunt in Eccle...s cõstituta, ad aliquem sacræ scripturæ locũ referri ...è queant, cuius quidẽ loci autoritate illa & fulcian...r, & uoluntati diuinæ nõ repugnare cõprobentur. ...t nanq; sacra scriptura tanq̃ locuples quædam cella ...nuaria, in qua aliæ plurimæ res ad salutẽ nostrã ne...ssariæ, tum etiã omnia præcipua capita doctrinæ de ...bernatione Ecclesiastica, reposita: quinetiam si nõ ...fusè, sed tamẽ succinctè aperteq; exposita inueniun...r. Quamobrẽ necesse est, nõ tam scriptores horũ li...orũ, de quibus nũc nobis est sermo, q̃ lectores ipsos, ...d sacrã scripturã, ueluti ad albũ in scopo præfixum ...erpetuò collimare. Hæc uerò iccirco placuit, breui...r sanè, at ualde seriò inculcare, quò subinde secũ re...tẽt pij, quónã Ecclesiasticæ res paulo ante hãc æta

tem fuerint prolapsæ: & quomodo homines ausi sint relicto fonte aquæ uiuæ, sibi cisternas & putcos fodere, unde lubricæ rationis humanæ figmenta, quæ cum limpido Dei uerbo nihil habent cõmune, hauserũt, ac toti propinarũt terrarũ orbi. In lege Mosaica copiosè descriptũ fuerat omne officiũ sacerdotũ & Leuitarum, & quicquid ad gubernationem Ecclesiasticã diuina sapiẽtia requiri iudicauerat: nõ tamẽ temperare sibi pharisæi & similes potuerũt, quin numerosis & molestis superuacaneisq; traditionib. religionẽ ac templum cõtaminarẽt. Tandem uerò omnib. illis pariter, quippe quæ tantũ temporanea esse debuerint, abrogatis: in nouo Testamento, ipse Christus, & cum alij Apostoli & Euãgelistæ, tum D. Paulus apertissimè enarrarũt officia Episcoporũ, presbyterorũ, diaconorum, cæterorumq; ministrorũ, necnõ Ecclesias laudatissimè ordinarũt. Sed ecce quosdã libros superiorũ. seculis de ijsdẽ rebus editos, si paululũ accipiamus in manus, q̃ multa, obsecro, in ijs legemus (quæ etiamnũ in quibusdam prouincijs apud Episcopos & pastores sunt in usu) quæ si uacaret attentè examinare, deprehenderentur q̃ longissimè ab ijs abesse, quæ Christus, quæ Apostoli & Euangelistæ præscripserũt? Non necesse habemus de re nota multis agere uerbis. Nam quomodo Episcopi & pastores passim munus docẽdi populũ, cõsolandi oppressos, erigẽdi lapsos, corripiendi præfractos, examinãdi ministros ordinãdos, ussitandi ecclesias, indicẽdi annuas Synodos, corrigendi quæ luxata sunt, curã pauperũ, inspectionẽ scholarũ, aliaq;

gemus à se reijciant: interea aũt persuasum habeãt, non persuadere alijs uelint, se perficiendo frigidas quot ceremonias, bellè exequi quod sua interest: nquã nemo ignorat, nisi qui, dum uerum diſsimu re ũ fateri mauult, ignorare se fingit. Breuiter, non re urgemus, quæcunq; de officio miniſtrorũ Eccle sunt literis mandata, ad trutinã uerbi Dei & ad es charitatis appendi. Nam officia miniſtrorũ ubi rectè diſcernuntur, ibi uniuersam Eccleſiæ diſſolui pagem neceſſum est. Porrò si quæ præterea ad re- iudicandũ de hiſce libris requiruntur, talia planè nt, qualia in præcedentibus sumus perſecuti.

E LIBELLIS QVI TRADVNT ritus & ceremonias in Eccleſijs uſitatas. Cap. VIII.

Superest, nonnihil adijciamus de libris, in quibus declaratur ratio diſpensandi sacramenta, tum ri ac ceremoniæ Eccleſijs uſitatæ. Sunt & hi percur ndi, maximè ab his qui aut scire auent ceremonia- m omnium legitimum finem & significationem: ũ functionem Eccleſiaſticã propediem adituri, stu- nt cognoſcere, quomodo miniſterium omne graui- & cum decoro exequi debeant. Extant Liturgiæ uedam à Baſilio, & à Chryſoſtomo (niſi fallit titu-) deſcriptæ. Nonnullæ inſuper ceremoniæ in ſa- mentalibus & quibuſdam alijs actionibus uſurpa- olim ſolitæ, in commentarijs Patrum & hiſtorijs Ec leſiaſticis obiter hinc inde referuntur. Pleniſimè eas roſequitur cœleſtis Hierarchiæ autor Dionyſius.

Pertinent huc quoq; libri hymnorũ & mysteriorum, quos, teste Hieronymo, edidit Hilarius Pictauorũ episcopus. Et si fides habenda est Gennadio, tales libros magno in precio habitos euulgauit Musæus Massiliensis ecclesiæ presbyter. Nec dubium est, quin unaquæq; Ecclesia proprios de tota ea re libros asseruarit, ministris per manus ac ueluti successione hæreditaria tradendos. Liquidò id hinc constat, quòd Honorij primi ætate, id est, anno Christi 630, in Concilio Toletano quarto, Canone uigesimoquinto, sancitum legimus, ut quãdo presbyteri in parochijs ordinãtur, libellũ officialẽ à suo sacerdote accipiant, ut ad Ecclesias sibi deputatas instructi succedãt, ne per ignorantiã etiam in ipsis diuinis sacramẽtis offendãt: ita ut quando uel ad litanias, uel ad concilium uenerint, rationẽ Episcopo reddant, qualiter susceptũ officium celebrent, uel baptizent. Quæ uerba repetuntur Dist. 28. Can. Quando. Sunt etiam quidam conscripti intra annos trecentos, & quidem, ut apparet, maiore diligentia (uocant Rationalia diuinorũ officiorum) sed in quibus multi pij & cordati non pauca desiderant. Extant uerò in quibusdã Ecclesijs dudum reformatis utiliores, & ad doctrinã Apostolicã uenerandamq; antiquitatẽ propius accedentes. Proinde in probandis dijudicandisq; quibuscunq; huiusmodi libris, harum admonitionum quas subijciam decet esse memorem.

Obseruatio I.

Principiò ceremonias à Deo ipso præscriptas, quales sunt quæ propter excellentiam & κατ' αὐτονομασίαν

...ae Sacramenta appellantur, decet sic proponi exer...ciq;, quemadmodum simpliciter sunt ab initio diui...nitus ordinatæ, & libris sacris comprehensæ. Apostolus 1. Cor. 11. non audet aliud in negotio cœnæ Dominicæ tradere, quàm à Domino acceperat. Siquidem Deus quæ ipse semel constituit, non uult ab hominibus corrigi uel immutari: atq; ea sola delectatur cultus ratione, quam ipse designauit. Qua de re perspicuè D. Augustinus, De consensu Euangelistarum lib. 1. cap. 18. Chrysostomus homilia 60, de indignè sumentibus sancta mysteria.

Obseruatio II.

Reliquæ porrò ceremoniæ & traditiones humanæ, quas oportet omnes uel aliquid utiliter docere & significare, uel ad boni ordinis in Ecclesia conseruationem dirigi, æquum est tum paucæ sint, tum faciles: ...ne aut multitudine aut grauitate ac pondere fastidium pariant, atq; à contemplatione rerũ spirituarum animos potius abducãt, quàm ad eam adducant. D. Petrus Act. 15. dicere nõ est ueritus, tale iugum fuisse legis Mosaicæ, in ceremonijs præsertim atq; obseruationibus, quale neq; patres neq; Apostoli ipsi portare potuerunt: ideoq; iniquè facere, ac Deum reuera tentare, quicunq; illud discipulorum imponere ceruicibus conarentur. Ad cuius mentem respiciens D. Augustinus, questus est, sua etiam ætate sic oneratas fuisse quasdã ecclesias, frequentia ac difficultate ceremoniarum traditionumq;, ut Iudæorum conditio propemodum tolerabilior uideretur, quod ad eam rem at-

tinet, quàm Christianorum. Locus extat epistola ultima ad Ianuarium.

Obseruatio III.

Cæterùm nullo modo inter ceremonias censebuntur, quæ apertè uel obliquè pugnãt cum Dei uerbo. Quocirca diligẽter explorãda sunt omnia quæ in illis insunt, uel etiã adiacẽt: & eò usq; inuestigãdo pergere oportet, dũ nulla prorsus in parte, ac ne in specie quidẽ uerbo Dei ueræq; pietati aduersari comperiantur. Non parua aũt hic cautione opus est. Incidũt nãq; obseruationes, quas nullo modo crederes uerbo Dei improbari, sed simpliciter de earũ rerũ esse numero quæ mediæ seu ἀδιαφόρους, id est, indifferentes appellãtur: quia uidelicet uerbo Dei neq; mandatæ sunt, neque prohibitæ, & possunt perinde rectè fieri atq; malè: & tamẽ si quis perlustret undiq;, deprehendet uitiũ aliquod latẽter obrepsisse, ob quod ἀδιαφόρους esse desinũt, & sine peccato usurpari amplius nõ queũt. Ac uarijs sanè modis ritus inquinari cõtingit. Ex parte quidẽ illorũ qui instituũt, uel obseruari mãdant: quãdo nimirũ hi sic eos cõmendãt, quasi ad cultũ Dei pertinẽtes: uel quãdo obstringi cõscientias uolũt religione, urgentq; tanquã ad salutẽ necessarios: æquius laturi, si quis præceptũ Dei, quàm si traditionẽ ipsorũ trãsgrediatur: uel quãdo exterius prætenditur pietas, intus occulitur sordidus quæstus, & turpe lucrũ: uel deniq;, quãdo nulla utili aut necessaria de causa, sed tantũ περιοψιλίας seu potius fastu permoti, ũllos imperãt. Ex parte uerò eorũ qui obseruãt, uitiũ

strahunt ritus: quãdo, qui inculpatè fieri poterãt, nõ
bſeruãtur ea reuerẽtia, eumq; ad finẽ, ad quẽ debe-
nt, ſed cõtemptim, ſeruili metu, frigidè, & pro more
magis quàm pro dignitate, ut nihil aliud efficiantur
quàm mania et propemodũ ridicula ſpectacula: quan
a præterea cũ ſuperſtitione, aut impia ſtultáue opi-
one adiũcta, ueluti de impetrãda per obſeruationẽ
remoniarũ peccatorum remiſſione, et ſimilibus. Po
emò per ſeſe & ſuapte natura redduntur noxiæ ui
ãq; ceremoniæ, ſi ſint nimis multæ, perturbatæq;:
imiũ operoſæ ac difficiles: ſi nihil doceãt, nihil ædi
cẽt, & neq; ad bonũ ordinẽ neq; ad decorũ condu-
ant: ad hæc, ſi uerbo Dei apertè uel obliquè repu-
gẽt, atq; aliquid ſuperſtitionis Iudaicæ aut Ethnicæ
admixtũ contineant. Quæ quidẽ uitia nominatim ex
ripturis redarguere, ſi tẽporis pateretur anguſtia,
difficile nõ eſſet. Quibuſcũq; aũt modis, ſiue iam enu-
meratis, ſiue alijs, cõtingat ceremonias ac ritus infici,
emo quos uel ex parte uitiatos cõpererit, quãtumli-
et magnis cõmendẽtur præconijs, præſumet appro-
re: multo autem minus ſignificationẽ ullam dabit,
uid uelit exercere. Quem nanq; Deus dignatus eſt
ueritatis cognitione, qua præ cæteris poteſt cæ-
remoniarum cernere ac diſcernere corruptelas: nun-
quam ſanè illud eſt facturus, niſi conſcientia moleſtè
admodũ reluctante, & niſi fidem ſuam ipſe ſua teme-
itate euertere ſit paratus. Quicquid nõ fit ex fide,
tranquillaq; conſcientia, peccatũ eſt, inquit Apoſtolus
Roman. 14. Neminem porrò offendere debet, quòd
in di-

in diuersis Ecclesijs diuersæ ceremoniæ in usu habentur. Etenim maxima in hoc genere semper fuit Ecclesiarũ libertas, ex libertate illa spirituali profluẽs, quã Christus dilectæ sponsæ Ecclesiæ sua morte uindicauit. Præterea non conueniunt quæuis quibusuis locis: quippe alia in populosa ciuitate, alia in angusto oppidulo, aut obscuro uico fieri & possunt, & debent. Ad hæc, quædã alicubi retinentur, quia uidelicet nullũ ibi uitium acceßit: alibi uerò eædẽ propter obortũ uitium sunt abolitæ. Nouas insuper introduci, postulat subinde ipsa temporis ritio. Deniq; nullæ unquã ab hominibus eum ad finem sunt conditæ, ut perpetuæ immutabilesq; maneant. Quæ omnia cum sic se habent, dissimilitudinem ceremoniarum in Ecclesijs Dei animaduertens, mirari desines: atq; quicquid fieri hinc inde uides, bonam in partem interpretaberis. Semper autẽ incurrat in memoriam, notißima Christi uox, Regnũ Dei nõ uenit cum obseruatione: Lucæ 17. Et uti Apostolus audet dicere Roman. 14. Regnum Dei nõ est cibus ac potus: ita nos quoq; audebimus addere, Regnũ Dei non est ceremonia ab hominibus excogitata. De eadem libertate ac diuersitate, nonnulla quem admodum alibi quoq; admonuimus, Tripartitæ historiæ lib. 9. cap. 38. In genere autem de ritibus uniuersis consulatur Augustinus epist. 5 ad Marcellinum, 86 ad Casulanum, 118 ac 119 ad Ianuarium. Plura de libris ritũ ac ceremoniarum in præsenti adnotare nihil attinet.

Dixi quòd, ni fallor, satis est, quas ob causas candidatis Theologiæ euoluendi sint libri, quibus continen-

tur

tur Ecclesiarũ πράξεις, quiq; ad gubernationem Ecclesiasticam instituunt: tum quo iudicio et quanta cautione, quo in his unusquisq; cum fructu uersetur, opus sit. Fateor quidẽ, apponi quædam magis illustria potuissent: sed nobis studium fuit ea tantum congerere, quæ cũ primis necessaria existunt, atq; eorum qui primum aggrediuntur hoc genus librorum legere, cæteris conueniunt. Non dubito quin æqui iudices declaraturi sint, me promptæ uoluntatis ad iuuanda studia adolescẽtium, significationem dedisse minimè obscuram. In bonis autem & difficilibus rebus, etiam uoluntas laudem meretur. Qui porrò nostras secuti motiones, periculum aliquantum in lectione huiusmodi librorum facient, haud dubiè experiẽtur paulatim, quãta opera non mediocriter adiutos: progredientes porrò ulterius, diutiusq; perseuerantes, sua ipsi industria pleraq; animaduertent: necnon deprehendent, quæ à nobis, qui iam tantum patefacere rudioribus uoluimus, sunt prætermissa. Estq; id horum librorum de quibus differimus ingenium, eum qui semel alacri animo ingressus fuerit, ipsi quasi manu apprehensa feliciter deducunt longius: & sicut suas commoditates, ita incommoda quoq; sua, si quæ permixta insunt, diligẽter commonstrant. Adde quòd, qui priusquam ad nos accedit libros, ex lectione sacrorum Bibliorum, item locorum communium Theologiæ, facultatem consecutus est rectè iudicandi de Christianæ religionis dogmatibus, minimè uidetur grauioribus admonitionibus indigere. Itaq; his quæ à nobis hucusq; prolata in

ta in mediũ sunt, honesti adolescentes contenti erunt.

Optimè uerò, si quid iudicare possum, de tota Republ. Christiana merẽtur Ecclesiarũ præsules, adde & Principes, si de ordinatione Ecclesiarũ inter se amanter & placidè cõmunicantes, uiros aliquot bonos iuxtà ac doctos, in quos suspicio de superstitiosa uenerationе, uel de cõtemptu humanarũ traditionũ non cadit, deligerẽt, quibus negociũ daretur, omnia quæ ad gubernationẽ Ecclesiasticã sunt cognitu necessaria, contrahendi in unum opus: & quidem hoc ordine, ut primo dignißimoq; loco cõstituerẽtur optima quæq; ex sacris libris canonicis noui Testamẽti deprompta: secundo, ex diuersis historijs Ecclesiasticis: tertio, ex cõcilijs tam uniuersalibus, quàm prouincialibus, necnon ex responsis Pontificũ, & magni nominis probatæq; fidei Theologorũ: quarto, ex sanctorũ Patrum cõmentarijs: quinto, ex uarijs libris qui de officio Episcoporum, presbyterorũ, diaconorũ, aliorumq; ministrorum, item de ritibus & ceremonijs inscripti sunt. Sic uerò hæc uniuersa, ut ad illa quæ primo loco secundum institutionem Christi & Apostolorũ ex noui Testamẽti libris digesta essent, tanquã ad amußim & lineam cætera omnia cõgruenter aptarentur. Et nim quum dilucidè in ijsdẽ libris uniuersæ religionis actiones, adeoq; quicquid ad Ecclesiarum administrationem spectat explanetur, nephas foret ab illis uel latum digitum discedere. Liceat forte in quibusdã negotijs adijcere nonnulla de circunstantijs, quas obseruari oportet ad aliquid decenter & cõmodè p rficiendum

dum: cæterùm quæ ad negotiorũ siue actionum pertinent substantiam, ea uerbi Dei autoritate fundata necesse est reperiantur. Dubium autem nemini esse potest, ex tali opere non modò Theologiæ studiosos primùm, sed omnes quoq; Ecclesias publicè uberrimos fructus percepturas. Contemptum ministerij Ecclesiastici, & miserabilem ruinam Ecclesiarũ, quam hoc tempore, maximo cum animi dolore, passim in Europa conspicimus, haud scio an ulli rei iustius possimus imputare, quàm ministrorũ ista ignorantiũ, & discentium negligentium, fœdæ insciticæ, coniunctæ cum detestanda ignauia. Quocirca consultissimum etiam foret, ut publicarum scholarum moderatores, pro suo officio diligenter & crebrò piam iuuentutem adhortarentur, ad harum rerũ cognitionem in tẽpore comparandam: quinetiã uiam, qua id cõmodissimè perfici posset, interdũ cõmonstrarent. Vna hac ratione, nõ dubito, credite mihi, pericula ab Ecclesijs hoc tẽpore arcerentur, atq; etiam prohiberentur in posterũ.

ADMONITIO GENERALIS, DE sanctorum & illustrium scriptorum, præsertim ueterum commentarijs accuratè legendis. Cap. IX.

Distulimus in hunc usq; locũ, adijcere aliqua de legẽdis sanctorũ Patrũ, & quorũcunq; illustrium hominũ, seu ueterũ seu recentiorũ, cõmentarijs: non quòd accipere eos in manus nõ liceat, nisi post legamus omnia genera librorũ de quib. hactenus diximus: sed

sed quòd, quæ in præcedentibus sunt exposita, magnò usui ad eosdẽ circunspectius legendos, & rectius intelligendos esse queunt. Nam si æquis lancibus libet illustriũ Theologorũ libros ponderare, cõperiemus eos debere sine cõtrouersia ad tres ordines, de quibus sermo hucusq; est habitus, referri. Aut enim enarrãt eximij scriptores sacras literas: aut explanãt locos cõmunes, siue plures simul, siue quosdã separatim, idq; dum aut sana dogmata copiosè astruunt, aut egregiè confutant hæreticorum ac philosophorũ dogmata falsa: aut denique scribunt aliqua ad institutionẽ & ædificationẽ Ecclesiarũ cõducibilia, qualia sanè sunt quum docent ac admonẽt Ecclesiarũ ministros, quũ consilia dant de uarijs negocijs & quæstionibus incidentibus: quũ excitant tardos ac pusillanimes, cõsolantur afflictos: quũ uerũ usum demonstrant sacramentorũ: quum eos qui peccarũt, conantur in rectã pœnitudinis uiam reducere: quum quæ ad disciplinã & bonũ ordinem in Ecclesia faciũt, luculenter aperiũt. nam latissimè ista patent. Itaq; primũ huiusmodi cõmentariorũ genus, ad primum ordinẽ librorũ sacræ uidelicet scripturæ, de quibus lib. 2. diximus pertinere, quis nõ uidet? Secundum genus, locũ habebit in ordine secundo, quẽ destinauimus locis cõmunibus. de quibus actum lib. 3. Tertiũ genus illis annumerabitur, qui tradunt Ecclesiarũ πράξεις, de quibus libro præsenti. Et si cui uacauerit, nullo negocio quorũcunq; Patrũ scripta, si modò plura sint, et tanta uarietate distincta, in tres ordines illo pacto digeres. Quamuis quosdam commentarios iure

ossit quis mixtos cõstituere, quandoquidem sæpenu-
mero eruditi, cum sacros libros canonicos interpre-
antur, si ad Prophetæ uel Apostoli alicuius uerba op
portunè fieri id posse sentiunt, nõ sunt cõtenti scripto
mentem simpliciter aperire, sed adijciunt insuper
eniorem alicuius loci cõmunis explicationẽ: à qua
cendũt mox ad demonstrandũ, si quid Ecclesiasti-
ordinationi cõgruere arbitrantur. Ergo manifestũ
ad intelligendos sanctorũ Patrum cõmentarios, in
ibus magna est doctrinæ omnis generis copia, &
abilis uarietas, plurimũ momenti adferre ea quæ
rà sunt de legendis tribus librorũ generib. per nos
posita. Quo autẽ plura hucusq; adnotauimus, eo li-
ut paucioribus, quod nunc facere proposuimus, ab-
uere. Itaq; tempus quo sanctorũ patrũ scripta quis
re incipiet, non necesse habemus curiosè præscri-
. Consultum sanè foret, commentarios paratos ad
rrationem scripturarũ primo euolui loco, ad id ui
cet tempus, quo ipsi libri sacri summa diligẽtia ac
gione primùm perleguntur: quos certè sine adiun
aliquibus probatæ fidei scriptorũ interpretatio-
us, non facilè quisquã assequetur. Dehinc secundo
s legentur cõmentarij, in quibus explanantur loci
munes: quod etiam cõmodum fieret paulo pòst, q̃
quantã operã in ijs libris studiosi cõsumpserint, in
ib. ex professo omnes uniuersæ Theologiæ loci com
nes discutiuntur. Postremò ad eos ibitur cõmenta-
os, qui utiles sunt ad gubernationem ecclesiasticam,
d quoniã adolescentibus rarò sunt in promptu pa-

trum monimenta, cõtenti erunt ijs uoluminib. paucis & selectis, quæ post sacra Biblia, de enucleatione scripturarũ, de locis cõmunibus, de ecclesiarũ administratione nacti fuerint: nihil dubitãtes, se, si modò sine intermissione & toto pectore in ijsdẽ incubuerint, posse ad frugem magnam peruenire. Cum enim minimè deceat iuniores obrui librorũ multitudine: tum uerò, ubi quis in libris quos diximus paucis quidem, maximè tamen necessarijs, diu multumq; fuerit uersatus, quod fieri operæpretium omnino est, licebit ei postea quouis tempore, per quorumuis bonorũ autorũ spacioſos & amœnos campos, sine ullius erroris uel periculi metu, prodeambulare, atq; fructus non pœnitendos ex ijs legere, decerpereq;. Certè nisi quis principia Theologica omnia sic satis tenuerit, non uidetur, quemadmodũ paulo pòst iterũ indicabimus, ad peruestrandas sanctorũ patrũ lucubrationes admittendus. Quemadmodũ namq; in cæteris disciplinis, ita & in Theologia, sensim lentisq; auctibus proficitur, atq; ad altiora datur cõscendere. Metuendum aũt semper est, ne ubi ex rudiorib. aliquis suaues succos rerũ diuinarum in patrum scriptis reconditarũ auidius appetit, hauritq;: simul sorbeat ac deglutiat acre, acerbum, & uirulentũ quiddã ex hæreticorũ aut philosophorum pharmacopolijs admixtum. Quod cum ita sit, nijsi est, notationes seu obseruationes quasdam colligere, quibus tanquã cõdimentis pariter & antidotis, nõ solum defecatius reddatur palatũ, atq; irritetur, quo singula dulcius sapiãt, uerùm etiã noxa omnis arceatur.

Vehe-

Vehementer autem demiror quorundam malè fe-
riatorũ ingenia ac iudicia, qui præsentißima remedia
ad euitandũ omne incõmodum etsi porrigi cernant,
egrè tamẽ ferunt ullos in sanctorũ Patrum lectionem
incumbere. Non aliter improbãt, damnant, repudiãt,
abijciunt ueterũ scripta uniuersa, quàm si nihil in ijs
extaret dignum cognitione, et de Christo nihil unquã
incuissent ueritati sacræ scripturæ cõsentaneũ. Atqui
ctis superq; cõstat, multos ex sanctis illis patribus ui-
sa sanctimonia conspicuos, plerosq; etiã miraculis cla
ris extitisse: ad hæc, propter cõfeßionẽ nominis Chri
sti dira perpessos: nonnullos etiã sanguine suo & mor
te fortiter tolerata, consignasse cõfeßionis suæ & sa-
ne doctrinæ Euangelicæ certitudinem. Constat insu-
per, quomodo Deus dignatus sit quosdam illorum mi
nibili uirtute Spiritus ac gratia in docendo celebres
Ecclesia reddere: & quomodo donis hisce tantum
ualuerint, ut in asserenda ueritate, in redarguendis
confutandisq; tam philosophorũ quàm hæreticorum
erroribus, in exhortationũ grauitate, in acrimonia et
ueritate correctionũ, in consolationũ dulcedine, cæ
teros omnes longo interuallo post se relinquant: &
quorumuis hominum conscientijs, suprà quàm dici
uerat, prosint. Constat præterea, quantopere sua do-
ctrina et pietate Ecclesias promouerint, stabiliuerint,
& quomodo integras, optimeq; ordinatas posteris
reliquerint. Quinetiã in hunc usq; diem experiemur,
nos illorum sanctißimis lucubrationibus mirificè adiu
uari: omnem conseruandarum Ecclesiarum artem &

prudentiam ex ijsdem addiscamus necesse est. Deniq; non pauci qui nunc aliquid laude dignum scribendo præstant, illorũ plumis se subinde uestiunt, ornant, superbiunt, quantumuis callidè dissimulent. Hæc igitur quando ita se habent, equidem inuidos & maledicos obtrectatores istos indignos arbitror, aduersus quos pluribus uerbis pro uendicanda sanctorũ patrum dignitate à calumnijs dimicem & propugnem. Quòd si tales mores, ac uitæ puritas, par item doctrina in istis elucerẽt: si tot in docendo scribendoq; labores exhaustos, si tantum ardorem ad illustrandã Christi gloriã, cõfirmandasq; Ecclesias, si tantũ animi robur in sustinendis pro ueritate periculis cõspiceremus in supercilijosis & delicatis istis Aristarchis seu censoribus, quanta hæc omnia fuisse in priscis illis patribus nouimus, fuerunt aũt excellentissima: tunc sanè nos aliquo pacto aurem ipsis accõmodaremus: nunc uerò, quando nihil prorsus eiusmodi deprehendi in eis potest, quamlibet scrupulosè omni ex parte circunspectes, nos audire eos nolumus, multo minus respondebimus eorundẽ cauillationib. Confidimus uerò piam iuuentutem hac esse imbutã pia opinione, ut de celeberrimis patribus, quorũ scripta præstantissimi quiq; uenerantur, & summo habẽt post literas sacras in precio, non facilè sit sinistrè iudicatura: ideoq; minimè egeat longis exhortationibus, quibus ad lectionẽ cõmentatorum qui superstant, atq; Ecclesijs Dei sunt probati, excitentur. His, quæ per se pulchra & præclara existunt, frustra quæritur aliena cõmendatio. Vino uen-

dibili

bili suspensa hedera nil opus est. Ad obseruationes igitur transeamus.

Obseruatio I.

Expedit principiò nosse, obseruareq; quanta sit Patrũ, cũ de reb. Diuinis loquũtur, autoritas in Ecclesia. Persuasum autẽ omnib. esse debet, multa grauiter, sanctè utiliterq; esse ab illis in lucẽ edita: neq; posse nos illorum carere sudoribus, utpote ex quib. decet nos fructũ, quantũ ex ullis reb. humanis, expectare. Sed hoc quoq; perpetuò debet animo obuersari, homines illos fuisse, carne circundatos, nostri similes, q in multis lapsi potuerint, & reuera lapsi sint. Cõmunis, & cui refragari nemo potest, ratio hæc est in scripturis proposita: Omnis homo mendax, solus autẽ Deus uerax est: Rom. 3. Experiẽtia quoq; cõuincit, rem ita se habere. Ex eruditis igitur labi cõtingit alium quadã oscitãtia & supinitate: dum uidelicet plurib. simul intentus, & negociorũ mole tantũ nõ obrutus, quædã incõsiderate pronũciat: quo pacto nonnunq; locos scripturæ ineptè detorqueri, atq; ad alienũ accõmodari sensum cernimus. Tritũ est prouerbiũ: Quandoq; bonus dormitat Homerus. Alius errat ob uerborũ, alius ob rerũ imperitiã. Multi uiri docti, in primis D. Erasmus Rotero damus, quotidie taxãt locos perperã expositos ab his qui linguæ Græcæ aut Hebraicæ rudes fuere. Ignorantiã rerũ Theologicarũ notare Gennadius uidetur in Victorino rhetore Massilienſi, quẽ ait scripsisse quidẽ libros Christiano & pio sensu, sed cum seculari literatura esset occupatus, & nullius magisterio in diuinis

scripturis eruditus, leuioris ponderis figuras sententias. Idem autor est, Heluidiũ religionis studio, sed non secundum scientiã, librum edidisse, & quidem neq; ratione neq; sermone nitidũ. Aliqui in errorem inciũt quadam animi perturbatione, aut uitioso adfectu impulsi. Vigilantius, referente Gennadio, humanæ gloriolæ captator, lingua politus, nõ sensu scripturarum exercitatus, exposuit prauo ingenio secundã Danielis uisionem, & alia locutus est friuola. Ipse Hieronymus aduersus eundem Vigilantiũ, itemq; Iouinianũ disputãs, carpitur à plerisq;, ceu qui sacræ scripturæ sententias quasdã pertraxerit ad suum institutũ, cui minus seruiebãt. Quidam errorem amplectuntur, magis autoritate & reuerentia aliorũ, quàm iudicio & ueritatis inquisitione permoti: quomodo unum Cyprianum uisi sunt sequi patres in concilio Carthaginensi, hauddubiè illius dignitatẽ cuncti intuentes. Quinetiã quidã in suis cõmentarijs ipsi fatentur, se aliorũ referre & sequi placita: quod Hieronymus in enarratione epistolarum ad Galatas & Ephesios, in Præfationibus de se significat. Quidam deniq; nullã unquam indagationẽ separatim facientes, cõtenti sunt simpliciter asseuerare, quod suo seculo et quàm plurimis probari aduertunt: cæci uidelicet cæcorũ uestigijs ultrò insistentes. Sunt aliæ causæ, ob quas præstantes uiri quandoq; à ueritate deuiant. Quando igitur palàm est, Patres omnes, quamlibet insignes uitæ innocentia atq; eruditione, subinde uerbo scriptoq; offendere: quinis statim intelligit, quæ ab illis in cõmentarijs pronunciantur,

neq;

ere posse, nec debere, eodē loco, quo sacra scriptura, ipsius Dei uerbum, cōstitui. Etenim Dominus ait: Gloriam meam alteri nō dabo. Videretur aūt Deum uelle ita spoliare gloria, qui authoritatē ac dignitatem soli uerbo Dei debitā, humanis deferret cogitationib. Ergo cōstitutū esto, Patrū sentētias uel incorruptissimas, nullo modo æquandas Dei uerbo: tantum abest, ut queant. Deinde eo iudicio adfectuq; legenda sunt illos omnia, ut quouis tēpore metuere oporteat, ne specie recti ipsi falsi, nos itidem fallāt, decipiantq;. Prudentissimū Mosen, per quē uniuersa lex lata est ad populū, Deus uoluit per gentilē Midianitā doceri, & admoneri de rebus grauissimis, & maximopere necessariis: eodē pacto hoc ius, hæc potestas cuiuis pio relicta est, scripta ac dicta aliena ut cum iudicio expendat, & ex Pauli Apostoli cōsilio 1. Thess. 5. probans omnia, id solum quod bonū est retineat. Hæc aūt admonitio & censura ab ipsis est patribus prodita. Hieronymus de suis cōmentarijs quid sentire omnes desideret, non obscurè declarat, ubi Michæ prophetæ caput secundum enarrans ait: Exposui iuxta quod mei ingenioli patiebantur angustiæ. Et paulo pòst: Si quis aūt in lege Domini die ac nocte meditatus, maius habuit otiū, maius ingeniū, ocium, gratiamq;, & potest de præsenti capitulo probabilius aliquid dicere: nō inuideo, nō aspernor: quin potiò cupio ab eo discere quod ignoro, & libenter me discipulum profitebor, dummodo doceat, & non detrahat. Rursus eodem capite: Videtur mihi, inquit, sic posse sensus reddi, uel exprimi,

primi,si tamen prudens lector nostræ rationi acquieuerit. Quid deinde ipse de alienis scriptis statuat,sine dissimulatione profert in præfatione ad Oseam prophetam:ubi postquã narrauit sibi lectas expositiones in eundem prophetam, Apollinarij Laodiceni,Origenis,Pierij,Eusebij Cæsariensis, Didymi Alexãdrini,ita subijcit:Hæc dico,ut noueris quos in prophetæ huius campo habuerim præcursores,quos tamen ut simpliciter,& nõ superbè (sicut quidã meorũ amicorũ semper insibilat) tuæ prudentiæ fatear,nõ in omnib. sum secutus,ut iudex potius operis eorum quàm interpres existerem,diceremq; quid mihi uideretur in singulis. Neq; diuersum ab Hieronymo definit Augustinus,primum de se epist.7.ad Marcellinũ,ita pronunciãs:Ego fateor me ex eorũ numero esse conari, qui proficiendo scribũt,& scribendo proficiũt. Vnde si aliquid uel incautius,uel indoctius à me positũ est, quod non solum ab alijs qui uidere id possunt, meritò reprehendatur,uerùm etiam à me ipso:quia & ego, saltem postea,uidere debeo,si proficio:nec mirandũ est,nec dolendũ,sed potius ignoscendũ atq; gratulandũ: nõ quia erratum est,sed quia improbatũ. Nam nimis peruersè seipsum amat,qui & alios uult errare,ut error suus lateat. Quanto enim melius & utilius, ut ubi ipse erraui, alij nõ errent,quorũ admonitu errore careat? Si enim mihi Deus quod uolo præstiterit, ut omnium librorũ meorũ,quæcunq; mihi rectissimè displicẽt, opere aliquo ad hoc ipsum instituto colligã atq; demonstrem: tunc uidebunt omnes homines, quàm non sim

accepior

ceptor personæ meæ. Plura in eandem sequũtur sententiam. De aliorum porrò cõmentarijs, idem disertè epist. 19. ad Hieronymum: Ego solis illis scriptoribus, quiam Canonici appellantur, hunc timorem & honorem didici deferre, ut nullum eorum scribendo aliquid errasse audeam credere. At si aliquid in eis offendero literis, quod uideatur contrarium ueritati, nihil aliud quàm mendosum esse codicem, uel interpretem non assecutum esse quod dictũ est, uel me minimè intellexisse, nõ ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate, quantáue doctrina præpolleant, nõ eo uerum putem quod scripserũt, quia ita senserũt: sed quia mihi uel p alios autores Canonicos, uel probabiles rationes, quòd à ueritate non abhorreat, persuadere potuerũt. Rursus epistola 111, ad Fortunatianum: Neq; quorumlibet disputationes, quamuis catholicorum & laudatorum hominum, ueluti scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salua honorificẽtia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in earum scripturis improbare atq; respuere: si fortè inuenerimus quòd aliter senserint, quàm ueritas habet, diuino adiutorio uel ab alijs intellecta, uel à nobis. Tales ego sum in scripturis aliorum, qualis ego uolo esse intellectores meorum. Tantum ille. Plura addere ex eisdem uel alijs scriptoribus, uel ex Gratiani decreto Dist. 9. superuacaneum fuerit.

Obseruatio II.

Quia uerò perdifficile est, uidere ubi error sit, ubi non sit: ideo conuenit Patrum lucubrationes perlu-

strare cupientẽ, cognitione præcipuorũ dogmatũ nõ strę religionis mediocri instructũ esse, quo iudicare sic satis queat, quid secundũ præscriptũ uerbi Dei sit in Ecclesia approbatũ ac sequẽdum, quidúe damnatũ ac fugiendũ. Qui ad legẽdos patres se cõponens, istud nõ prægocitat, eo uidetur mihi esse loco, quo qui seda to mari, se cõmittit nauigio: sed ubi paululũ processerit, subitò fluctib. periculosißimè cõcutitur, aut cũ minimè credit, in scopulum Syrtiḿue impingit. Poterit aũt labore haud ita magno cãdidatus Theologiæ hac in re iuuari, atq; aduersus pericula ingruẽtia munirì. Prima igitur, & postrema, adeoq; certißima ratio cauẽdi, ne falsum pro uero quis admittat, hæc est. Quotiescunq; locus scrupulosius occurrit, sacra cõsulet Biblia, in quibus oportet ualde exercitatũ esse, inq; his undiq; dispiciet, ecquid uel pro eo loco, uel cõtra eum dicatur. Ex cõgestis uerò apertis & cõsentientib. sentẽtijs, expeditè colliget certa pronũciata, siue dogmata. At quia nequaquã omnib. suppetit hec facultas, neque ꝓinde procliue est cuiuis, statim quæuis in libris sacris inuenire: operæpreciũ est, libros locorũ cõmuniũ, quales suprà aliquot cõmendauimus, aut etiã opusculũ inscriptũ De definitionibus Ecclesiasticorũ dogmatũ, diligẽter, & à capite ad calcẽ percurrere. Siquidẽ solet hoc definitionũ opusculũ, monumẽtis Tertulliani, Augustini, interdũ etiã aliorũ apponi: idq; nõ aliã, meo iudicio, ob causam, quàm ut in taliũ authorũ lectione adolescentes perpetuò adiunctũ haberent hunc quæsi fidum collegã, aut magistrũ potius, quem

in obscuris ac dubijs cõsulerẽt. Quãuis utiliter quoq; cõmentarijs quidã aduersus hæreses, quales editi sunt ab Epiphanio, uel alio quopiã succinctius disputante, adhibebuntur. Fieri non potest, quin ex his lectores candidi iudiciũ de dogmatibus Christianæ religionis tantum queant assequi, quãtum satis erit ad nauigandum securè in profundo & æstuoso scriptorũ Ecclesiasticorũ pelago. Eoq; magis necessarium est sequi, quod in præsenti damus, consilium, quo rariores exerunt scripturarum interpretes, in quibus nõ inuenias unum uel plura dogmata, pro uoluminũ numero & amplitudine, à quibus abhorret secuta posteritas. Irenæus, scriptor antiquissimus, malè audit, quòd libro 2. aduersus hæreses dicat, extremi iudicij diẽ ita esse notam soli patri, ut filius planè ignoret: & Christum in terris uersatum ultra annos 40. & lib. 5. significare uideatur, animas exutas corpore nõ statim cò uenire ubi beatitudine uisionis Dei fruãtur, sed in diem resurrectionis alicubi seruari. Idem Irenæus (quod etiam notauit Hieronymus) & Tertullianus, Victorinus, Papias, Lactantius, Methodius, & alij præstantissimi uiri, subscripserunt Chiliastis in dogmate de mille annis, quibus Christus cum suis electis regno externo potiri ante seculi consummationem in terris debeat: quod tamen postea magno consensu & scripturarum patrocinio ab uniuersa repudiatum est Ecclesia. Nominatim uerò uitari illa in Tertulliano oportet, quibus accedit ad Mõtanistas, dum uidelicet prædicat nouum paracletum, & nouem prophetiam: dum secun-

das

das damnat nuptias, negat fugã esse licitã tẽpore persecutionis. Idem insuper impugnatur, quòd animã ex traduce prodire asseruerit: etiãsi nõ admodum reiectatur ei Augustinus. Apud Lactantium inuenias pauca quæ sapientẽ lectorẽ desiderant. quale est quod in institutionũ Diuinarũ lib 2. creditur asserere, omnes animas ab initio in cœlo creatas, atq; de dei eductu substantia: & lib. 10. animas hinc discedentes nullã percepturas gloriam apud Deum, ante extremum iudicium, fortè ex Irenæi sentẽtia, et alia quædã. Cyprianus, sanctißimus martyr, diuersis locis confirmat eos in orthodoxa Ecclesia esse rebaptizandos, quos pridẽ baptizarunt hæretici: quã opinionem ipso uiuo & præsente stabiliuit Carthaginẽsis synodus: ipso mortuo, prosecutus & tutatus est, referente Hieronymo, Dionysius Alexandrinus: sed frustrà, quippe quã alia synodus sunditus deleuerit. Origene sanctior, aut doctior, aut laboriosior uix quisquam uixit: at fragmenta interim quæ ex aliquot librorum millibus supersunt paucula, innumeris scatent prodigiosis placitis: atq; conuincunt, eũ etiam in his quæ ad doctrinã fidei propriè pertinẽt, turpiter hallucinatum. De erroribus cauendus in sẽlis libris 4. περὶ ἀρχῶν, D. Hieronymus doctam emisit ad Auitum epistolam. Indicatur Hilarius Christi meritis non parum detrahere, cum ei diuersis locis trãsit corpus nullius prorsus doloris capax: et famem, sitim, laßitudinem, cæterasq; eius generis affectiones, non fuisse naturales in eo, sed assumptas. Epiphanio crudelitatis uitio uertunt, quòd in Ancorato, uerbum illud Christi, Pater

Pater maior me est, ausus sit interpretari, uerũ esse
diuina Christi natura: ut reliqua omittam, ueluti
quòd Christũ dixerit instante morte, non seriò, sed si-
mulatè tantũ, ad illudendum nimirum diabolo, orauis
ut à se auerteretur paßionis calix: item de ætate &
pore mortis Christi multo aliter quàm cæteri pro-
ciarit. præterea disputãs aduersus Aeriũ, asseuerat
Apostolis præceptum, ut sex diebus ante Pascha nõ
medatur nisi panis cũ sale. Plerosq; offendit in Am-
osio, quòd in allegorijs sit immodicus, nõnunquã à
ente sacræ scripturæ procul discedat: quòd Petri ne-
ationem ita excuset, ueluti si Christum hominẽ tan-
m, non autem Deũ negasset: quòd post diuortium fa
m permittit uiro, ut adiungatur alteri, repudiatæ
rò non itidẽ, &c. Durius accipiunt, quòd Chrysosto
s in Matthæũ homil. 37 scribit, homines ante Chri-
aduentum in mundum, potuisse sine Christi confes
e salutem consequi. Accusatur à multis Hierony-
s, dum pro uirginitate propugnans aduersus Io-
nianum, cõiugio uidetur iniquior, omnem ei digni-
tem prorsus adimens: digamiam uerò, & nuptias
undas uel tertias, eodem propè loco quo scortatio-
m habet. In lucubrationibus D. Augustini quæ re-
rehensione digna insint, non piguit ipsum suo ore in
bris Retractationũ confiteri, & corrigere: quo qui-
m facto exemplum de se reliquit admirandæ cùm
rudentiæ, tum mansuetudinis, quod ad hoc tem-
s nemo imitatus est. Vtinam imitarentur, quos ma-
mè decebat id facere, & qui id agendo Ecclesijs mi-
rificè

rificè cõsulerent. Neq; hodie eruditi astipulantur Augustino, astruenti, infantes qui absq; baptismo è uita excedũt, æternæ dãnationis reos existere. Sustulit etiã Ecclesia eidẽ Augustino probatã consuetudinem, qua infantib. impertiebãtur eucharistiã. Quid? quòd nonnulli de ueteribus Theologis, maximè Græcis, cõperiuntur in quibusdã locis aliquo modo πλατωνίζειν: utpote qui priusquam animum ad religionẽ adjicerent Christianã, philosophiæ Platonicæ, quod & de se aliquoties narrat D. Augustinus, addicti, eadẽq; imbuti plurimũ fuissent? Possemus eadẽ ratione de alijs multis scriptoribus succedẽtis ætatis, tã Græcis quam Latinis, similia in mediũ proferre: uerùm quando ex his quæ dicta sunt, cõspicuũ satis euadit, quale de cæteris iudicium ferri æquum sit: & longiorẽ catalogũ texere tædiosum foret, supersedemus. Nobis satis est hoc modo ostendisse, quòd non abs re in eo qui cõmentarios sanctorum Patrum cum iudicio & fructu lecturus sit, prudentiã & præcipuorum dogmatum Christianæ religionis cognitionem requirimus. Neq; uerò quia Patres dicimus aliquoties à ueritate aberrasse, ratiocinari alicui licebit, eosdẽ esse cõtemnendos, uel damnandos. Non quisquis modestè significat errasse eos, ac monet cautè legẽdos, pronũciat eosdẽ esse damnatos ac uitãdos. Nã si quãdo lapsi sunt, factum fortaßis id est quadã incogitãtia, & animo minimè malo: deinde uel semel amãter admoniti, haud dubiè fuissent parati cancre palinodiã, & sarcire: præterea non errarunt in his quæ ad capitales articulos fidei spectant

Quantadhæc, nõ se à cõmunione Ecclesiæ subduxerũt, charitatẽ priuato amori postponẽtes: postremò, conanter retinuerunt caput, Christum uidelicet, eiq; inhæsisse ad mortẽ usq; adhæserunt: propter quẽ, errorem illis cõdonari indubitatum est. Est quidẽ Deus seuerus iudex, errorẽ & noxã omnem grauiter detestans: sed idẽ ad misericordiã semper magis propensus. quãobrem architectis & fabris in domo sua operantibus libenter indulget, etiãsi non semper aurum lapidẽas, sed interdum quoq; fœnum ac stipulas superstruant: dum tamen super fundamẽtum à Prophetis & Apostolis semel positum, id est, super Christum laborare incunctanter & bona fide perrexerint. Etenim si alicuius opus exustum fuerit, damnum quidem quod patietur, ipse tamen saluus fiet. Deus & dies declarabunt tandẽ, quale unicuiusq; opus sit: 1. Cor. 3. Accent Deo, etiam qui tantum pilos caprarũ ad constructionem tabernaculi offerunt: Exodi 25. Quamuis eximius aliquis sit, constituit tamen Deus, mittãs angelum, qui ipsi infligat colaphos: idq;, ne aut ipse ob magnitudinem reuelationum animo extollatur, aut alij de ipso aliquid natura humana sublimius cogitent: 2. Corinth. 12. Ac talibus propemodum rationibus D. Augustinus, admodum eruditè, nec minus pie, dignitatem B. martyris Cypriani à crimine hæreseos uindicat: qui sententiæ postea ab Ecclesia damnatæ de hæreticis uidelicet rebaptizãdis, author extiterat, quemadmodum uidere licet epistola 48 ad Vincentiũ, & De baptismo contra Donatistas lib. 1. cap. 18. item

18. item contra Cresconium Grammaticum, lib. 2. cap. 33. Vtinam hisce rationibus quidã hac tempestate secterentur, ne tam citò quosuis, ob leues caussas, & interdum ob uelitatiũculas de rebus minus necessariis, grauissimi criminis, hæreseos insimularent.

Obseruatio III.

Prouideant rerum Theologicarũ studiosi, simul ne in exemplaria incidant malignè corrupta & adulterata: simul ne spuria pro γνησίοις ac germanis uolumi nibus amplectantur. Paucos esse credo qui non audierint aliquãdo querelas, de ueterũ scriptorũ quibusdã opusculis per æmulos data opera uitiatis, præterea de imperitorũ & insulsorũ hominũ cõmentis & cõsutis centonibus, nomine ac titulo clarissimorũ & sanctissimorũ uirorũ obtrusis. Prius factũ in quibusdã operibus Origenis, olim multi questi sunt, referente Hieronymo in epistola ad Pammachiũ & Oceanũ: Sparserũt: nonnulli, idem animaduersum in scriptis Cypriani: quemadmodũ Augustinus testatur epistola 48. ad Vincentiũ. Quinetiã à Timotheo Aelecro depranata esse quædã monumenta Cyrilli, legimus in breui historia Nicephori, quæ Tripartitæ subnectitur. Posterius uerò nimium frequens est: & quo qui doctrina plus excelluerũt, eo plura uolumina inueniuntur falsò illis ascripta. Si opuscula Cypriano, Hieronymo, Ambrosio, Augustino attributa, in quibus tamen nihil tantorum hominum spiritu dignum inest, in fasciculos colligarentur, scio ingentem struem nobis exhiberent. Sed quid non audet fallendi prauæ cupido? quò non

rumpit humana temeritas? Verbis eloqui nemo que-
at, quanta Ecclesiarum pernicie fraus ista aliquot iam
culis sit impunè perpetrata. Quo supplicio digni
unt, qui per incautæ plebeculæ manus adulterinã mo
nẽ tota ciuitate dissemināt: eodẽ planè affici, meo iu
icio, merentur, quicunq; horrendũ in Ecclesia desi-
ant flagitium, atq; uel studiosè inuertunt ac depra
unt aliorum bene dicta, uel cõfictis præclaris nomi-
ibus suas ineptias supponunt pro fide dignis operib.
ba pro legitimis. Cæterùm qua arte cuitari pericu
usmodi queant, difficile est præscribere. Hoc aũt
natũ est solatiũ, aduersus prius genus periculi, id est
praudationẽ quæ per aduersarios posset fieri, quòd
mirum rarò istud usuuenerit. Nam de ipsis uolumi-
bus Origenis, tametsi rumor longè lateq; percrebue
t, reuera tamen id ita cõpertum esse, neq; Eusebius,
q; Didymus, neq; Hieronymus, strenui aliàs Orige-
assertores, affirmarunt: minimè quidem celaturi,
quicquã certi illa de re habuissent. De operibus au-
m Cypriani corruptis, ipse Augustinus suspicionem
nem tollit, quando partim ex stylo atq; dictionis
habitu, partim ex genere argumentorũ iudicium fa-
ens pronunciat, se illa quæ uitiata putabantur, ge-
na Cypriani esse scripta agnoscere. Et quantum in
mbrationibus Cyrilli peruertere tentauit Aelurus,
initui tantum ex incorruptis exemplaribus potuit,
e alibi delituerant, suntq; inter pios postea commu
cata. Ad discernendum autem supposititios libellos
egitimis ac germanis, maiore iudicio prudentiaq;

opus est,quàm ut iuuenes candidati Theologiæ præstare aliquid hac in parte queant. Nõ pigebit inimo notas quasdã repetere, quibus adiuuari mediocriter unusquisq; possit, ad subodorãdum interdum aliqua, quæ suspectum opus faciunt,iubentq; ab eo removere cuius nomen indigne præponitur:tametsi quædam de hac ipsa re suprà,ubi de Gratiani decreto agebamus, observatione quarta attigimus. Prima igitur ac simplicissima ratio, qua distinguuntur legitima opuscula ab adulterinis,peti debet ex emendatorum exemplarium diligenti collatione. Etenim diuersa exemplaria eiusdem operis si quis nancisci potest, eademq; inter se confert:citò deprehendet si quo modo uarient,atq; in uno sit abs re superadditũ,quod in alio rectè prætermittitur. Fides aũt exemplari habebitur castigatissimo & antiquissimo. Secunda nota sumitur de nominibus proprijs Imperatorum, Regum, Principum, Pontificũ,quorũ fit nonnunquã in libellis dubijs mentio. In quo opere,siue id Hieronymo tribuatur, siue Augustino,recitantur aliqua de Imperatore aut Pontifice,qui non nisi diu post illorum scriptorum ætatẽ uixerit:oportet sanè hebetis sit ingenij,qui nõ aduertit statim, fieri haud posse, ut quis ex illis sanctis Patribus talis operis credatur parens. Absurdũ est exẽplo mare,ab Hieronymo uel Augustino aliquid relatũ in commentarios de Imperatore Carolo Magno,uel Zacharia Romano pontifice, qui uixdum anno quadringentesimo ab illorũ morte reb.præfuerũt. Tertia nota deriuatur ex descriptione memorabiliũ rerum gestarum,

harum, rituũ, ceremoniarũ, & si quæ præterea eius
sunt generis. Est, uerbi gratia, uolumen in manibus, o-
mentans in fronte uetusti cuiusdam scriptoris illustre
nomẽ: adhibita etiam est artificiosa quædã stili imita
tio, & uix quicq̃ obest quo minus persuadeatur om-
nib. id reuera eiusdẽ autoris existere. Sed ecce in par-
te aliquota eius uoluminis occurrit sermo de rebus ge
stis, ueluti de bellis Regũ & Principũ, de rerumpubli
carũ insigni mutatione, de exortis hæresibus, de cele-
bratis concilijs, de miraculis, prodigijs, uisis: uel expo-
nuntur quidã ritus, ceremoniæ, institutiones Eccleſia-
sticæ: de quib. tamẽ, cum scriptor ille in uiuis esset, ni-
hil auditũ fuerat. Ergo impellunt nos eiusmodi narra
tiones ad quærendũ aliũ patronũ, & quidẽ ætatis lon
gè post secutæ, cuius nomine tale opus deinceps com-
mendatũ prodeat. Idem esto iudiciũ, si creditus autor
narrauerit quædã quasi nuper & sua memoria conse
cta, quæ tamen euenisse cõstat longißimo tempore re-
moto antè q̃ ipse mundo innotesceret. Nec dißimile
est, si in libro suspecto referãtur aliqua in psona ipsius
scriptoris, quæ interim minimè in eũ quadrãt, cuius no
men in prima operis pagina utsitur. Etenim alienũ erit,
ab libri inscriptiõe nomẽ audiri hominis priuati, quiq̃;
actionẽ publicã nunq̃ adierit: postea tamen in pro-
gressu quædã legi, tanq̃ ab Episcopo & gubernatore
Ecclesiarũ dicta, factáue. Quarta nota esto de pronũ-
tiatis ac testimonijs, q̃ ex aliorũ eruditorũ depromun
tur monumẽtis. Quur, obsecro, largiamur opusculum
Augustini uel Ambrosij esse, in quo inuenimus quædã

comprobari autoritate & uerbis Gregorij, Bedæ (sed etiam ipsius Augustini, uel Ambrosij) aut cuiusquã alterius, qui multo fuit amplissimis illis patribus posterior? Quinta nota obseruetur tum in rebus, tũ in uocabulis siue locutionibus nouatis. Quod sic oportet intelligas. Sunt posteriorib. aliquot seculis multæ introductæ in Ecclesiam obseruationes, traditiones, canones, cõstitutiones: item motæ quæstiones ac disputationes, de rebus quas antiquitas planè ignorauit. Nouis autem inuentis, aptata mox sunt noua uocabula, & nouæ locutiones. In eorum uoluminibus, qui intra annos septingentos proximos scripsere, maximè autẽ scholasticorũ & Canonistarum, tales res nouæ descriptæ, necnon uocabula noua reperiuntur innumera. Legimus namq; uestes, uasa, & diuersa instrumenta Ecclesiastica, eorundem cõsecrationes, sacramentales characteres, canonizationes, bullas, dispensationes, cõmendas, cõfraternitates, indulgentias, irregularitates, casus reseruatos, interdicta, aggrauationes, reaggrauationes, præbẽdas, annatas, inuestituras, degradationes, homagia, uasallos, tallias, gabellas, diffidationes, guerras, treugas, item res & uocabula pleraq; noua actionũ forensium, præterea transsubstantiationẽ, areolas, quodlibeta, quidditates, formalitates, decisiones, replicas, resolutiones, determinationes: et quis reliquã ciusmodi uocũ farraginẽ enumeret? Libros igitur in quib. describuntur eius generis res, uel usurpentur locutiones intra septingentos annos primum natæ, quis nõ stomachetur, uidens collocari inter monumenta

menta uterũ, quorũ seculis res atq; locutiones eæ neque uisæ fuere, neq; auditæ? Sexta nota elicitur ex cõsideratione argumentorũ, & negotiorũ quæ tractantur. Certis temporib. plurimũ differitur de certis quibusdã argumẽtis. Viuente Cypriano, et aliquãto pòst, cum Ecclesiã opprimere meditabãtur crudeles tyranni, frequenter disputabatur de his q metu suppliciorũ Christũ abnegantes, idolis honores diuinos impendebant: & quæsitũ est, an ijdẽ ducti pœnitẽtia, iterũ reciperandi essent ab Ecclesia in gratiam. Nostra uerò memoria audiuimus disputãtes de indulgentijs pontificis, de potestate Ecclesiæ & Conciliorũ, de primatu Sedis Romanæ, de iure utriusq; gladij quod sibi Romanus pontifex uendicat: utrũ iustificẽtur homines fide an operib. an fide cũ operibus, &c. Alijs deniq; temporib. alia quædam passim & accuratè sunt discussa. Qua aũt ratione aliquẽ faciamus autorẽ libelli cuiusdam, in quo eiusmodi res cõtinentur, quando promptum est demonstrare, illius ætate de talib. argumẽtis nondũ fuisse cœptũ disputari? Quàm nõ est probabile, cum alta fuit pax ante annos quinquaginta in nostris Ecclesijs, quenq; disseruisse de illis qui tormentorum grauitate adacti idolis immolarũt: tam est absurdum ab Augustino euulgatũ esse aliquod scriptum de pontificis Romani indulgẽtijs. Ratio est: nõ cõueniũt illa argumẽta diuersissimis illis tẽporib. Sic uerò, quos de Arianis exagitandis oppugnandisq; acres ac uehementes cernimus, meritò ratiocinamur eo uixisse tempore, quo Arianorum perfidia Ecclesiæ diuexabãtur.

Nam si qui ea hæresi nondum exorta, uel penitus sopita, clarè extiterũt, nequaq; arbitrati sunt sibi aduersus Arium laborioſe dimicandũ. Atq; ita de cæteris iudicabis. Rarò aũt usuuenit, ut ſcriptores nullã earũ cõtrouersiarũ & quæstionũ faciãt mentionẽ, quæ dum uiuerent, in Eccleſijs agitabãtur. Septima nota de ſtylo atq; orationis habitu colligitur. Nunquã aliquis ſtylũ alterius ſic exprimit, quamlibet operoſe affectet, diſſimilitudo nulla ut prorſus appareat. Nec unus idemq; tam efficitur unquã ſibi ipſi in dicẽdo diſsimilis, quin ſemper retineat antiquũ quiddã, ſibi propriũ & peculiare. Vigor animi, & acumẽ in inuentione, prudentia in diſpoſitione, nitor in elocutione, remitti quidẽ, molliri ac langueſcere utcunq; per ætatẽ & quotidianas moleſtias in aliquo poſſunt: penitus uerò extingui atque euaneſcere non poſſunt. Semper ueſtigia aliqua priſtinæ facultatis dicẽdi hinc inde impreſſa hærẽt: in primis aũt argutiæ, candor, ſuauitas, grauitas, perſpicuitas, ac ſimiles uirtutes. Itaq; uidere quidẽ licet opuſcula cuipiã ueterũ Theologorũ anteſignano attributa, agnoſcis etiã eius uerba & ſentẽtias: ſed mox partes malè cõſutas & ſine ordine diſiectas cõperis: deſideras deinde grauitatẽ & acumen, cæteraſq; uirtutes uetuſti autoris ibi falſò nominati. Ad hæc animaduertis quædã ſatis pueriliter expoſita: nonnulla ignoratiam tantã produnt, quantã credibile nõ eſt in magnominis uirum poſſe cadere: & interea admixtos ſuſculos ſcilicet, lepores, elegantias, lauticias ab ingenuo priſci ſcriptoris multum abhorrẽtes: & alia quædam

nuſtata. Atq; huc pertinet, quod Eraſmus Roterodamus, cenſor ſagaciſſimus, libros ὑπογνωστικῶν aduersus Pelagianos, audet bibliotheca D. Auguſtini exturbare, quòd quanquam de huius operibus coaceruata ſint in illis omnia, inſolens tamen ſit eidem beatiſſimo patri titulos uocibus Græcis præfigere. addens præterea, quòd ſtylus diſpar utcunq; appareat, quòd item in Retractationũ libris prætereantur ſilentio. De hac autẽ duabus notis, ex ſtylo uidelicet, & ex genere argumentorũ ſumptis, D. Auguſtinus epiſtola 48, ubi pronunciat de quibuſdã ſcriptis Cypriani, quæ nonnulli ſuſpicabantur deprauata, ita ait: Nos duas ob res non negamus illud ſenſiſſe Cyprianum, quòd & ſtylus eius habet quandã propriam faciem, qua poſſit agnosci, & quòd ibi magis cõtra uos noſtra cauſa monſtra ſit inuictior, ueſtræq; ſeparationis præſumptio, uidelicet ne macularemini peccatis alienis, tota facilitate ſubuertitur, cum apparet in literis Cypriani, communicata eſſe cum peccatoribus ſacramenta, cum admiſſi eſſent in Eccleſiam, qui ſecundum ueſtram, & ſicut uultis, illius ſententiam baptiſmum non habebant: & tamen Eccleſiam non periſſe, ſed in ſui generis dignitate per totum orbem ſparſa Dominica frumenta manere. Hæc ibi. Hieronymus quoq; de ſtyli & charactere iudicio aliquid ſubindicat libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, in Minutio Felice Romano, & Diodoro Tarſenſi epiſcopo. Octauam notam licet hanc addere. Interdum ſententia, dogma uel error manifeſtus operi ſuſpecto inſeritur & aſtruitur, quẽ eximius

ille scriptor cuius nomẽ fraude est præpositũ, in legitimis suis lucubrationib. tantum abest ut agnoscat uel defendat, ut etiã palàm oppugnet. Nona nota. Consulere quãdoq; prodest Hieronymũ, Gennadium, Tritenhemium, & similes, qui solent librorũ siue tractatuum, quos scriptores singuli ediderint, texere catalogum. Apud illos igitur subinde legitur operis, de quo dubitatio accidit, alius author, quàm is qui in peruulgato titulo scribitur. Itaq; id ubi fit, quinetiã aduertimus aliquot alias notas ex his quas enumerauimus cõcurrere, in primis de stylo, inuentione, elocutione, grauitate, acrimonia, uel de rerũ gestarũ aut illustriũ uirorũ memoria: ne cogitemus bonos offensos iri, si decernamus plagij crimen cõmissum esse, atq; librum ei domino, de quo apud scriptores illos fit mentio, restituui oportere. Hoc aũt pacto colligit Erasmus Roterodamus, enarrationẽ symboli Apostolorũ inter Cypriani opera hactenus circumlatã, esse Ruffini: quippe cui Gennadius eam uendicat, & cõsentit insuper Ruffini stylus. Alium quoq; libellũ de persecutione assceptiũ Cypriano, remittit idem ad Tertullianũ: nitens in primis suffragio Hieronymi, testãtis, tali cum inscriptione librum quendã à Tertulliano editum, deinde respiciens ad cõgruentis per omnia dictionis filum. Decimam notam habemus nõ admodum diuersam à precedenti. Quidã authores suorũ librorũ indicem describunt ipsi, idq; uel cõiunctim in una aliqua commentariorum suorũ parte, uel hinc inde in ijsdem sparsim. Si igitur tales authores, uoluminis eius de quo plerique hæsitant,

hæsitant, nusquã in suis lucubrationibus memimerũt, apparet iustam hinc arripi occasionẽ ad illud reijcien dum, maximè si & alia quædã signa patrocinantur. Vnde meritò exploduntur opuscula quædã Augustino attributa: tum quia ipse ea non enumerat in libris Retractationũ, tum quia in conspectu sunt alia quædã argumẽta idem euidenter declarãtia. Vndecima no ta, de uaria ac multiplici præstantißimorũ authorũ lectione erui sensim debet. Siquidem dum scriptores & plures, & quanta fieri potest animi attentione euolui mus, indies formatur, crescit, atq; perfectius redditur in nobis iudicium: paulatim deinde assuescimus bonorum autorum ingenia propius nosse, & exactius discernere: postea uerò, ubi quasi habitum quendam legendi parauimus, atq; in illorũ familiaritatẽ nos quodammodo dedimus, citò nobis subolebit, quid ex huius uel illius officina profectum sit. Quanquã ad hanc rem, si uerum fateri libet, & tempore non mediocri opus est, & diligentia. Sunt porrò aliæ quædam notæ eundem ad finem utiles: uerùm has in præsenti exposuisse, erit opinor satis. Neq; cuiuslibet est in hoc labore uersari, atq; iudicis personam sibi imponere. Non enim nisi aliquousq; in Theologia progreßi, et bonorum autorum lectioni pauliſper assueti, tum mediocriter exercitati in historijs, quicquã in discernendis nothis scriptis à legitimis efficiẽt, quod modò spes sit probatum iri eruditorum calculis. Placuit tamen notas illas digerere, quòd confidam eos qui generosiore sunt q̃ cæteri spiritu, ad præclaras res aggrediundas,

aliquo modo excitari & accendi posse. Omnes enim admonitos uelim, quo considerantes quanta solertia, quantisq; uigilijs tanta in re opus sit, discant de eximijs uiris, qui in ijsdē difficultatibus desudarūt, rectè atq; honorificè tum loqui, tum sentire. Adolescētibus autem rerum diuinarū studiosis uniuersis consilium hoc proponimus longè saluberrimū, ut quādo aliter non possunt, acquiescant uidelicet, & fruantur iudicijs alienis: nec non subscribant eruditorū hominum sententijs, quas iam uident de legitimis atq; nothis ueterum scriptorum libris publicè editas, & quàm plurimis receptas. Bonā profectò nauauit operam Ecclesiæ D. Erasmus Roterodamus, uir, si quis alius, emunctißimæ naris, ac plurimæ lectionis, ideoq; ad hanc rē mirè idoneus: qui in operibus Cypriani, Hieronymi, Augustini, & quorundam aliorum, domesticos libros ab alienis & peregrinis sapientißimè discreuit. Meritò autem ad publicam omnium credentium utilitatē, Ecclesiarū præsules cōcordi charitate uiros quosdam doctrina & uitæ innocentia præpollentes accerserent, ijsdemq; darent in mandatis, ut sanctorum Patrum monumenta accuratè ac religiosè euoluentes, cōmunicatis consilijs separarēt legitima ac germana omnia à suppositititijs: quandoquidem una hac re studiosis & pijs, imò generatim uniuersis Ecclesijs & scholis, suprà quàm credi potest, bene prospectum foret. Sunt quidem de libris qui ueterum nomina ostentant, admittendis uel extrudendis, nonnulla breuiter relata Dist. 15. cap. Sancta Romana: sed an eruditorum

palato

palato satis ea faciant, in medio relinquo. Si porrò ijdem uiri ab Episcopis designati, separatim exciperẽt ueterũ scriptorum manifesta errata, uel ambiguè involuteq; dicta, eademq; in præfationibus ad singulos autores additis, indicarẽt uitanda, simulq; accõmoda antidota exhiberent: tum sanè possent absq; periculo studiosi nostri in quibusuis ueterũ scriptis exspaciari, & se oblectare. Par censura atq; lima iustè adhiberentur cõmentarijs eorũ, qui superioribus annis celebres extitere. Præstaret nanq; uiuere lucubrationes piorũ hominũ cum aliquibus notis atq; stigmatibus appressis, quàm ob paucula quæ reprehensionẽ quorundam, haud scio quàm æquorum iudicum, incurrunt, prorsus damnari, & flammis deuotos interire. Iccirco ueritus operæpreciũ duxi, obseruationem seu cõmonefactionem hanc de distinguendis opusculis suppositicijs à proprijs ac germanis apponere: quo dispicere assuescant studiosi adolescentes, ex qualibus libellis rationes & firmamenta expromant grauioribus disputationibus admouenda. Neq; enim consultũ est, ex quibusuis quæuis in mediũ afferre. Videmus Petrũ Lombardum, magnum alioqui uirum, multa decerpsisse, & uelut plurimum ponderis habitura transscripsisse in libros Sententiarum, ex operibus quæ D. Augustino sunt falsò attributa: atqui re omni nunc manifestius comperta, fit ut plerisq; incipiant uilescere, quæ olim in summa fuerunt admiratione. Quis enim multum deferat, obscurorum uel prorsus ignotorum hominum pronunciatis?

Obserua-

Obseruatio IIII.

Consultißimũ porrò fuerit, studioſos auſpicari lectionẽ tum à ſcriptoribus, tum à libris facilioribus: quinimirũ materiã minus arduã & inuolutã pertractãt, in quib. docendi ratio apertior inest, & familiarior, quorum deniq; cognitio plus utilitatis creditur pariturа. Quamobrẽ ego Theologiæ candidato primo loco obtruderẽ ex Patribus Cyprianũ, proximè Baſilium, inde Nazanzenũ, tum Chryſoſtomũ. nam hi populari docendi ratione anteire cunctos putãtur. Poſt hos Auguſtinum, Hieronymũ, Ambroſium, Origenem, ceteroſq; pro arbitrio legendos cõmendo & cõmitto. Ex multis autem horum libellis, & prius & maiori curа ſemper excutientur, qui breuiores magisq; peruij exiſtunt, atq; magis accommodati præſenti Eccleſiarum ſtatui. Difficilium verò librorum, & eorum qui tempori non perinde congruunt, lectio differatur in tempus magis opportunum. Malitioſæ mentis opinionem de ſe concitant, qui ut quicq; eſt abſtruſißimum & profundißimum, ita auidißimè rimari expetunt.

Obseruatio V.

Operæprecium eſt diligenter expendi cuiuſq; genus operis, hoc eſt, argumentum, ſiue de qua re inſcribatur, atq; formam. Etenim hac uia rectius intelliget, quid tibi in progreſſu ſit expectandum: clarius uidebis quem ad ſcopum cuncta dirigantur, & num inſtituto ſeruiant, an ſecus: præterea de authoris ingenio, de uiribus in docendo dicendóue iudicium rectius facere poteris. Quemadmodum autem deligũt ſcriptores

res uariam ac multiplicem materiam explicãdam: sic deligunt quoq; diuersam docendi formam, qua quod cupiunt exequuntur. Primùm quidem, quando sacrã interpretantur scripturam, alij libros integros à capite ad calcem suscipiunt enarrandos: alij aliquotam tantùm libri partem, eamq; prolixiorem uel breuiorem, quomodo uisum fuerit. Præterea quidam certos locos uel capita in libris sacris explicant, & breuibus annotatiunculis cuncta absoluunt: quomodo Augustinus in Psalmis nonnullis, & in Hiob, obscuros quosdã locos succinctè illustrauit. Quidam perpetua serie ac certa methodo percurrunt singula: qua ratione Hieronymus interpretatus est Prophetas, Ambrosius Paulinas epistolas. In his uerò omnibus, tenue orationis filum, atq; dicendi genus concisum licet cõspicari: quale nunc scholasticum appellamus. Alij uerò fusius atque splendidius suas prosequuntur enarrationes, & locos diuersos plenius expositos admiscent, prout temporis, personarum & locorum ratio postulauerit. Estq; id genus docendi populare, & ad captum multitudinis, in qua uaria sunt ingenia, comparatum. Pertinent huc commentarij in Homilias distincti: quales legunt plures Origenis & Chrysostomi nomine. Annumerentur porrò his libris separatim cõscripti, ad certos locos scripturarum intelligendos: cuius ordinis sunt commentarij Augustini, in quibus exponuntur locutiones siue phrases aliquot sacrorum librorum: item quæstiones uariæ ad utriusq; testamenti uarios libros concinnatæ, cum illis quas rogatus ab alijs seorsum

sum enucleauit. Epiphanius et Robertus Abrincensis episcopus, disseruerunt de ponderibus & mensuris, quarũ fit in scripturis mẽtio: alius de locis Hebraicis circumferuntur aũt hoc titulo libelli nomine Hieronymi, Philonis, Ioachimi Vadiani, Iacobi Zieglerii alius de uestibus sacerdotalibus: alius deniq; de alio argumento ad intelligendas diuinas literas conducibili. Tantũ de explanatione scripturarum. Cæterùm quando descendunt Patres ad locorum cõmunium Theologiæ patefactionẽ, utuntur sanè & hic diuersis tractationum formis. Quandoq; uolumina conficiunt, in quæ oẽs præcipuos locos Christianæ religionis coacerũat, quantumq; satis est enarrãt: quales scriptores aliquot suprà enumerauimus. Aliquãdo uerò unum aut alterũ locum cõmunem seorsum excutiunt: ut de Trinitate, de prouidentia Dei, de prædestinatione, de peccato, de peccato originali, de baptismo, de cœna Dominica, de gratia, de fide & operibus, &c. Atque hic magna est libertas. Modò nãq; oratoria quadam magnificentia sublimiter, modò uerò prosse & argutè propemodũ philosophorũ more negotiũ peragũt. Aliquãdo idem expediunt institutis elegantibus disputationibus, in quib. falsa dogmata aut philosophorum aut hæreticorum acriter cõfutant: quò spectant libri omnes cõscripti aduersus hæreticos. Videas præterea, ad locorum cõmunium, siue simplicibus, siue cõpositis thematibus exprimantur, tractationem adhiberi à Patribus interdum epistolas, aliquoties dialogos, nonnunquã orationes & conciones, subinde quæstiones ordiné

ordine propositas, tum apologias, deniq; quamcunq; libellorum formã in quouis disciplinarũ genere usurpari solitã. Nam nulla extat, quæ locorum cõmunium explanationi non possit rectè accõmodari. Postremò in his quæ in publicum emissa sunt à patribus ad instituendam et gubernationem Ecclesiarum, non minor libertas & uarietas conspicitur. Itaque quidam libri inscribũtur de functione Ecclesiastica in genere: quidam de certa aliqua illius parte, quod & suprà ostendimus. Et cũ bona pars hic expediatur narratione historica, ut in Ecclesiasticis historijs & similibus: item forma congestarum præceptionum, ut in concilijs & synodis publicis, nec non in deliberationibus uel cõsultationibus priuatis: tum etiam epistolis, dialogis, disputationibus, apologijs, orationibus, homilijs, quæstionibus plerunq; inuenimus discussa. Cum igitur omnes sanctorum patrum lucubrationes deduci hũc in modum ad tres ordines siue classes necessum sit, nempe uel ad interpretationem scripturarum, uel ad explanationem locorum cõmunium, uel ad Ecclesiasticam gubernationem: operæprecium sanè est, simulatq; titulus uel argumentum libri alicuius proponitur, expendas in prius, ad quem ordinem ex hisce tribus referri meretur. Dehinc, quod ad operis formam attinet, animaduerti par est, quousque decorum pro ratione formæ adhibitæ obseruetur: quandoquidẽ aliud decorũ spectatur in epistolis, aliud in dialogis, aliud in historijs, atq; ita deinceps. Vt autem rectè iudices de quocunque scripti genere, multum in frequenti consideratione

ratione tituli, & obseruatione decori situm est. Nõ enim scriptorũ modò, uerumetiã lectorũ interest, operis quod in manibus est titulũ sæpe atq; attẽtè contemplari. Quæ autem decora in unoquoq; scripti genere spectari debeant, non est nostri instituti ostendere.

Obseruatio VI.

Perutile fuerit inuestigare tempus & occasionẽ, qua opus quodq; cõditum sit: imò quis rerum status, maximè in Ecclesijs tum fuerit, cum illud scriberetur. Incredibile quantã lucem ad rectè percipiẽda scripta Patrũ, cõsideratio status Ecclesiæ sit allatura. id quod paulo pòst liquidius patebit. Quãdo igitur propositum est, ueteris alicuius Theologi monumẽta euoluere, disquirito in primis ex libris qui uitas uel scripta eruditorum percensent, cuius Imperatoris uel Pontificis Romani ætate ille fuerit in precio habitus. Tũ historias, si fieri potest, in manus sumito, sed præcipuè Ecclesiasticas: atq; in his res omnes memorabiles annorũ circiter centũ, partim quidẽ quinquaginta antecedentiũ, partim uerò totidẽ sequentiũ ætatẽ illius Imperatoris uel Pontificis collustrato: necnõ singula, quoad licet, animo cõplectitor. In tot autẽ annorũ serie haud difficulter, quis Ecclesiarũ fuerit status, hoc est, tranquillãne & pacata fuerint omnia, an secus: & num religio incrementum acceperit, uel potius immutata fuerit atq; obscurata, notabis. Etenim aduertes in primis, utrum tyranni aliqui persecutiones mouendo, uel alia ratione Ecclesias infestauerint: an ex aduerso Reges ac Principes benignè eam fouerint, &

contra

contra uim hostilem susceperint defendendã. Dehinc, an hæretici, schismatici, uel alij homines, nouas difficilesq; attulerint quæstiones, unde gliscentib. disceptationibus, odiosissimis altercationibus pax erepta, & perturbatio publica piorum secuta sit. Post hæc, utrũ ad sedanda auertendaq; cõmunia incõmoda, celebratæ sint synodi, in quibus uel de dogmatib. fidei, uel de institutione & ordinatione Ecclesiarũ aliquid sit cõstitutum & euulgatũ. Qui præterea uiri eodem tempore clari extiterint, siue Episcopi, siue doctores, qui ingenia sua eruditione conati sint Ecclesias cõseruare, hæreticos cæterosq; aduersarios cõpescere: aut qui in his disciplinis præluxerint scriptores, quósue libros eidem omnes emiserint in lucem. Hæc, & quæ his sunt cognata, oportet apud historicos summatim indagare: utpote ex quibus deprehendere ratiocinando licebit, quis tunc Ecclesiarum fuerit status. Vbi igitur de his omnib. certi quippiã acceperis: tum in legendo uetere scriptore uersaberis non modò tutò, uerùm etiam cũ uoluptate atq; fructu. Etenim qua occasione opus quodq; conscriptũ sit, citò percipies: singula nõ minus ueri expẽdes iudicio, quàm si eodem ipse uixisses tempore: de omnibus insuper quorum fit in cõmentarijs eius mentio, reddere poteris rationem: deniq; perpauca tenebris obducta supererunt, quæ erui atq; in lucẽ protrahi abs te non queant. Itaq; diligenter explorata ex historijs ratione temporum, aduertes quosdã, quoniam uixerunt quo tempore Ecclesiam persequebantur tyranni, lucubrationes suas opportunè instituisse,

ad confirmandos & cõsolandos credentes: atq; cõsol
psisse exhortationes ad cõstantiam in cõfessione fidei,
laudem patientiæ, de dignitate martyrij, remedia &
cõsolationes aduersus mundi uana ludibria atq; insi-
dias, de cõtemptu rerum fortuitarũ: item cõtra gen-
tiles, de prouidentia Dei, contra idololatriã, apologeti-
cos pro religione Christiana, aliáq; id genus cõgru
tia Ecclesiarũ statui. Omnia autem hæc cernere licet,
longè maiore acrimonia, & ardẽtiore spiritu pertra-
ctata, quàm quæ postea sunt edita, ubi sedatis tempe-
statibus dabatur pijs in tranquillo ocio agere. Quan-
do uerò eruperunt nouæ hæreses, coacti sunt sancti Pa
tres ad eas debellandas educere omnes suas copias, &
quæcunque captare consilia, stratagemata proferre,
quibus funditùs deleri illas posse cõfidebant. Vnde cũ
Arius ueneni sui cõtagio Orientem propè uniuersum
infecisset, permulta sancti Patres eduxerũt quasi è la-
tebris, quæ aliàs nunquam attigissent: subinde etiam
quamcunq; cõmoditatem nacti, etiã paullulum ab insti
tuto digredientes, de diuina triade & personarum æ-
qualitate disseruerunt. Quod ut ab antiquissimis illis,
Tertulliano, Origene, Cypriano nõ ficbat: ita ne nunc
quidem à iunioribus usquam fit. Sublata uidelicet oc-
casione, nihil mirũ si desit actio: & ubi nulli talium dog-
matũ assertores superãt hæretici, ibi necessitu nõ po
stulat cõtra eos ut disputetur. Sicut aũt in redarguen-
dis falsis dogmatibus, ita in carpẽdis uitijs, pro tempo
re atq; occasione oblata, modò seuerius uel indulgen-
tius, et modò durius uel blandius, denicq; modò parcius

uel copiosius patres locuti sunt. D. Augustinus in ebrie
tatem acerrimè inuehitur, diuersis locis: sicut Chryso
stomus crebrò & multis disserit aduersus eos, qui iu
rare sine caussa assueuerũt: quòd illis temporibus hæc
uitia sic inualuerãt, ut apud plerosq; pro uitijs uix ha
berentur. Idem Augustinus natura clemens & mitis,
maximè cupiebat hæreticos lenitate ac mansuetudine
emolliri, atq; intercedebat apud magistratũ, ne gra
uius in eos animaduerteretur. sed cum uideret hac uia
nihil proficere, præterea Donatistarum & Circum
cellionum indies magis magisq; exardere furores, ac
non ab homicidijs quidem & nece orthodoxorum eos
abstinere: pronunciauit tandem, ciuiliter peccãtes, &
quidam flagitiosos, etiam ciuiliter puniri debere: qua
re legantur epistolæ, 48 ad Vincentiũ, & 50 ad Bo
nifacium comitem. Iam uerò præter quæstiones de do
gmatibus fidei, subinde propositæ sunt quædã de reb.
mediijs, atq; aliæ quidẽ alijs temporibus. Cũmq; de his
serie & liberè quidam definirent, peruentum quan
doq; est (corruptis uidelicet adfectib. & φιλονεικίᾳ,
quæ non patitur ut quisquam se uictum confiteatur,
ac impellentibus) ad diuturnas atq; periculosas con
tentiones. Quis nescit, de celebratione Paschatis quam
ardẽ excitatæ olim fuerint inter Ecclesias orientales &
occidentales tragœdiæ? Neq; diuersitas illa in celebra
tione Paschatis, causam afferebat, si quid possum iudi
care, sufficientem, ob quam Victor episcopus Roma
nus, orientales omnes anathema esse iubendo, con
cordiam totius orbis discinderet: ac meritò eum

reprehendit Irenæus apud Eusebium, historiæ Eccle-
siasticæ lib.5,cap.24:improbat similiter id factum So
crates Constantinopolitanus, Tripartitæ historiæ lib.
9,cap.38.Itaq; & de eadem quæstione, & de pluribus
eius generis reperiuntur nonnulla à ueteribus perscri-
pta,illo quidem seculo perneccssaria, & cognitu di-
gnißima:cæterùm si antecedēs uel sequens spectes se-
culum,exigui esse momēti arbitreris.Atqui si tales di-
sputationes in manus cuiusquam hoc tempore ueni-
ant,nemo ociosas & steriles omnino esse ducet: quin
potius ut quæ perutiles Ecclesiæ quondam fuerint,ue
nerabitur atq; exosculabitur:illud secum certò statu-
ens,quemadmodum & res est, nos Ecclesias pacatas,
plenius quàm antè edoctas, rectius etiam ordinatas,
nunquam fuisse à maioribus nostris accepturos,si di-
sputationes illæ non fuissent aliquando enatæ, atq; feli
citer dircmptæ: deinde restare adhuc in issdē uel pro-
bationes aliquas,uel docendi methodum, quæ si quan
do forsan iuberemur de negotijs non ualde dißimilib.
pronunciare,magno usui esse nobis possent. Nec du-
bium cuiquam esse potest,sanctos Patres, cum perual
garentur atq; in manibus iactarentur quæstiones per
Ecclesias,interdum nonnulla conceßisse,permotos au
toritate aliorum,uel maioris partis consensione: que
tamen aliàs singula exactius perpendentes,aut quan-
ta mala sequi possent præcogitātes, nunquam fuissent
concessuri. Cuius rei documentum quoddam habe-
mus,tam in Episcopis qui ad synodum Nicænam con-
uenerant, quibus omnibus iam suasum & propè ap-

probatum

probatum fuerat decretum de cœlibatu ministrorum Ecclesiæ, nisi unus Paphnutius cordatior palàm restitisset: quàm in illis qui adhæserunt Cypriano in concilio Carthaginensi, cùm causa eorum ageretur, qui ab hæreticis baptizati ad Ecclesiam reuertebantur. Atq; hodie sanè apud multos, cum de doctrina religionis sermo est, maius authoritas, quàm recta ratio ipsáq; ueritas, pondus obtinet. D. Augustinus nonnulla suis admiscuerat opusculis, quæ Pelagius hæreticus posteà rapuit ad stabiliendum impium suum dogma. Certum uerò est, si Augustinus, cum illa scriberet, cogitasset aliquando pertrahenda ad patrocinium erroris Pelagiani, circumspectius exposuisset singula, nec fuisset necesse pleniorem uerborum suorum interpretationem Retractationum lib. 1. cap. 9 addere. Gennadius autor est, Iulium episcopum urbis Romæ, scripsisse de incarnatione Christi epistolam, in qua egregiè confutabantur qui in Christo sicut duas naturas, ita duas quoq; personas constituebant: sed posteà iudicata est eadem epistola perniciosa, quippe ex qua Eutychianæ & Timotheanæ perfidiæ extracta sint fomenta. Eiusdem ferè generis est, quòd conniuere aliquoties sancti Patres solent in receptis uulgò erroribus, quam uis gentilitatem in parte resipientibus. Tametsi enim hos non apertè probare, tamen segnius etiam improbare uisi sunt: ac forsitan ideo, quòd se prorsus abrogare posse diffiderēt. Tale est, quòd quidā patres, & in his alicubi Augustinus, cōmendant studiū imperitæ plebeculæ, ad sepulchra martyrū cōcurrentis, & uigi

lias atq; ἀγάπας ibi peragentis: atqui idem Augustinus alibi non dissimulat, se aduertisse quòd multi cum superstitione, quidam etiam lasciuè, præsertim in conuiuijs, illa facerẽt. Sic nanq; ait libro de moribus Ecclesiæ catholicæ, capite trigesimoquarto: Noui multos esse sepulchrorũ & picturarũ adoratores, noui multos esse qui luxuriosissimè super mortuos bibunt, & epulas cadaueribus exhibẽtes, super sepultos seipsos sepeliant, & uoracitates ebrietatesq; suas deputãt religioni. Eãq; ob causam epistola 64, ipse adhuc presbyter ad Aurelium episcopũ scribens, modis omnibus petit & suadet, ut uigiliæ ac cõuiuia illa abrogẽtur: adijciens, in Italia & alijs ecclesijs Europæ multis, cõsuetudinẽ illam uel nõ fuisse receptã, uel pridem abolitã: quæ de re nõnihil etiam Confessionũ lib. 6. cap. 2. Hieronymus insuper pro ijsdẽ uigilijs ad sepulchra martyrũ, non argumentis modò oppugnat, uerùm etiã cõuicijs flagellat Vigilantium: si tamẽ ea expẽdisset quæ Augustinus, præterea oculos cõuertisset ad offendicula in uigilijs illis tunc passim conspecta, propter quæ tandẽ ubiq; sunt publico Ecclesiarũ consensu sublatæ, egisset haud dubiè paulo modestius. Aliquoties referũt scriptores Ecclesiastici quædã suo tẽpore in Ecclesijs receptæ: quæ tamen, sicut prioribus seculis fuere incognita, ita posteriorib. sunt omissa, atq; obseruari desierẽre. Quod maximè uerũ est de ritibus & ceremonijs, quas singuli propè describunt diuersas: prout tunc cum omnibus propè Ecclesijs, quæ loco, tẽpori & personis existimabantur congruere, ea liberè instituebantur,

nec

fuit rursus abrogabantur. Vnusquisq; igitur quæ eius sunt generis legens, nihil aliud secum reputabit, quàm tunc fuisse illa usitata, quo loco scriptores ijdem uixerunt: cæterùm iustis de causis factam aliquã mutationem, ideoq; ad nos minus pertinere: posse tamẽ rursus usurpari, si modò ad Ecclesiarũ ædificationẽ ita expediret. Quid? quòd multa sunt in cõmentarijs ueterum discussa, quæ sine lecta prius historia nunq; possis intelligere. Homilias Chrysostomi de exilio suo, de Eutropio præfecto, de Babyla, de Iuuentio & Maximo martyribus, & multas alias, nemo nisi qui historias Ecclesiasticas, in primis Tripartitã appellatã, siue scriptores ex quib. eadẽ est cõflata collustrauerit, assequetur. Idem statuas oportet de multis scriptis Nazãzeni, Basilij, Hieronymi, Ambrosij, Augustini: quorũ argumenta et causas ex historijs ut petamus, ipsa nos cogit necessitas. Cuius rei etiã antè meminimus, cum de historijs Ecclesiasticis sermo esset à nobis institutus. Quin etiã ex ratione temporis, atq; statu Ecclesiarũ explorato, rectius iudicare poteris de multis loquendi formulis atq; phrasib. quibus sancti patres usi sunt. Ante hrij pestiferũ dogma auditũ, uocabulũ τῦ ὁμοσίου, & dissertationes περὶ τῆς ὑσίας καὶ ὑποστάσεως, in commentarijs scriptorũ nõ erãt diuulgatæ: atqui propter hrianos, & hæc & alia quædã omnes deinceps orthodoxi suis lucubrationibus libenter datáq; opera admi fuerũt. Et qui obseruat, in quam ætatẽ inciderit Gregorius primus, minus mirabitur dicẽdi genus, tum res ac uoces pleraſq;, quas subinde in libris suis inculcat.

Efficiũt igitur hæ rationes, ut clarè uideas, tam esse necessariũ ad intelligẽdos ueterũ cõmentarios, explorare, quis quoq; tempore status Ecclesiarum fuerit, quod maximè. Non enim perspicies, qua occasione quid scriptũ dictum ue sit, aut cur certa argumenta à quibusdã autorib. explanata: sed hæsitabis frequentissimè, & tanq; in tenebris palpans oberrabis, immò tanquam in nouum peruectus orbem miraberis, eruncq; peregrina tibi omnia, si historias temporũ, quibus uexerunt sancti Patres, euoluere neglexeris.

Obseruatio VII.

Meritò etiã attendes, apud quos, uel ad quos, uel etiam de quib. oratio instituatur. Nouũ nõ est, sermones subinde temperari, pro personarũ, apud quas, uel de quib. sermo est, cõditione. Aliter agũt eruditi apud fratres infirmos, q̃ apud robustos: aliter deinde cum amicis & familiarib. q̃ cum hostibus, siue philosophis, siue hæreticis. Ac rursus, aliter cum his qui se dociles præbent atq; tractabiles: aliter cum pertinacibus, & præfractæ ceruicis hominib. Ipse Apostolus Paulus luculẽta exempla reliquit, uisenda in suis epistolis: quippe qui lõgè alia ratione agit cum grauibus Romanis, q̃ cum luxui deditis ac delicatis Corinthijs: rursus alia cum Galatis, qui à religione Christiana propè defecerant: alia cum Philippẽsibus ac Thessalonicẽsibus, qui cõstantes in fide perstiterũt: iterumq; aliter cum Tito, Timotheo, ad Episcopi munus destinatis, q̃ cum Philemone priuato, uel cum tota Ecclesia. Eadẽ est causa, cur D. Augustinus in proœmio ad Psalmum 119. admonere

nere uoluit, se quosdã psalmos enarrasse pro concione ad populũ, quosdã uerò piorũ rogatu tantũ breuibus scholijs dictãdo explanasse. Qui namq; animaduertit ad quos, uel propter quos, quæq; scripta sunt, explicationũ diuersitatẽ minus miratur. Maximè uerò locũ habet hæc obseruatio in lectione librorum qui scripti sunt aduersus hæreticos. Etenim in scriptorib. quamlibet præcellentibus, plerunq; deprehendimus, si quãdo enarrãdas suscipiunt scripturas, satis candidè & purè eos id facere, ac suauiter tum decurrere eorũ orationem, instar fluminis lentè ac molliter labẽtis. At uerò ubi sermonẽ instituũt cõtra aduersarios, atq; disputãt cum hæreticis, uel alio hominũ genere, aut etiã pij inter sese: hic citò ebullire uim quandã de uehemẽtioribus adfectibus, & orationẽ eorũ inflari, intumescere, paulatim uerò magno prosilire impetu: non secus atq; flumẽ, quod de excelsis cataractis præceps ruit, ac deinceps uorticosum rapidumq;, quocunq; fertur perrumpit, & obuia quæq; diuisicit. Itaq; scribentes aduersus hæreticos, uidẽtur interdũ modestiæ oblitι: et quorũ intererat candidè ac benignè docere errãtes, ij conspiciuntur cõuicia, maledicta, diras execrationes euomere, quibus miseri non molliri, sed obdurescere: non flecti, sed exasperari solẽt. In Hilario, depugnante aduersus Arianos: in Hieronymo, uelitante cum Vigilantio, Iouiniano, uerum esse quod dicimus, deprehendes. Quoties enim ille Arianos uocat impios, blasphemos, pestes, antichristos, satanas? Hieronymus uerò conuitijs planè ferreis aduersarios uerberat, & quem semel

constituit prosternere, cum totis plaustris cõtumelio-
sorum uerborũ obruit. Quorum aũt animis tales af-
fectus insident, citò à recta uia abripiuntur aliò. Ne-
mo nescit, uehementibus perturbationibus rectũ iudi-
ciũ præpediri. Itaq; quo omni armorũ apparatu atq;
certaminũ genere cuadant superiores, multa sine de-
lectu corradunt, scripturas aliquoties quam in parte
libuerit cõtorquent, probationes plerasq; procul ac-
cersunt, ac duriter ad institutum pertrahunt: ad sum-
mã, quoniã uincere omnino uolunt, quibus modis uic-
toriam reportẽt, minus curæ habent. Ac nescio sanè
quì fit, nonnunquã sancti homines zelo quodã gloriæ
Dei augendæ cõmoti, ardentes & inflãmati, ea persi-
ciunt, quæ nos mirari potius, quàm imitari debere,
quispiã arbitretur. Quo in genere est, quòd Moses ira
percitus, alioqui mitissimus, confregit tabulas digito
Dei scriptas: Exod. 33. quòd Ioannes baptista Lucæ 3.
auditores uocat progeniem uiperarum: Paulus apo-
stolus Galatas appellat ἀνοήτους, id est stultos, uecor-
des: Gal. 3. &c. Nihil putant uiri sancti indecorum,
quòd modò pro incolumitate ac dignitate gloriæ Dei
tuenda fit. Neq; insuper ijdem ita prorsus carnem o-
mnem exuunt, ut humani nihil in eis sit reliquum.
Quæ cum ita se habeant, equidem arbitror, obserua-
tionem hanc non esse abs re propositam.

Obseruatio VIII.

Minimè prætereunda est locorũ, in quibus illu-
stres scriptores egerunt, consideratio. Quemadmodũ
alia alibi est Ecclesiæ facies, ita diuersis locis diuersa
subminis-

ſubminiſtrãtur ſcribendi argumẽta. Ac ne nunc quidem quibuſuis in regionib. quæuis diſputationes opportunè mouentur. His qui ægrotant, non qui ſani ſunt, porrigitur medicina: & in quibus Eccleſijs perturbatè pleraq; gerũtur, minimè mirum ſi in ijſdem nouæ agitãtur quæſtiones. Hinc autem fit, quòd Hieronymus habitãs in Palæſtina, ad id tempus ſic ſatis quieta & pacata, nõ habuerit materiã et cauſſas ſcribendi: quas Auguſtinus agens in Aphrica, ubi Manichæi, Pelagiani, Donatiſtæ, Circuncelliones, et quidã alij, cœlum terræ, quod dicitur, quantũ in ipſis erat, permiſcebãt. Ambroſius uerò uiuens in Italia, decertabat cum quibuſdã Arianorum reliquijs, à cæterorũ hæreticorũ moleſtijs utcunq; uacuus & liberatus. Eſt inſuper locorũ uarietas in cauſſa, cur ritus uſq; adeò multiplices à patribus deſcriptos uideamus: cũ ſingule, non dico prouinciæ, ſed diœceſes & ciuitates, proprios quoſdã ritus olim retinuerint. Ad hæc, cũ peculiarẽ quandã dicendi rationẽ quiſq; ſibi ſculpat et cudat: tum uerò in quorundam ſermonibus diſſimilitudo aliquanta aduertitur, ex qua cuius quiſq; nationis ſit aliquo modo licet agnoſcere. Itaque in Tertulliano, Cypriano, Auguſtino, Arnobio, ſtatuunt, quod ad ſtylum & dictionis figurã attinet, neſcio quid durius ſculum & Punicum: in Hilario, Seuero Sulpitio, Proſpero, quiddam floridum & amœnum, ſpirans Gallicum ingenium: atq; ita deinceps de aliarum gentium ſcriptoribus eruditi pronũciant. Neq; eſt cuiuſuis, de hac re iudicium facere. Hæc autem diuerſitas tota à

locis,

locis, seu regionibus ipsis emanat. Breuiter, contemporanei fuerũt, Basilius Magnus, Gregorius Nazãzenus, Ioãnes Chrysostomus, Græci, & Ecclesiarũ orientalium lumina: eodem autẽ seculo uixerũt tres Latini præstantißimi, & magistri Ecclesiarũ occidentalium: Hieronymus, qui Nazãzeni aliquãdo fuerat auditor, Ambrosius, & Augustinus. sed sicut in diuersis egerũt prouincijs, ita nacti sunt occasionẽ explicandi diuersa argumenta. Quanto autem maior erit argumentorũ & quæstionum discrepantia, apud eos qui non locis modò, uerùm etiam temporibus uixerunt diuersis? Ac ualde admirãda est hac in parte Dei prouidẽtia. Semper enim, quibus locis atq; tẽporibus inflati homines & impostores à Satana impulsi, falsa sparserunt dogmata, ad decipiendos incautos & simplices: ijsdem locis atq; temporib. Deus eximios aliquos uiros sancto suo afflauit spiritu, qui pro sana doctrina propugnarent, impias uerò opiniones delerent. Neq; ulla tempestas tam fuit hæreticorũ ferax, quin eadem plurimos etiã produxerit doctores orthodoxos, qui illis compescẽdis sufficerẽt. Itaq; cum plurimi hæresiarchæ caput extollerent, & Ecclesiam hinc inde quasi diuersis cohortibus ac turmis instructis impeterent, quatereẽtq;: tunc Deus celeberrimos illos doctores, quos proximè diximus, tãquã de cœlo terris immisit. Atq; tũc quidẽ Eunomiani, Macedoniani, Anomæi in Asiã facessebãt pijs negociũ: sed inuenerunt hi strenuos antagonistas, præter Basilium, Gregorium Nazanzenum, Chrysostomum, etiam Apollinarium, Didymum Alexandrinum,

nium, Gregoriũ Nyſenũ. Non pauci etiã tunc in Aphri ca, ut dictũ eſt, moliebãtur aliquid aduerſus ſponſam Chriſti Eccleſiam: ſed repreſſi fortiter ſunt ab Auguſti no, & quibuſdã alijs Chriſti athletis. In Europa, ad do manda hæreticorũ monſtra labores tantum nõ Hercu leos ſubiuerũt Hieronymus & Ambroſius: poſt hos etiam Proſper & Fauſtus, epiſcopi apud Gallos clari. Vſq; adeò Deus eccleſiam ſuam nunquã prorſus deſti tuit, ſed omni tempore idoneos mittit medicos, qui ad uerſus morbos quibus laborat Eccleſia, & uulnera ei dem ab hoſtibus inflicta, opem ac certa remedia affe rant. Orandus uerò eſt Deus nobis omnibus aſſiduè, ut nũc quoq; protrudat in ſuam meſſem fidos opera rios, quorum diligentia ac uirtute, Eccleſia nunc, ſi un quam aliàs, infeliciter oppreſſa, repurgetur, hæreſes extirpentur, doctrina ſana ubiq; plantetur, & mores hominum corrigantur.

Obſeruatio IX.

Iuuaberis aliquantum ad rectè iudicandum, ſi de uitæ genere, quod ſcriptor quiſq; amplexatus eſt, in quiſieris: nempe utrum eccleſiam aliquam guberna rit epiſcopus factus, ſeu preſbyter, an priuatus uitam tranſegerit: num in ampla ciuitate, in celebri ſchola, uel frequenti cœtu fratrum publicè docuerit, an in ua ſta ſolitudine, uel fortè apud horridos, impexos, incul tosq; homines, quales pleriq; olim fuerunt monachi, conſumpſerit ætatem. Neſcio ſanè quî fit, quicunq; pu blico in munere ſunt uerſati, ſemper propemodum cõ periuntur longè grauius, doctius, terſiusq; ſua abſol uiſſe

uisse uolumina, quàm cæteri qui nequaquam præfuerunt ecclesijs. In disputationibus Augustini episcopi, ac Hieronymi, uita priuata & quiete gaudẽtis, aduersus hæreticos (præcipuè uerò aduersus Iouinianum, quem uterq; ualidis arietibus impugnauit) deinde in libris aliquot didascalicis, in quibus dogmata uel loci cõmunes explicantur. facilè uerũ esse quod dico percipiet, quisquis non pigrabitur acri cura conferre. Ad hæc, qui in frequenti schola uel numeroso cœtu piorũ professi sunt, ut Origenes, August. & similes, exactius ac neruosius colligunt, aptius disponunt, mouent atq; afficiunt iucundius uehementiusq;, disputãt subtilius, quàm cæteri qui coram multitudine ac turba se nunquã exercuerũt. Monachi porrò, atq; id genus homines, conuictum reliquorũ refugientes, dum rerum in Ecclesia et ciuili societate frequenter euenientiũ sunt prorsus ignari, dum itẽ immoderatis uigilijs, inedia, & similibus laboribus aliquoties lædunt totius corporis ualetudinem, ac proinde animi quoq; obtundunt uigorem: plurimùm etiam iciunum, aridum atq; inane quiddam, uim melancholiæ aut phlegmatis exuberantis contestans, in suis monumentis proferunt: & uix unquam magno usui sunt, quæ tales commentantur. Deprehenditur autem uitæ genus quorũuis scriptorum, partim ex proprijs ipsorum libellis, partim ex eorum commẽtarijs, qui uirorum illustrium uitas uel opuscula edita percensuere.

Obseruatio X.

Dignum etiam est quod admoneatur, insticiendã aliquando

aliquãdo esse, dum liceat, ipsius autoris ætatem, qua opus unũquodq; euulgauit. Poetæ narrant de olorib. quòd instante morte canant dulcißimè. Idem iustè dici queat & de scriptoribus Ecclesiasticis, quos certũ est senili ætate multo sanius & suauius, quàm in iuuenili, scribere. Quam ob caussam, quæ à senibus scripta constiterit, ea tanquam senatorias sententias accipere licebit, atq; sequi in definiendo tutum erit: quæ uerò à iuuenibus scripta, sic quidem aßeuerari intelligemus, credibile interdum ut sit, senes eadem forsan fuisse improbaturos, aut nõnihil saltem correcturos. Expiscari uerò ætatem qua libros suos quisq; legendos multitudini permiserit, tametsi difficilimum sit, disci tamen aliquo modo subinde poterit. Nonnunquam quidem ex opere in quo scriptoris uita, uel catalogus librorum eius extat descriptus. Quod genus est, quòd Hieronymus in libello de scriptoribus Ecclesiasticis ait, Theodorum siue Gregorium Neocæsariẽsem admodum iuuenẽ scripsisse πανηγυρικὸν εὐχαριστίας: Lactantium Firmianum uerò adolescentulum, Symposiũ, & ὁδοιπορικὸν edidiße: deniq; à Victorino Afro, ætatis decrepitæ homine, elaboratos eße libros aduersus Arium, & Cõmentarios in Apostolum, &c. Aliquando ætatem colligimus ex historijs Ecclesiasticis, in quib. quo tẽpore maximè floruerint, aut quãdo ad ministeriũ Ecclesiasticũ fuerint acciti, exprimitur. Sic uerò Tripartitæ historiæ li. 10. ca. 3. Socrates Constãtinopolitanus refert de Ioãne Chrysostomo: Zeno episcopus, reuersus Hierosolymis, Ioãnẽ instituit in ec

clesia

cleſia Antiochena Lectorem: in quo officio adhuc poſitus, librum euulgauit contra Iudæos. Poſt modicum uerò tempus etiam Diaconatum à Melitio promeruit, de ſacerdotio alium fecit librum, aliosq; plurimos explanauit. Vides, quæ prima uolitarint per manus hominum opuſcula Chryſoſtomi. Interdum conſideratio rerum geſtarum in Eccleſia uel republ. quarum ipſi inter ſcribendum memimerunt, aliquid de ætate ſuggerit. Aliquoties ex ipſorum uerbis, quibus uel ætatem ſuã apertè teſtantur, uel quo ordine quos libros in publicum emiſerint, ipſi inſinuant. Prioris formæ exemplum eſto, quòd Hieronymus refert, cum puer ipſe eſſet, atq; in Grãmaticæ ludo exerceretur, interfectum Iulianum: anno autẽ ſexto Conſulatus Archadij Auguſti, & Annicij Probi, ſe ætate fuiſſe prouecta, atq; tunc enarraſſe Zachariã prophetã, & miſiſſe Commentarios ad Exuperium Tholoſanũ: quorum illud legitur in expoſitione tertij capitis Habacuk, iſtud uerò in præfatione ad cap. 6. Amos. Ad poſteriorẽ formã pertinet, quòd idem Hieronymus in epiſtolis ad Auguſtinum ſeſe uocat ſenẽ: hunc uerò iuuenẽ, & ætate filiũ, quãuis parẽtẽ dignitate. quòd in præfatiõe ad Abdiã prophetã ait, ſe in adoleſcẽtia enarraſſe eum prophetam ſenſu allegorico: ſimiliter adoleſcentẽ & Romæ agentẽ ſe emiſiſſe diſputationẽ aduerſus Heluidiũ ſcribit, ubi interpretatur cap. 44 Iezechielis: ſenẽ aũt & cano capite, & corpore imbecilli, expoſuiſſe Amos, Abdiam, atque alios quoſdam prophetas, idq; triginta plus minus annos poſtquam rhetorum ſcholas reliquiſſet.

quisset. Iam sæpenumero eo ordine collocati extant tractatus, quo fuerũt ab autorib. primùm cõditi: ut nõ dicam, quòd ipsi quandoq; mentionẽ ordinis faciunt, quem in scribendis uolumimib. tenuerũt: & subinde in exordijs uel epilogis, quomodo ab uno libro ad alium transitus pateat, demonstrant. D. Augustinus lucubrationes suas ordine enumerat, dilucidè exponẽs quæ in actis, quæ senex, id est quæ recẽs baptizatus, quæ presbyter, quæ episcopus in lucẽ uolumina ediderit. Quo item tempore, quoue ordine, tum cõmẽtarios in prophetas, tum alia quædã opuscula legenda dederit D. Hieronymus, animaduerti magna ex parte potest ex diuersis præfationibus: præcipuè uerò ex duabus, altera ad Amos, altera ad Ionam prophetas. Postremò ex stili diuersitate in libris apparẽte, ratio ætatis utcunque colligitur. Nam si quid iudicare possum, in ijs libris quos iuuenes cõscripserunt, plerunq; affectatum arcessio quid, & luxurians, tum durum ac scabrum, ac generatim uerborum maior quàm rerum cura cõspicitur: contrà à senibus editi, frequenter rerum diuite & exquisitâ supellectile, orationis mundicie & gratiâ, cui coniuncta sit grata perspicuitas, magis sunt commendabiles. Quam ob caussam in libris ratione stili æstimandis, prudentes cautosq; esse oportet. Cæterum ut hunc in modum, tam de uitæ genere, quàm de ætate cõsideranda, in uetustis scriptoribus aliquid adijcerem, cõmonefecit utcunq; Hieronymus, partim in epistola quadam ad diuum Augustinum, partim in præfatione ad Abdiam prophetam. Etenim in illâ, de

uitæ genere obseruando sic insit: Peto in fine epistolæ, ut quiescentem senem, olimq; ueteranum, militare nõ cogas, et rursum de uita periclitari. Tu qui iuuenis es, & in pontificali culmine constitutus, doceto populos, & nouis Aphricæ frugibus Romana tecta locupleta. Mihi sufficit, cum auditore & lectore pauperculo, in angulo monasterij susurrare. In hac uerò, qua nimirũ damnat cõmentationes quas iuuenis in Abdiam digesserat, & commendat quas tum senex parturiebat, nos ætatem spectare his uerbis iubet: Per uetera uestigia, inquit, rursus ingrediar, emendans si fieri potest curuos apices literarum. Infans eram, necdum scribere noueram: titubabant manus, tremebant articuli. Nunc, ut nihil aliud profecerim, saltem Socraticum illud habeo: Scio, quod nescio. Dicit & Tullius tuus (Pammachium alloquitur) adolescentulo sibi inchoata quædã & rudia excidisse. Si hoc ille tam de libris ad Herennium, quàm de Rhetoricis, quos ego uel perfectissimos puto ad comparationem senilis peritiæ, dicere potuit: quãto magis ego liberè profitebor, & illud fuisse puerilis ingenij, & hoc maturæ senectutis? In libris quoq; contra Marcionem Septimius Tertullianus hoc idem passus est: & Origenes in Cantico canticorum: & Quintilianus in XII libris institutionis Oratoriæ. Ex quibus perspicuè ostenditur, unamquanq; ætatem in suo esse perfectam, & ex annorum debere numero iudicari. Hæc ille. Longum autem foret omnia adnotare, quæ secundũ has de quibus diximus, et quascunq; alias circunstantias expendi in sanctorũ Patrũ monu-

mentis ma
gotijs spir
præterim
Vide et
losophica
nemo, uet
sibinde sui
tribis asper
mutuò sum
esset, uti nu
dere studio
discus, Seue
annum Chr
Italia & Go
tè interpre
& cuncti ho
nicæ oper
iam est Soc
storiæ lib. 5.
oratorem R
rat, qui Chri
multa de Pla
surparũt, &
tu atq; orna
nicorum fuij
riatur: quin
nica, ceu pro
detia, de Cin

mentis meritò debebãt. Atqui legendi usus, atq; in negotijs spiritualibus profectus, multarũ rerũ, quas nũc præterimus, perspicientiam & cognitionem adijciet.

Obseruatio XI.

Vide etiam atq; etiam in Patrum monumentis, Philosophica à Theologicis ut sapienter secernas. Ignorat nemo, ueteres Theologos, in primis Græcos, solere subinde suis cõmentarijs pleraq; ex philosophorũ diatribis aspergere, maximè uerò ex Platonis Academia mutuò sumpta. Siquidem cum Aristoteles nondum ita esset, uti nunc, cõmendatus (nam primus eum obtrudere studiosorum manibus cœpit Alexander Aphrodiseus, Seuero & eius filio principibus: id est, circiter annum Christi 200. postea uerò, ubi scholæ publicæ in Italia & Gallia sunt institutæ, aggressi sunt eum publicè interpretari:) unus Plato omnibus erat in delicijs, & cuncti bonarum literarũ cultores philosophiæ Platonicæ operam in scholis nauabant. Cuius rei testis etiam est Socrates Constãtinopolitanus, Tripartitæ historiæ lib. 5. cap. 13. Hieronymus scribens ad Magnum oratorem Romanũ, clarissimos uiros multos enumerat, qui Christianæ religionis agentes negotium, permulta de Platonicorũ & quorumuis gentilium libris asserparũt, & quidem non aspernando Ecclesiarũ fructu atq; ornamento. D. Augustinus uerò, se de Platonicorum fuisse cõtubernio, nõ uno loco narrat & gloriatur: quin etiã cõmendat aliquoties dogmata Platonica, ceu proximè ad Christianæ fidei doctrinã accedentia, de Ciuitate Dei libro octauo, & in Cõfessionib.

Vbicunq; igitur philosophica occurrũt, duo sunt, in quæ animo oculisq; intentum esse pium lectorem oportet. Alterum, ut dispiciat, qua occasione, quem ue ad finem, illa à scriptorib. Theologis adhibeatur. Alterum, ut caueat modis omnibus, ne lubricis opinionib. philosophicis, quæ specie recti frequenter imponunt etiam sapientibus, in animo locum det, & præ his negligat certã ac solidã doctrinã in sacra scriptura expositã. In quorũ utroq; quomodo cõsulere sibi quisq; queat, breuiter indicabimus. Quod ad prius illud attinet, animaduertimus, quatuor in primis de causis philosophica placita Theologorũ cõmentarijs esse admixta. Prima hæc est. Plerique ex uetustis scriptorib. adolescentiã aut uirilẽ ætatẽ prius sunt ingressi, quàm ad doctrinã sacrã uel Christianã religionẽ animũ applicarent: quicquid uerò anteceſſerat tẽporis, id audiendo uel etiã docendo Philosophica, & literas humanitatis appellatas, cõsumpserunt. quod de Augustino & quibusdã alijs notissimũ est. Nonnulli uerò, in quibus Pantenus, Heraclas, Ammonius, Origenes, Didymus, Anatolius, et alij, tum quoq; cum sacras literas Alexandriæ uel alibi profitebantur, in philosophiæ partibus pariter tradẽdis in schola adhuc fuere aliquandiu occupati: Eusebio referente, historiæ Ecclesiasticæ lib. 6. cap. 15. His igitur, qui aut à teneris unguiculis, & antequam Christi sacris initiarentur, doctrinam philosophicã imbiberant, aut adhuc postquã initiati fuere, in eadẽ se oblectarũt atq; exercuerũt, perquàm difficile fuit illam prorsus abijcere, & non amplius quæ diuin per-

perceperãt, reducere ad memoriam. Tritum est prouerbium, primam saliuam semper optimè sapere: & herere tenaciſſimè, quod rudibus annis perceperim. Qui autem hoc pacto, partim quia diutiſſimè aſſueuerunt, partim uelut recreandi animi gratia ex philoſophiæ adytis eruta in Chriſtianorũ officinis oſtentant: illis meo iudicio exiſtũt perſimiles, qui cũ onuſti opibus Aegyptiorũ peruenirẽt in deſertũ ultra mare rubrum, reſpirantes paululũ & quieſcẽtes, ſuas aperiebant ſarcinulas, atq; uicinis cõmonſtrabãt quid ſecum ex Aegypto aſportaſſent: uel illis potius, qui ad conditionem qua paulo antè apud Aegyptios uixerãt, hoc eſt, ad ollas carniũ, ſimilesq; in triſti ſeruitute ſordidas luticias reſpectabãt, atq; earundẽ recordatione animum ſuum reficere miſeri uolebant: Exod. 16. Secunda cauſſa, ob quam Theologi philoſophica quædã referunt, plus laudis quàm præcedens obtinet: utpote p quã legitimus philoſophiæ uſus patefit. Vſi ſunt philoſophia, ſed declarare uolentes, quomodo ipſa tanquã fidelis ancilla ſeu pediſſequa, ſeruire debeat dominæ ſuæ, & omniũ diſciplinarũ reginæ, Theologiæ. Quicquid enim eximium in philoſophia, quamlibet latè diffuſa inest, par eſt ad Theologiæ dignitatẽ ornandã, ampliandamq; cõuertatur. Nec poteſt niſi noxia eſſe philoſophia, quàm diu ad Dei gloriam non dirigitur. Sunt nanq; artes liberales, Phyſice, Ethice, & quæcunque philoſophiæ nomine cõprehenduntur, præclara Dei dona, quibus philoſophi plerique omnes aut ad Dei contumeliam, aut frequenter ad hominum, quandoq;

etiam ad suam ipsorũ perniciem turpiter sunt abusi quorum alterum quidem effectum est, quãdo Deum, qui se manifestauit ipsis, non coluerũt quemadmodũ decebat, sed spreto eo, alios sibi Deos beatitudinis largitores cõmenti sunt: alterum uerò, quãdo uel tradendo falsas & idololatricas opiniones, uel dando pestifera consilia, innumerabiles homines in discrimen pertraxerunt. Itaq;, quoniã gentiles philosophia nescierunt rectè uti, iusto Dei iudicio ipsi, tanquam indigni possessores, ea spoliantur per Christianos: quorum officium est, deinceps illa decenter uti: atq; quicquid in ea boni inuenerint, cùm ad sanctificandum celebrandumq; Dei nomen, tum ad procurandã humani generis cõmunem utilitatẽ expendere. Qua in re non minus gratũ Deo præstãt obsequium, atq; olim Hebræi, qui diuino iussui morem gerentes, exuerunt Aegyptũ auro, argento & preciosis uestibus, & nõ multo pòst hæc ipsa alacri animo cõtulerunt ad extruendũ tabernaculum, in quo Deus maiestatem suam notam testatamq; facere, ac religiosè ab uniuersis adorari & coli uoluit. Quam rationem D. Augustinus de doct. Christiana lib. 2. cap. 40. & Hieronymus in epist. ad Magnum oratorẽ, doctissimè exponũt, multisq; argumentis cõprobãt: ac nisi deterruisset prolixitas, maluissem eam ipsorum uerbis quàm meis referre. Quedam insuper in eandem adnotãtur sententiam Dist. 37. Debebant autẽ scriptores his duabus caussis iam expositis nõ ita facile permoueri, atq; aut parcissimè dogmata philosophica expromere, aut semper cautionẽ seu opportunam

portunam interpretationem statim adhibere. Etenim quicunq; philosophiam nimis familiariter intromittit in cõclaue, ubi amplißima negotia ſpiritualia pertractantur: atq; audita eius ſentẽtia ac cõſilio, nõ cõtinuò adijcit ex penu uerbi Dei temperamentũ: hic nõ modò improuidis lectoribus dubitandi errandiq; exiſtit autor, uerùm etiã tacitè de ſe ſuſpicionem omniũ animis injcit, quòd philoſophiæ diuturno cõmercio ac lenocinijs ſeductus, perperam ipſe ſenſerit, & meliora ignorarit. Quod haud ſcio an ipſi Auguſtino, epiſcopo & ſeni, & per omnia laudatißimo, quandoq; uſuuenerit. Is nanq; Enchiridij ad Laurentium cap. 58. diſputans de natura angelorũ, cum dixiſſet ſe ambigere, num rectè aliqui cõſtituant ordines angelorũ, in quibus alios uocant archangelos, alios dominationes, alios poteſtates, alios uirtutes, &c. mox ita ſubijcit: Sed nec illud quidem certum habeo, utrum ad eandem ſocietatem pertineãt ſol & luna, & cuncta ſidera: quãuis nonnullis lucida corpora eſſe, nõ cum ſenſu uel intelligentia, uideantur. Hæc dubitatio ex Platonicorũ aſſertionib. animo Auguſtini inhærentibus, et forſitan hunc apud philoſophantium cõuenticula iactatis, nata eſt: apertè aũt hoc dogma. Platonicorũ uerbo Dei repugnare deprehenditur. Neq; enim definit ſcriptura, ſolem, lunam, ſtellas, eſſe animalia ratione ac ſenſibus more noſtro, ut illi uolebãt, prædita: multo minus deſinit eſſe creaturas angelis pares, uel angelorum cœtui annumerandas: ſed perſpicuè ait, corpora eſſe per ſe à Deo cõdita, quæ emineãt & luceant in firmamẽto cœ

li, atq; lucem impertiẽdo omnibus hiſce inferioribus, diſcrimen faciant diei à nocte: quin etiam ſint in ſigna ac ſtata tempora, in dies atq; in annos, ut nimirũ anni partes omniumq; temporum uices ordinent ac moderentur. Gen. 1. Pſal. 104. 136. Neq; etiã ſtellæ decernuntur eſſe ſpiritus, quemadmodũ angeli. Pſal. 194. Heb. 1. Sed alij melius de tota hac re iudicabunt. Idcirco autẽ adſcripſi hæc de beatiſsimo patre Auguſtino, quo omnes aduertentes quid tanto uiro acciderit, certius intelligant, attentione opus eſſe multo maxima in legendis dijudicandisq; lucubrationib. neophytorum, atq; aliorum quorumcunq;, qui philoſophorum lacunis et cœno prope toti ſunt immerſi. Allegoria eſt uenuſtiſſima, qua admonet Hieronymus: ſi philoſophorum placitis & quibuſcunq; dictis uti libuerit, operæpretium eſſe abradamus & præcidamus in ijs quæ ſuperuacanea uel noxia cõſpiciuntur, dum apta fiant omnia noſtræ religionis argumentis, quæ habemus in manibus. Domini uoce in Deuteronomio præcipitur, inquit, mulieris captiuæ (cum qua Philoſophiam uult conferri) radendum caput, ſupercilia, omnes pilos corporis amputandos, & ſic eam habendam in coniugio. Quid ergo mirum, ſi & ego ſapientiam ſecularem, propter eloquij uenuſtatem & membrorum pulchritudinem, de ancilla atq; captiua Iſraelitiden facere cupio? et ſi quicquid in ea mortuũ eſt, idololatriæ, uoluptatis, erroris, libidinũ, uel præcido, uel rado: & mixtos purpureo ſimo corpori uernaculos ex ea genero, Domino Sabaoth? Labor meus in familiã Chriſti proficit: ſtaprũ

in alie-

in alienam, auget numerũ conseruorũ. Sed hæc de secunda causſa satis. Tertiò, coacti sunt sancti Patres sæpenumero ad philosophicas res descendere, propter aduersarios, siue gentiles, siue hæreticos. Si quando enim nostris hominibus negotium fuit cum gentilibus, apud quos sacra scriptura in nulla aut modica erat existimatione: necesse habebãt nostri ex philosophis, poetis, historicis, omniq; gentiliũ bibliotheca, quam solam illi recipiebãt ac uenerabantur: conquirere, quod pro se ueritate tuenda faceret, atq; ita gentiles suo ipsos gladio cõfodere. Quod Apostolum quoq; feciſſe uidemus, qui nõ dubitauit, disputãs apud Athenienses, præterea scribens ad Corinthios, et ad Titum, testimonia de poetis sumpta usurpare. Qua in re adeò deinceps profecerunt nostri, & pleraq; inuictæ æternæq; religionis nostræ capita certa esse tam euidenter ex ipsorum gentiliũ monumentis demonstrarunt: ut non pauci gentiles ad nostrã religionẽ, cõtempta sua auita, amplexandã adducti sint: ut Adrianus Imperator, delinitus libro quem ei obtulit Quadratus episcopus Atheniẽsis, persequi nostros destiterit: ut Iulianus, tantam inuidens nostris gloriã, ratus sit publico edicto cauendum, ne literis philosophicis dare operã Christianorum liberi amplius permitterentur. Aduersus hæreticos aũt nostri depugnantes, arma philosophica arripere, seq; ijs munire sunt coacti: quòd cernerent eos, quamuis scripturas admitterẽt, tamẽ errorũ suorũ uenena, ex philosophorũ & poetarum Circæis poculis primùm hausiſſe, deinde ex ijsdem præsidium omne

petere solitos. Quã ob caussam nõ minus lepidè quàm uerè dixit Tertullianus: Philosophos esse hæreticorum patriarchas. Hæretici nanq; , ingeniosissimi ferè semper homines, dialecticorum contortis & aculeatis sophismatibus, atq; omni instrumento philosophico pulchrè instructi, magnã & firmam sibi spem inijciebant de religionis nostræ doctrina per se simplici, et omnibus auxilijs externis orbata, citò ac facilè euertendã. Atqui nostri, maximè qui antea in philosophorum castris militassent, necnon eminus & cominus, & quouis telorum genere certare essent periti & parati, uiriliter restiterunt: & iacula philosophica in Ecclesiã uibrata, celeriter admirabili agilitate ac uiribus retorserunt in aduersarios, qui emiserãt. De qua hæreticorum uersutia, ac uicissim nostrorũ heroica uirtute, ex Tertulliani, Irenæi, Epiphanij, Augustini, aliorumq; scriptis contra hæreticos paratis, plura licet cognoscere. Quartò & postremò, uisuntur splendori rerũ theologicarũ implicata & cõmista nõnulla de philosophia humana, propter quæstiones quasdã ab ipsis Christianis in Ecclesia propositas. Disputatũ est Hieronymi et Augustini seculo de origine animæ, & utrum anima sit ex traduce? Et ante ea tempora, utrum Deus sit incorporeus, an uerò & anima incorporea existat? Præterea de arbitrio & uoluntate humana, & pluribus huiusmodi. Vt non dicã, in principio Geneseos, in Psalmis, in Hiob, in Ecclesiaste, tanquã in cineribus reconditas esse quasdã hinc inde scintillulas, ex quib. interpretes, si modicè saltẽ afflauerint, suscitare citò queã dispu-

disputationũ philosophicarũ ingentes flãmas. Hoc aũt genus quæstionũ cum non possit reuera expediri sine philosophiæ, præsertim naturalis, adminiculis, quid effecissent eruditi theologi, si à cõmorantibus in uicinia philosophis nihil quicquã supellectilis mutuò accepissent? Quid? quòd nõnulla à philosophis olim discussa, magnam habent cum doctrina Christiana affinitatẽ? fatagunt uerò theologi ostẽdere, quomodo accipi eadem debeant, & distinguũt qua in parte ueritati consentanea loquuti illi fuerint, quáue in parte hallucinati. Tale est, cũ quæritur: an peccata omnia sint, ut Stoici opinabantur, paria? an probari possit eorundẽ Stoicorum ἀπαθεια? an uirtutes gentilium æquent uirtutes Christianorum? an quorumuis hominum, etiamq; impiorum, benefactis rependat Deus præmia? Vtrum mundus ex nihilo extiterit, an ex præiacẽte materia? an idẽ sit sempiternus, aut finẽ habiturus? utrũ gubernetur numinis prouidẽtia, aut casu fortuitoq; ferãtur omnia? An sit fatũ? an necessitate fatali cũcta eueniãt? An stellæ et corpora cœlestia aliquid ualeãt in dirigendis hominũ uoluntatibus? Non possunt sanè effugere theologi, quin de his & similibus quæstionibus interdum differant: non possunt autem quantum satis erit differere, philosophia penitus eliminata & excluſa. Ex his omnibus igitur promptũ est dispicere, quas ob causſas scriptores theologi locos philosophicos aliquoties obiter attingant, uel excutiant diffusius. Itaque pij lectoris officium est, diligenter aduertere in autoribus, quibus euoluendis distinetur, quo de negotio

potiſſi-

potißimum hi disputẽt: quod ubi probè intellexerit, perfacilè agnoscet, qua occasione, & quem ad finem philosophica sint adhibita: id est, an propter studium diu multumq; in ijs antè collocatum: an ut ueritas ijsdem philosophiæ ostendatur, atq; ea Christianorũ res ornentur: an propter aduersarios, seu gentiles, seu hæreticos: an denique ob quæstiones aliquas in ecclesia agitatas. In eam uerò partẽ accipiat & interpretetur oportet omnia, in quã deprehendit ab ipsis scriptorib. esse in mediũ prolata. Iam uerò quod ad posterius attinet, de quo initiò diximus, quòd nimirũ cauendum summopere sit, ne quis cõtagione ex philosophorum thesib. & pronũciatis cõtaminetur, et ne insidiosè sollatur quispiã blandis atq; artificiosis subtiliũ hominũ persuasiunculis, facilè, & in tẽpore, dum ipsi uolueri-mus, succurritur. Quisquis, tum ex sacris libris canonicis, tum ex lucubrationib. inscriptis de Locis cõmunibus theologiæ, uel de ecclesiasticis dogmatibus, sanã doctrinã religionis Christianæ semel imbibit, ac proinde expeditè potest uera dogmata discernere à falsis: præterea assueuit, quotiescunq; obscurũ uel dubiũ quid obuenerit, ad Lydiũ lapidẽ scripturæ sacræ recurrere & probare: huic integrũ erit, sine offensione ac detrimẽto, in monumẽtis nõ tantũ theologorũ, qui nihil aliud quàm hinc inde philosophica quædam tenuiter aspergunt, sed ipsorum quoq; philosophorũ, ex quibus eadem omnia sunt deprompta, uersari.

Obseruatio XII.

Sunt non pauca in superioribus libris, tam cum de scripturis

scripturis canonicis, quàm cum de locis communibus, ac deinde uoluminibus explicantibus gubernationem Ecclesiarum ageremus, à nobis exposita, quæ eum qui cuoluit sanctorum patrum commentarios, decet accuratè adnotare, dum in uotis habet, simul prudenter assequi singula: simul, quæcunq; assecutus fuerit, ad frugem spiritualem traducere. Sunt autem eiusmodi. Spectanda esse in primis antecedentia & sequentia, tum circunstantias, hinc causas: dein omne artificium, seu dialecticum, seu rhetoricum: item debere intẽtum esse animum, non tam ad uerba quàm ad mentem scriptorum: præterea si quæ non potes in præsenti assequi, eorum inuestigationem pleniorem in aliud tempus proferendam: ad hæc explorandum, quid ut tempori, loco, totiq; Ecclesiarum statui congruens dictum sit: deniq; acriori iudicio notandum, si quid de historijs, concilijs, canonibus Ecclesiasticis memorabile profertur. Satis sit hæc in transcursu attigisse: quando paucula ista tacitè recordationem inducẽt quarundam aliarum obseruationum antecedentium, quas nunc repetere neq; necesse est, neq; sine tædio possemus.

Obseruatio XIII.

Quod si post hæc omnia tentata, adhuc locus aliquis spinosus suspectusq; restat: non protinus definies dogma asseuerari, cui nigrum ⊖ præfigi debeat: sed tantisper differes noui erroris uel hæreseos crimen impingere, dum librum in quo hæres, totum, aut etiã alios ab eodem emissos autore perlegeris. Consilij nostri ratio hæc est. Crebrò, quod uno loco apparet durius

rius uel intricatius dictum, id alio loco scriptores tradũt euolutius: atq; ibi uel repetunt sententiã suam eadem prorsus forma: uel si corrigendã mutandámue duxerint, addunt cõmodiorem interpretationem. Idq; si non in eodẽ libello, at fortè in alio quopiam faciunt, quem maturiore ætate euulgarunt. Quemadmodũ in sacra Scriptura, ita in eiusdem interpretibus, locos conferre cum locis, atq; ex perspicuis ueram expositionẽ obscurorum eruere, sanè quàm necessarium est: neque antè conuenit definire, quàm collatio hæc fuerit diligenter absoluta. Verùm quid fiet, inquis, quando author à sententia suspecta nusquam discedit, sed pergit eandem canẽs ubiq; cantilenam? Superest inquã, aliorum quoq; illustriũ scriptorũ, qui aut eadem ætate, aut nõ longe pòst, fama fuerunt super æthera noti, suffragia tanquã conuocato Senatu roges, atq; excipias: uel num in Synodo aliqua, aut certè in libris Locorũ communium, seu Ecclesiasticorum dogmatum sit ea de re definitum, explores. Quod prior non uidit, uidit posterior: & multorũ oculi circumlustrant ac penetrant, quò unus uisu pertingere haud potuit. Itaq; unius eruditi latentem errorem, alius sequens detexit, atq; remedium seu alleuamentum adhibuit: & quod in uno concilio fuerat improuidè sancitum, in alio est tempestiuè improbatũ, correctumq;. Exẽpla in conspectu sunt nõ rara. Cypriani errato de rebaptizandis his qui ab hæreticis baptismũ receperant, ne quis deciperetur in posterum: Augustinus alijq; plures sententiam contrariã diligenter exponẽtes, cauerunt. Ne Tertulliano disputanti

tanti de monogamia, ac damnãti cum Montano secundas nuptias, aliqui pertinacius adhærerent, cõmonefecit Hieronymus, ubi in libro de Scriptoribus ecclesiasticis ait, nominatim libros de monogamia, de pudicitia, de persecutione, de ieiunijs, de ecstasi, aduersus Ecclesiam esse conditos. Quamuis quod ad monogamiæ causam attinet, Hieronymus ipse in eandẽ incurrit reprehensionem: quippe qui in epistola ad Geruntiam uiduam, à Tertulliano haud uidetur dissentire. Vbi deinde idem Hieronymus aduersus Iouinianum, sic tuetur dignitatem uirginitatis, ut iniuria afficiat coniugium: Augustinus ceu peritißimus medicus, offendiculum studuit prohibere, edito opere De bono coniugali, id quod non obscurè ipse significat, in eius operis initio. Tametsi Hieronymus suæ caussæ neutiquam defuit, parata in eam rem apologia ad Pammachium. Itaq; diuersorum autorum iudicia ac uoluntates si quando auditas, citò magnas difficultates sustuleris, atq; animum omni errore seu dubitatione solutum ac liberum habituras. Sed, ut uideo, alius adhuc scrupus exoritur. Vsuenit interdum, ut scriptores quos consulimus, aut non plenè explicent locum dubium, controuersumq; aut tam impeditè, ut incertiores discedamus, quàm accesßimus: aut pariter in eodem erroris luto hæreant. Neq; enim nouum est, eandem sententiam, quamuis minus probatam, à plurib. magni nominis & pijs uiris defendi. Quis enim nescit, quòd Chiliastis multi præstantißimi doctißimiq; scriptores, & longo temporũ intervallo inuicem secuti, se adiunxerint? Caussam beatißimi Cy-

mi Cypriani martyris de rebaptizãdis hæreticis, post plures episcopos qui in synodum cõuenerant Carthaginensem, etiam Dionysius Alexandrinus, quem adhuc dum semel diximus, diligẽter est editis aliquot epistolis prosequutus. Et Tertulliano de monogamia perfecto, si quis statim incidat in Hieronymi scriptũ eadem, certè citius inscratur altius in eius animo falsa opinio, quàm euellatur. Atqui ubi hunc in modũ ancipiti contẽtione in uarias sententias distrahũtur eruditi, cõsultum est, ad sacram confugiamus anchoram, sacram uidelicet scripturã. Semper enim, quando autores uel nõ cõsentiunt, uel minus satisfaciũt, uel apertè errant ipsi: adeunda religiosè est scriptura sacra, quæ in hoc negotiorum genere fungitur supremi iudicis officio, cuius sententiæ stare uelint nolint omnes debent, & à qua non licet ad alium prouocare. Qui enim scripturam audit, ijs Deum scripturarum autorem audit & ueneratur: atq; ex aduerso, qui tribunal scripturarum, atq; iudicia in scripturis perspicuè lata non reueretur, nec uult acquiescere, Deum ipsum afficit non dicenda cõtumelia. Itaq;, quæ uerba D. Augustinus aduersus Cresconium grammaticũ lib. 2. cap. 32. locutus est nominatim de scriptis Cypriani, eadẽ meritò usurpabimus de quorumcunq; Patrum operibus cõmuniter, ac dicemus: Nos sanctorũ patrũ uoluminaut canonica non habemus, sed ea ex canonicis scripturis consideramus: & quod in eis diuinarum scripturarum autoritati congruit, cum laude eorum accipimus: quod autem non congruit, cum pace eorum re-

spuimus.

ſpuimus. His autem rationibus qui è ſpinis & uepribus dubitationum ſe quaſi manu arrepta in rectam uiam educi non patitur, eum neceſſe eſt per loca auia in incertum uagari, & perpetuò oberrare.

Obſeruatio XIIII.

Paulatim uerò diligens lector, uniuſcuiuſq; ſcriptoris uirtutes, & in quo quiſq; maximè excellat, quoad fieri poteſt, obſeruãdo notare aſſueſcet. Sunt unicuiq; ſuæ dotes peculiares, atq; alij in uerborũ ſplendore, alij in delectu ac maieſtate rerũ, quidã in utroq; multum induſtrij atq; fœlices ſunt. Et quamlibet multi in eodem uerſentur argumenti genere, tamẽ ſemper aliquid diſsimile in illis reperitur, & unus aliũ facultate aliqua anteit. In enarrãdis libris ſacris canonicis quidam eo plurimũ ualent interpretandi genere, quod ſuprà appellauimus Scholaſticũ, quippe quòd ſcholis et literatis ſodalitijs eſt accõmodatum. Eſtq; in eo in primis laudatus Hieronym⁹, præſertim ubi cõciones prophetarũ & Paulinas aliquot epiſtolas explanat. Certè rationem cõferendi diuerſarũ linguarũ proprietates, & quærẽdæ elimatæ uerſionis, ipſe Latinis primus fideliſsimè demonſtrauit. Breuis uerò & dilucidus eſt Ambroſius. Auguſtinus, ubi prophetarum uel Apoſtolorum abſtruſa ſenſa ſtudet eruere, in reddenda purè eorũ ſententia, cedit nemini. Alij uerò dominantur in interpretatione populari, quæ ſeruit inſtituendæ mixtæ multitudini. Quæ laus propriè debetur Chryſoſtomo, qui ubiq; omnes poſt ſe relinquit. Succedunt tamen ei proximè Nazanzenus, & Baſilius: quamuis

præstat etiam non parum D. Augustinus, & post eum quidam alij. Cum autem singulari quadã facultate dicendi opus sit omnibus, qui cum gratia concionabuntur ad omnium ordinũ homines: tum fateri nos oportet, Græcos, utpote quorum pleriq; & optimè instituti fuere à teneris, & bene dicẽdi artem habuere quasi ingenitã, siue cum placidè hortantur, siue cum increpant, siue cum solantur, siue cùm alia in causa student mouere adfectus, palmam præripere uniuersis. Aliqui porrò in utrunq; genus, id est, tam scholasticum quàm populare, studium atq; operã cõtulerunt, & gloriam non modicã cõsecuti sunt. quod de Origene & Augustino dici potest, fortè etiam de Ambrosio. Nam Hieronymus, præterquã in quibusdam epistolis, ad docendum populariter non est progressus. Videas insuper quosdã in cõmentationibus & meditationibus suis ad sacram scripturã frequenter adiungere allegorias, & quidem longius interdũ petitas, duriusq; detortas, & ubi minimè necessarium diceres. Id quod apud Græcos quidem Origenes, apud Latinos uerò Ambrosius & nonnunquã Hieronymus factitarũt. Quo nomine apud criticos malè audiunt: quando palàm est, allegoricas interpretationes raras esse debere: quippe quas experimur, dum iusto crebrius producuntur, imperitis lectoribus periculum, peritis fastidium subinde accersere: ab aduersarijs uerò uilipendi, propemodũ dixeram, ceu nihil habentes uirium, & ad docendum disputãdum ue inutiles, rideri atq; exsibilari. Iam quod ad tractationem locorum cõmunium attinet, siue plu-

res

res simul, siue aliquos seperatim discussos, & siue simpliciter traditã assseueratamq; ueritatẽ, siue pro eadẽ disputationes cõtra aduersarios susceptas spectemus: D. Augustinus eam sibi methodũ præstituit & persequitur, quam nemo alius: & haud scio an æquari ei quisquam mereatur. Equidem cõfirmare nõ uereor, in disputationibus Augustinũ sine cõtrouersia unum esse, cuius ciuilitatẽ, modestiã, candorem in oratione, acumen in argumentationib. grauitatẽ & pondus in rebus omnibus, omnes optimo iure sibi proponãt imitandum. Si porrò ad eos accedimus libros, qui ad Ecclesiarum proficiunt gubernationem, certè historiam atq; res gestas sic uidemus eleganter & nitidè expositas ab Eusebio Cæsareæ Palæstinæ episcopo, probabile ut sit, nõ facilè quenquã posse eum cõsequi, nedum euertere. Quanquam dum istud dicimus, Theodoretum episcopũ Cyrensem, Socratem Constantinopolitanum, Sozomenum, et horum omnium imitatorem Nicephorũ promerita fraudari laude nemo putabit. Sed superat ille omnes, quando admiscet pleraq; de illustrium scriptorũ editis uoluminibus: præterea multa fortiter, sapienter, religiosè, non facta modò, uerùm etiam dicta, ad hæc epistolarum de arduis negotijs exemplaria non pauca fideliter interponit, adiutus nimirum bibliotheca quam ipse cum Pamphilo martyre prædiuitem & exquisitam Cæsareæ cõparauerat. Quod debinc ad stylum ac genus dicendi attinet, certum est, uetustos Patres ferè omnes puriore usos esse oratione quàm posteriores: atque ex Græcis quidem

pleriq; uidentur summo in id opere laborasse, quo comptè politeq; scriberent. Ac singuli sanè, uel in rerũ inuentione, uel in dispositione, uel in dicendi figura aliquid obtinent, quo à cæteris discernuntur. Vnde Erasmus Roterodamus rationem dicendi ad cõciones duntaxat populares necessariã spectans, lib. 2. de Ratione cõcionandi, iudicium de scriptorib. reliquit huiusmodi: Basilio, inquit, nemo mihi uidetur felicior. Is lucidus est, pius, sanus, suauiter grauis, & grauiter suauis, nihil habens affectatæ loquacitatis. Athanasius in docendo mirus est. Basilio proximus est Chrysostomus, cuius uirtutes in dicendo nõ facilè quisquã exprimat. Gregorio Nazanzeno multum est acuminis, uehementiæ satis, quoties id postulat res. Origenes uix usquam assurgit, sed totus est in docendo: nihil attingens affectuum, nisi quos ipsa mouet res, quod est Atticorum. Tertullianus durus est, tameti salsus in confutandis hæreticis, nasutus in traducẽdis uitijs: & Asperat. Hilarius parum utilis ad parandã sermonis præsertim popularis, gratiam. Cyprianus apertus, uehemens, & serius, nec infeliciter fluens. Ambrosius habet argutias & sententias affectatas, sæpe etiam subobscuras. Hieronymus ad omnem dicendi facultatem appositus, ardens in cõcitandis affectibus. Augustinus in extemporali dictione felix & argutus. Quod autẽ dulcior est quàm grauior, quòd numeris ac similiter desinentibus gaudet, quodq; crebris digressionib. moratur auditorum animos, suæ gentis ingenio tribuit uir pius & humanus. Gregorius pont. Rom. simplex & pius

& pius est, etiam gaudens pro temporum illorum ratione membris & incisis similiter cadentibus ac similiter desinentibus. Tantum eo loco Erasmus. Plura ac meliora de Patrum scriptis proferre in medium, & pronunciare quid unicuiq; proprium, quid item decorum uel indecorum, pro diuersitate argumentorũ ac uaria docendi methodo ijsdem congruenti in unoquoq; appareat, fateor meæ tenuitatis nequaquã esse: sed ab alio quopiam, qui inter theologos Aristarchi personam sustinere sit idoneus, id peti expectariq; debet. Interea aũt studiosi adolescentes, qualicunq; hac admonitione paululũ experrecti, singula maiori cura ac solertia indagare in Patrũ cõmentarijs cõtendant.

Obseruatio XV.

Non est hic negligendum, quod in aliorum quoq; uoluminũ lectione facto opus esse iudicauimus. Quisquis sanctorum Patrum euoluit commentarios, minimè prætermittet asteriscis seu obelis insignire, aut potius commẽdare memoriæ, si cui ea tanta est: uel quod multo est præstabilius, in librum Locorum cõmuniũ, quos sibi ipse cõgerit, transcribere, quæcunq; hinc inde occurrunt, ad rectam institutionem uitæ propriæ, seu ad docendum consulendum´ue alijs utilia. Quod qui uult expeditè efficere, considerabit in primis, atq; distinguet ubiq;: quæ´nam simpliciter ad explicationem scripturarum, hinc quæ ad materiam dogmatum seu locorum communium, post hæc quæ ad Ecclesiasticam gubernationẽ spectant. In his uerò omnib. operæprecium est, seperatim notẽtur religionis dogmata

ritè excussa, itemq; falsarum opinionum redargutiones. Tum institutiones & correctiones, quarum aliæ in Ecclesia, aliæ in politia, aliæ in œconomia, aliæ denique in cuiusq; uita priuata, & quocunque functionis genere usui esse possunt. Siquidem omnium latissimè illæ patent. Neq; prætereundi sunt loci consolatorij, qui affatim multi, & magna cum gratia à ueteribus tractati inueniuntur. Sed in illa præcipuè intentus erit animus, quæ congruunt præsenti Ecclesiarum statui: & siue res postulat plantari sanam doctrinam, & extirpari errores: siue necessum sit abrogari uitiosos ritus, deprauatamq; consuetudinem, & denuò instituì quæ decora ac recta sunt: siue denique pro ratione temporis & incidentibus calamitatibus consolationes adhiberi expediat: quæcunq; inquam huc proficiunt, ea maiori cura obseruabuntur. Referentur & illa in chartas, quæ ad danda consilia de uarijs negotijs proponi solitis sunt accommodata. Quæ omnia quoniam sunt planè cõmunia ac trita, necnon ad quarumcunq; theologicarum lucubrationũ lectionem peræque necessaria, longiore oratione supersedendum est. Quæ porrò in ueterum scriptorũ lectione, ut frugifera & fructuosa existat, obseruanda hactenus diximus: æquũ est eadem intelligantur similiter profutura in euoluendis æstimandisq; illorum commentarijs, qui nostra aut patrum nostrorum memoria clari extiterunt.

QVE

QVEM AD SCOPVM REFERRE omne suum studium pij iuuenes debeant. Tum quomodo præparandus animus, ad functionem docendi in schola, uel in Ecclesia adeundam. Cap. X.

QVæ in rem studiosorũ Theologiæ fore existimaui, diligẽter & candidè sum hucusq; prosecutus: neq; arbitror quenquã iure postulaturũ, plura ut adijciam. Spero nanq; eos qui cõsilijs nostris hactenus expositis acquiescent, fructum nõ pœnitendũ percepturos, & monitorũ opera deinceps non egere. Cæterùm, partim quo maiore diligentia, atq; ordine aptiore studia sua pij adolescentes semper instituant: partim quo infracto animo in laboribus cœptis perseuerent, neq; se abduci ab honesto proposito patiantur: opportunè hic quem ad scopum omne studium in literas sacras insumptum tendere debeat, et quomodo unumquenq; de suscipiendo munere docendi in Schola uel in Ecclesia deceat cogitare, explicabo. Quorsum enim tot tantosq; perferret aliquis labores, si non esset finis quidã, isq; longè honestißimus, et quasi beatitudinẽ, quanta inquã, in terris obuenire homini potest, adferẽs, præstitutus, ad quẽ respectarẽt uniuersa? Quis nõ deterreatur in ipso statim initio, uel quẽ non pertædeat etiam postea, labores exhausisse immensos, deuorasse molestias infinitas, in legendis assiduè sacris Biblijs, & commentarijs quibusdam adiunctis, qui eadem familiariter explanant: in audiendis sacrarum literarum publicis interpretibus: in repetendis

penſitandiſq;,quæ ex ijſdem audita ac percepta ſunt in euoluendis diuerſis libris,qui continent præcipuos locos cõmunes Theologiæ uniuerſæ: in locis cõmunibus ad uſum priuatũ colligendis,deſcribendisq; in publicis exercitationibus, diſputationũ uidelicet ac declamationũ, dehinc explorationis ſiue examinis tum cõcionum ſermone patrio habitarum: poſt hæc,in exercitationibus priuatis atq; domeſticis, quæ multiplices ſunt,& quàm latiſſimè patẽt:maximè uerò in perdiſcendis peregrinis linguis,Hebræa & Græca, quib. ſacra ſcriptura primùm eſt exarata: adhæc,in perluſtrandis monumentis,quibus cõprehenduntur Eccleſiarum πρόξεις:poſtremò in percurrendis ſanctorum Patrum cõmentarijs,quorum & magna eſt copia,& mira uarietas:in hiſce omnib. inquam,multos & acerbos,& longo tempore cõſumpſiſſe labores, cui nõ uehementer doleat,ſi nullũ paratũ ſit præmiũ? ſi nullos decerpere dulces fructus liceat? Quemadmodum qui poſt longam nauigationem,& uarios terra marique errores,procul tandem cõſpicit terrã, & fumũ de tectis ſurgentẽ in æthera,nõ poteſt nõ uehementer gaudere:ita & leniuntur labores tum,cum tolerãtur: & iucunda eſt eorũ recordatio,ubi peracti ſunt:modò contingat optatã quietem & ſolatiũ aliquod tandem conſequi. Itaq; non ingratũ opinor erit pijs,ſi de ſcopo & fine ſacrorũ ſtudiorum quædã ſuggeramus:atq; ubi finem facimus monitionũ, ibi dulcem diuq; deſideratum finem laborũ ponamus in cõſpectu. Duo aũt ſunt ſtudiorum fines,omnibus his qui theologiæ nauant operã

ram propositi. Alter, ut ipsi in uera pietate proficiãt, & meliores sanctioresq; quotidie euadant, atq; ita ueram beatitudinẽ & immortalitatẽ apud immortalem Deum tandem adipiscantur. Alter est, docere alios, salubria dare cõsilia, atq; ex uerbo Dei uiam monstrare, qua hi quoq; ad salutem perueniant. De utroq; hoc fine cõiunctim ita inquit Apostolus, 1. Timoth. 4. (non possum aũt, quin pluscula ex eo loco uerba adijciam, cum eiusmodi sint, quæ omnibus rerum diuinarũ cultoribus, iure optimo ante oculos, & quidem nitidissimis depicta characteribus, in perpetuũ uersarentur.) Attende lectioni, inquit, exhortationi, doctrinæ. Ne neglexeris quod in te est donum, quod datum est tibi per prophetiã. Hæc exerce, in his esto, ut tuus profectus manifestus sit in omnibus. Attende tibijpsi, & doctrinæ: perssiste in his. Nam id si feceris, te ipsum seruabis, & eos qui te audierũt. Vides perspicuè, ab Apostolo cõmendari sacrarũ literarum diligens studium: mox uerò exprimi & inculcari eiusdem studij duos fines principales, nimirũ seruare, siue ad salutem adducere, primùm semetipsum, deinde & alios. Sed illud cum primis obseruandum, quòd ita hic describitur uterq; finis, tanquã homines ad salutem, id est ueram felicitatem, summum bonum, extremam & æternam beatitudinem capessendam certissimò deducẽs. Quod nõ hoc tantùm loco, uerùm etiam alibi explicatè monstratur. Ac primùm quidem, quòd ei qui sacram scripturam ipse auidè didicerit, atq; credendi & piè uiuendi normam ex ea deprompserit, æterna beatitu-

do obtingat, Paulus apostolus apertis uerbis, 2. Tim. 3. enunciat: Persistito in his quæ didicisti, et quæ tibi concredita sunt, sciens à quo didiceris, et quòd à puero sacras literas noueris, quæ te possũt eruditũ reddere ad salutẽ per fidẽ quæ est in Christo Iesu. Omnis scriptura diuinitùs inspirata, & utilis ad doctrinã, ad redargutionẽ, ad correctionẽ, ad institutionẽ quæ est in iustitia, ut integer sit Dei homo ad omne opus bonũ apparatus. Quid autem præclarius dici queat obsecro, quàm quòd spiritus sanctus disertè hunc in modũ ait: hominem qui sacris literis operã nauauerit, eruditũ effici ad salutẽ, quæ post hanc uitã parata est: deinde ἄρτιον, id est, integrum: deniq; ad omne opus bonum apparatum, instructum, & planè, quemadmodũ Ambrosius reddidit, consummatũ, perfectumq;? Certũ uerò est, nihil tale de philosophia humana, de iurisprudentia, de medicina, uel ullo omnino disciplinarum genere, quamlibet eæ sint excellentes, prædicari posse. Quòd porrò illi promissa sint præmia & ornamẽta singularia, nec nõ beatitudo æterna, qui alios sacram scripturam docet, apud Danielem cap. 12. legimus. Is enim paucula locutus de resurrectione & uita futura, statim subijcit: Qui alios eruditi, fulgebunt sicut splendor firmamẽti: & qui multos ad iustitiã conuertunt, erunt sicut stellæ in seculum & in perpetuũ. Et Apostolus secunda Tim. 4. ubi cõmemorat, de docendo alios Euangelium Dei, bonũ certamen decertasse, cursum consummasse, fidem seruasse: addit, repositam esse iustitiæ coronam, quam redditurus sit Dominus

in illo die, qui est iustus iudex. Quid multa? Cũ omne sacræ Scripturæ studium in negotio ueræ pietatis uersetur, ac pietas, quemadmodũ idem Apostolus habet, 1. Timoth. 4. ad omnia sit utilis, promißionesq; habeat tam uitæ præsentis quàm futuræ: consequitur manifestè, ei qui ex scripturis sanctis uel discit, uel docet quæ ad ueram pietatem spectant, omnis generis promißiones ualde insignes esse propositas, & quidem de bonis alijs in hac uita, alijs post hanc accipiendis: quæ ipsa æterna & spiritualia esse, simulque in perfecta beatitudine cõsistere, nemo ambigit. Duos igitur esse fines præstitutos omnibus his qui Theologiæ nomen dant, atq; eos quidem, per quos singulos ad uerã æternamq; peruenitur beatitudinem, satis superq; ex sacra Scriptura, id est, ipsius Dei autoritate, quam nephas uelle humana ratione labefactare, demonstratum est. Prædicãtur ijdem fines multis adhuc sacræ Scripturæ locis, præcipuè autem in Psalmis: sed neutiquam opus est pluribus comprobationibus in re manifesta.

Restat ergo, in hos duos fines usqueadeò prædaros, & cùm multis alijs nominibus, tum eo maximè celebres & commendatos, quòd rectà deducunt ad æternam beatitudinẽ, candidatus theologiæ toto animo intentus sit: atque ad eosdem, cogitationes, curas, uigilias, labores suos omnes die noctuq; referat: neque conquiescat, donec argumentis minimè dubijs testatum faciat, atque alij quoq; animaduertere testariq; possint, ipsum seriò uelle id efficere. Omnium sanè iudicio æquißimum est, in ijs diligentißimè se quisque exer-

exerceat, per quæ ſummũ bonum & extremã beatitudinem adipiſci poteſt. Neq; cuiuſquã mens tam eſt à recto ſenſu aliena, ut negligenda ea ullo modo exiſtimet, quæ audit ad ſuam ſalutẽ, præſertim æternã, facere. In primis autem, quòd quilibet ſacrarũ literarum cultor, de profectu in doctrina & actionib. pietatis, adeoq; de ſeipſo ſeruando, quemadmodũ Apoſtolus loquitur, ſolicitus eſſe debeat, nullus non intelligit id iuſtius magisq; neceſſarium eſſe, quàm ut uerba fieri de eo conueniat. Turpe in genere eſt omni homini Chriſtiano, turpiſſimũ autem theologiæ ſtudioſo, in doctrina pietatis eſſe eruditũ, & nulla interim pietatis officia præſtare. Non bene habitat excellens rerum diuinarum cognitio, quando ſub eodem tecto locũ non habent piæ actiones, quæ comites indiuiduæ omnis eruditionis eſſe debent. Quale nanq; eſt illud præconium: Ipſi dicunt, & non faciunt? Quæ dixerint uobis, facite, ſecundũ opera uerò eorũ nolite facere? Si cæcus cæcum tentat deducere, periculũ eſt ne in foueam cadant ambo. Atq; abs re iactat aliquis, alterũ ſibi adhuc eſſe oculũ, ſalubris uidelicet doctrinæ: ſi altero, qui bonarum eſt actionum, conſpicitur orbatus. Nam uni illi oculo, & fortaſſis lippo, luſcioſo, uel aliàs impedito, nõ ſatis tutũ fuerit, in uia præſertim lubrica, inæquali & ſalebroſa, fidere. Neq; uero ſimile eſt, eum poſſe alios rectè ducere uel docere, qui quantum ſermone priùs extruit, tantum corruptis moribus deſtruit poſtridiè. Quemadmodũ igitur medicus, qui cupit ut ſibi ualetudinem ſuã concredãt cæteri, neceſſe habet primo loco cu-

co curare ſemetipſum: ita Theologiæ ſtudioſo cũ primis incumbit, ut ſanctè, piè, ac iuſtè uiuat ipſe. Quòd aũt progredi porrò idem debeat ad procurandã ſalutem aliorũ, multæ cõcurrunt cauſſæ, quæ id cuincunt. Ieſus Syrach, inter ſapiẽtes Hebræos nõ poſtremus, & autor grauis ac ſanctus, ait: Deus unicuiq; mandatum dedit de proximo ſuo. Atqui animaduertit quis, quòd cõmuniter præceptũ eſt omnibus, eo præ omnib. obſtringi illos qui theologorũ ſcholas diu & cum laude ſecuti ſunt, & in quos dignatus eſt Deus ſpiritus ſui ſancti eximia dona liberalius cõferre. Atq; hoc nimirũ illud eſt, quod Chriſtus ſibi uult: docẽs talenta quibuſdam à Deo patre eſſe cõcredita, nõ ut defodiãt ea, ubi neq; ipſis, neq; aliis proſint: uerùm ut ad eiuſdem Dei patris gloriã, & hominũ ampliſſimã utilitatẽ expendant. Nec decet lucernã occultari ſub modio, ſed in locum attolli editum: unde lumen ad omnes diffundatur qui in domo Dei, id eſt, Eccleſia exiſtũt. Neq; impunè faciet, ſi quis hac in parte diuinæ ordinationi obtemperare detrectauerit. Qui nanq; donis Dei ſibi cõceſſis nequaquã rectè utitur: is non modò illis æquiſſimo iure ſpoliabitur, uerùm etiam tanquam in Deum ingratus, pœnas luet multo acerbiſſimas. Quæ ſententia ab ipſo Chriſto iudice iamdiu lata eſt, Matth. 25. inquiente: Habenti dabitur, non habenti etiam quod habet adimetur: atq; inutilis ſeruus in exteriores proijcietur tenebras, ubi fletus erit, & ſtridor dentium. Et profectò, ſi nihil aliud, neceſſitas ſaltem aliorum, qui nequaquam paria ſunt conſecuti dona, immò

uerò

uerò omnium rerum spiritualium existunt planè rudes, meritò permoueat eruditos, quò de negotio salutis illorum diligenter procurando, consiliũ & secum, & cum alijs capiant. Asino aut boui collapso in soueam, uel alio modo periclitanti, quàm fieri potest ocyßimè succurrendum censent omnes: quanto magis congruit, eos qui rerum diuinarum sunt periti, suppetias ferre miserorum hominum ignorantiæ? Excusatio igitur nulla ijs qui doctrina religionis animũ excoluerunt, relicta est, quo minus ad reducendos in uiam, instituendosq́; & confirmandos alios, operam quoad possunt suam impendant.

Duobus aũt modis ad aliorũ profectũ in rebus spiritualibus, & animorũ salutẽ, potest, quicunq; diuinis imbutus est literis, intentus esse: nimirũ, aut priuatim dando salubria cõsilia, aut publicè docẽdo. Vt aũt consulas alijs, multæ patẽt uiæ: ac latißimè deducũtur officia, quib. bene mereri de alijs rectè cõsulendo queat. Quis enim nescit, infinita propemodũ negotia quoti die incidere, de quibus petũtur respõsa, & suscipiuntur deliberationes? Ac toties sanè te impartiri alijs sana consilia æquũ est, quoties te dubitantes anxijq́; ali qui adeunt. Publicè porrò docẽt eruditi alios, cũ opere, id est, exẽplo uitæ inculpatæ, tum sermone, hoc est, doctrina sana fideliter proposita. Quãquã prius illud docendi munus omnib. credẽtibus incumbit cõmuniter: at uerò posterius ab ijs seuerißimè exigitur, qui cæteros philosophiæ cœlestis cognitione anteeũt. Sed est rursus in hoc posteriori genere duplex ratio usur

pata.

pata. Docēt nanq; publicè, aut in schola, aut in Ecclesia. Siquidem utrunq; docendi genus propria quædā habet præcepta, quibus insistit, quomodo aliàs admonuimus, ut alterū ab altero clarè distinguatur. Quod si in priore libet uersari, discipulos habebis & auditores, qui postea alijs quoq; sunt sanæ doctrinæ mysteria dispensaturi: ac proinde labore tuo nunquam satis laudato, officiū, immò & sacrificiū præstas Deo longè gratissimū: & de pluribus simul Ecclesijs, quarū illi suscipiēt olim gubernacula, bene mereris. Sin accedis ad posterius, uniuersam instituis multitudinem, in qua sunt magistratus, sunt plebeij, & cuiuscunq; ordinis homines: qui dū ex te syncerā pietatis accipiūt elemēta, quin etiā sedulò admonētur singuli, ut studeant in suo uitæ genere Deo placere, & suā probare conscientiā, bene mereris sanè, ut de ea ipsa Ecclesia cui præes, sic & de tota illa Repub. quæ te docentē audit. Quāobrē alterū ex his oportet omnino aggrediaris, uel si ferat occasio, utrūq; simul. Vidimus nāq; multis locis, qui in utroq; plurimū ualerent. Vtrum uerò ex duob. placebit suscipere, munus haud dubiè suscipies, si labores et curas respicias, difficile: si intuearis ad dignitatem, longè amplissimū, & cum quo nullū aliud componi iure queat: si deniq; præmia apud Deum & homines pios consideras, fructuosissimū & fœlicissimū. de qua re non minus luculenter quàm copiosè aliquot libris orbi uniuerso notissimis disputauit Ioan. Chrysostomus, toto orbe ob doctrinam & uitæ puritatem celebratus. Itaq; turpe fuerit, si alterum saltem,

quo

quo uidelicet existimas te in primis ualere, non susci-
pias. Ad hæc ingratus censeberis in ipsum Deum, qui
sua prouidentia quæcunq; ad prosequẽda studia theo
logica sunt necessaria, tibi benignè suppeditauit, &
maiores quàm sperare fuisses ausus, largitus est in pijs
sanctisq; conatibus successus: ingratus eris in patriam,
in qua natus: ingratus in Ecclesiam, in qua renatus es:
quibus tamen secundũ Deum omnia debes officia, ad
pietatem maximè & religionem illustrandã spectan-
tia. postremò, ingratus eris in præceptores, propin-
quos, amicos, cæterosq; quorũ expectationem, quamli
bet magna te prosecuti sint beneuolentia, nunc fallis
turpiter: in hos omnes inquam, planè ingratus habe-
beris, si alijs opitulari, docendo in schola uel in Eccle-
sia, recusabis. In tot enim tantaq; crimina simul incur
rit, & cùm à Deo tum ab hominibus citatur reus, qui
doctus cum sit, docere alios cunctatur & tergiuersa-
tur. Opem aũt suam si periti denegant, quid obsecro
expectabitur ab imperitis? Quid uerò, si tuo exem-
plo detrectent etiã reliqui eruditi? quæ nam tum erit
rerum facies? Quomodo nanq; in hominum societate
religio cõseruabitur, aut dilatabitur, si nulli ad docen
dum sacras literas in scholis & Ecclesijs sese apparãt?

Nec uerò, si toto animo ad alterũ munus obeundũ
aspiraueris, honesta et idonea auxilia suspicaberis de-
futura. Deus, cuius hucusq; expertus es incredibilẽ cle
mentiã, quiq; dudũ tibi largitus est felix ingeniũ, elo-
quentiam, linguarũ cognitionem, prophetiã, id est fa
cultatem interpretandi scripturas, uel alia huiusmo-
di præ-

di præclara dona, uiam proculdubio monſtrabit, qua ſanctiſſimi uoti tandē fias compos, atq; iucundos fructus ſtudiorum tuorum in poſterū tempus percipias. Erunt, qui uitæ ſanctimoniā, morum candorem, erudi tionem eximiā in te ſuſpicient ac uenerabuntur: erūt, qui uaria de te honoratè & honorificè, & grauiter apud alios prædicabunt, & cōmendabunt: erunt, qui Deum ardenter precabuntur, ut te dignū & aptum ad gubernationē ſcholæ uel Eccleſiæ faciat: ut per te eruditi & cōfirmari in religione Chriſtiana aliquan do poſſint. Et ne longior ſim, inuenies certè humaniſſi mos patronos, qui tui, dum locus et tempus ferēt, erūt memores: qui cū minimè credes, habita profectus tui ratione, te ad functionē, quali dignus & par es, proue bent. Sed plurimùm in te ipſo ſitū eſt, ut quod deſide ras, cōſequaris. Elaborandū etiam atq; etiā eſt, ut cum neceſſaria adminicula omnia ſuppetunt, ipſe tibi nuſquā deſis. Declarabis aūt te nolle tibijpſi deeſſe, ſi nul lum refugiens laborē, nullamq; prætermittēs occaſio nem, in eo docendi genere in quo te præſtare cæteris poſſe confidis, temetipſum incipias aſſiduè exercere. Vnde cū ſuprà, ubi diuerſa exercitationū ſcholaſtica rū genera exponebamus, nullā de cōcionib. ad popu lū uel ſcripturarū prælectionib. à candidatis Theolo giæ habēdis fecerimus mentionē: peropportūnè ſanè hoc loco, duo iſta genera proponimus et cōmēdamus, ceu his potiſſimū cōgruētia, q in legēdo quouis gene re bonorū in Theologia autorū, bonas horas aliquan tiu inſumpſerūt. Ac memini uidere celebria quædam

gymnasia,in quibus, his qui scholas Theologorũ longiore temporis spacio fuerãt secuti,concedebatur,ut extra ordinẽ, in publicis auditorijs, uel alijs locis accõmodis,periculũ uirium, modò in scholastica interpretatione scripturarum, modò in cõcionibus popularibus facerent:ubi nõ tantũ studiosæ iuuentutis coronã habebãt audientẽ & spectantẽ, uerùm etiam uiros plures,pollentes iudicij bonitate: quorum spectata grauitas calcar addere ad diligentiam,exquisita eruditio iudiciũ & ferre,& in alijs augere: candor uerò & humanitas, amanter synceriterq; cõmonefacere de quibusuis quæ correctione egent,potest. Nec uerò satis laudari,adeoq; in cœlũ extolli eæ scholæ possunt,in quibus hæc præexercitamenta locũ quẽ merẽtur obtinẽt. Et quo ea tandẽ aliquãdo diligentius excolerẽtur,nõ immeritò sancirẽt Episcopi, cauereniq;, ne ullis deinceps ad munus in Ecclesia pateret aditus, qui se antè in scholis publicis nõ aliquãdiu exercuissent, deq; sua industria conscriptum à fide dignis testimoniũ proferrent. Quæ cõsuetudo semel si esset introducta,haud dubiè ecclesijs lõgè rectius,q; nũc, prospectũ in rebus omnib.cerneremus. Præstat aũt primas sue prælectiones,siue cõciones,in scholis,q; alibi,haberi,diuersas ob caussas.Primùm,adsunt ibi omni tempore,qui,quẽadmodũ proximè attigi,quid decorũ & sequendũ,uel indecorum & fugiendum sit,optima fide indicabunt et aperient. Dehinc plerũq; licet,ubi scholæ publicæ sunt,audire eximios aliquos doctores, magna cũ gratia cõcionantes: quorũ uirtutes non abs re pro-

proponet sibi quisq; imitandas. Ad hæc, sæpius ibi experitur quispiam sine magno periculo: cum, si paulum aberrare contingat eum qui dicit in schola, malũ non euagatur ad imperitam multitudinem, sed statim à doctioribus opprimitur, atq; intra scholarum septa sepultum manet. Crebrò insuper experiundo, subinde item aliorũ monita audiendo, eligitur & paratur certa methodus, quam in posterũ tempus retinere ac perpetuò sequi consultum sit. de qua quidẽ methodo erit anxiè solicitus, quisquis cupit aliquid laude dignum, & auditoribus frugiferum, exequi. Si quis porrò innotescere multis, præsertim literatis expetit, atque apud uicinas Ecclesias nomen & existimationẽ bonã adipisci, meo iudicio expeditissimè, quicquid huc facit, in schola cõsequetur. Postremò, frequentissimè cõtingit ex scholis ipsis postulari, & honorificè accersi, quibus gubernatio Ecclesiarũ cõmittatur, & cõmendetur. Nec dubitare quisquã ex Theologiæ studiosis debet, se, si aliquantisper huiusmodi exercitijs excellẽtissimis toto animo sit deditus, atq; interea eruditioni adiungat uitæ integritatem: post breue tẽpus ad splẽdidã functionẽ publicè docẽdi in schola uel in Ecclesia, fortè etiã in utraq;, legitimè & magno cũ honore eligendũ ac uocãdum: ut suauissimos anteactorũ laborũ fructus tandẽ ferat, atq; ad optatã studiorũ metam laetus perueniat. Nõ sine grauib. causis dixit sapientissimus ille rex, Prou. 12 & 28. Qui colit terrã suam, saturabitur pane. Etenim omnib. strenuè ac bona fide in sua uocatione laborãtibus, Deus, qui clementer &

liberaliter præstat quæ semel promisit, quemq; promissorum nunquam pœnitet, præmia tam in præsenti quàm in futura uita largietur uberrima. Nominatim autem ad eum, qui talenta sibi concredita expenderit ad Domini sui gloriam, & ad piorum auditorum utilitatem (quod sanè is cum primis facit, qui sincerè tradit in Ecclesia doctrinã religionis) dicet in extremo die Dominus: Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui: Matth. 25. Quæ uox ipsius Christi est, in quo uno acquiescere est consultissimum. Volẽtes & promptos Deus ad laborem benignè promouet: qui se in laboribus iam exercent, sine intermissione adiuuat: deniq; in laboribus perseuerãtes, feliciter coronat, æternumq; beat.

Proponere hæc in medio de ratione studij theologici uisum fuit, cũ multũ & sæpe essem à pijs auditoribus rogatus: quæ perinde erunt utilia, ut quisq; sibi accommodanda utendaq; censuerit. De mea fide diligentiaq; bene mihi sum conscius: quàm exiguæ præterea meæ sint uires, neq; ipse ignoro, neq; diffiteor. sed tamen hoc nomine spero quæ hucusq; digesta profutura, atq; etiam aliquid habitura apud æquos existimatores põderis, quòd partim ex optimis quibusq; autoribus, et in primis sanctis Patribus magna ex parte sint deprompta: partim occasionem offerunt, & curam non ancipitem, multa alia, eademq; quemadmodum spero, meliora excogitandi.

FINIS.

RERVM ET VERBORVM *hoc libro memorabilium* *Index.*

A

Abbas Ioachim 624
Abbas Vrspergensis 570
Abdas episcopus 579
Abdias quando uixerit 271
Abigail 135
Abram 124. 236. 302
Abrahã mactaturus filium non peccat. 222
concionari dicitur 285
Abrahæ possessio qualis 229
de duobus eius filijs 502
abscondere Dei 191
abstractum pro concreto 127
Accursius iurisconsultus 646
acrimonia in dicendo probata 517
actiones pias eruditionis comites esse 748
admonitio in scriptura, quæ 339 quid agat. 341
Adonai nomen Dei. 186
Adrianus Imper. 729
aduerbia omissa restituti ab interpretibus 241
aduerbia similitudinis omissa. 129. crebrò usurpata. ibidem
adulatores non erubescere 443
ædificare pro docere 118
Aegyptus sine pluuia 173
ænigma 139
ætas autoris qua quælibet scripserit inspicienda. 719. unde cognoscatur. ibid.
ætatem ex stylo deprehendi posse 721
æternum nihil nisi spirituale 227
affectus dicentis considerandus 154
affligere pro humiliari 119
Agabus 278
Aggeus quando uixerit 272
ἀγιόγραφοι 85
agricultura quatenus cognoscenda 65

Ahabi tempore concilium habitum 597
alæ Dei 194
Alexander 335
Alexander Aphrodiseus quo tẽpore floruerit 723
Alexandria 125
Alexandrina schola 513
Alipius 32
allegoria. 138. quid.352. 364.369. quotuplex. 356.in quibus cum anagoge conueniat 361
allegoriam sententiæ aptam esse debere 374
allegoria quem requirat ornatum 375
allegoria Hieronymi de philosophorum dictis 728
allegoriæ obseruandæ 133
allegoriæ sint perspicuæ.376.ipsarum interpretatio quæ recipiẽda. 377.& quando 379
allegoriæ & typi discrimen. 366.367.368
allegoriæ quando eligendæ. 368.369.propter necessitatẽ adhibendæ 369.370
allegoriæ quando utiles.371.quando ociosæ.372. quid in ipsis texendis obseruandum 373
allegoriæ quare institutæ.374. intra doctrinæ limites retinendæ. ibid.
per Allegoriam locum aliquem uariè exponi posse 376
allegoriarum utilitas 351.380.381
allegoriarum multitudo erroré parit 377
allegoriarum tractatio non cuiusuis 363
allegorias ex quouis loco euellere quàtum noceat 373
allegorias diuersis modis tractari 379
allegorias pro ratione auditorũ utiles esse 380
allegorica interpretatio quádo & ubi utilis. 372. quid. 360. quádo adhibẽda 368
allego-

allegoricas interpretationes raras esse oportere 738
allegoricè multos locos exponi 365
allegorijs non diu insistendū. 375. ipsis sobriè utendum. 377. & rarò 379
ambiguitatem in uerbis difficulter inueniri 110
Ambrosius. 37. quo stylo usus. 740
Ambrosius hæreticis tēplum non concedit 596
Ambrosij error 378
in Ambrosio quæ lectorem offendant 685
ambulare pro uiuere 118
amici qui fugiendi 370
Ammonius philosophus 724 (271
Amos quando uixerit
ἀμφιβολογίαι discutiēda 412
amplificationes quomodo concinnandæ 553
anabaptistæ 379
ἀνακεφαλαίωσιν usitatā esse scripturis 291
anacoluthos 104
ἀναγωγὴ quid 353
anagoge & allegoria ab Augustino coniunguntur 361
anagogica interpretatio cum allegoria cōmunis. 360. quid. ib. in scripturis rara. ib.
analogia 358
ἀναλυτικὴ μέθοδος 421
Anatolius philosophus 724
Andreas Althamerus 175
anima 114
animum in lectione attentum esse oportere 442
annorū supputatio non negligenda 289. 571
annorū supputatio ex Biblijs collecta 290
annorū ab initio mundi supputatio 295
in Annorū supputatione dissensiones 289. 296. 297
in Annorum obseruatione ecclesiæ status diligenter notandus 300

ex Annorum intercapedine quid colligendum 637
antecedens pro relatiuo repeti 128
antecedentia & sequentia expendenda 151. 152
Antiochus Antichristi typus 246
antiphrasis 115
Antonij Sabellici monumenta 621
Antonius Florentinus episcopus 645
D. Antonius 38
anthropomorphitæ hæretici. 193. eorum error. 370. 371
apocryphi libri ueteris testamenti. 86. unde dicti. ibid.
Apollinaris Syri poesis 49
apologijs quæ refutentur 536
aposiopeses 105
Apostolum mutare stylum 333
apostoli. 75. 408. legis & prophetarum interpretes 281
apostoli post acceptum spiritum sanctum doctiores 384
apostolorum studium 146
apostolorum dispositiones 407
apostolorum exemplũ imitandum 407
apostolorum libros historijs abundare 594
apostolorum cœlium describitur 597
aqua 119
Arauicisense concilium quando actum, & quid in eo decretum 611
argumentatio à typo, quid 359
argumenta elicienda 412
ex Argumentis praxis quid colligendũ 630
argumentum cuiusque operis diligenter inquirendum 700
Aristoteles 537
Aristotelis elenchi 340
Aristotelem Christo copulare intolerabile 516
Aristotelem quis primus

mus obtruserit studiosis 723
Arithmetices pars quæ theologo tenenda 52
Arius quomodo à patribus refutatus 706
Arianorum exagitatores 693
Arnoldus Brixianus 624
ars à natura monstrata discenda 24
artes liberales Theologo discendæ. 46. quę necessariæ 64
artes liberales dona Spiritus sancti 408
artium cognitio necessaria 180
artificium dialecticum & rhetoricum inuestigandum 549
Artemonitæ hæretici 53
ascendere Dei 191
asinus figura gentium 362
astrologiam iudiciariá explodi ab ecclesia 59
Astronomia obiter attingenda 54.55
asteismus 133
Athanasius. 30.61.308. 536
Athanasius episcopus Alexandrinus 597
Athanasius de persona Christi 203
Athanasij ętate primùm canendi ritum in Oriente inductum esse 54
Athanasium in docendo mirum fuisse 740
athletæ inexperti 61
auaritia hominis effigie expressa 535
auarus dies 445
audacia quorundá notata 356
auditorum captui sese accómodandũ. 407
ex Auditorum mentibus scrupos remouẽdos 411
auditorum gratia quomodo cõciliãda 414
Augustinus. 37. 38. 131. 150. 355. 380. 423. 424. 429. 435. 439. 447. 509. 535
Augustinus cótra Faustum 110
Augustinus de perso-

na Christi 203
Augustinus quorum præceptor habēdus 555
Augustinus quādo episcopus salutatus 639
Augustinus de seipso 680
Augustinus qua ætate quælibet ediderit opera 721
Augustinus Platonicus 723
Augustinus qualis in tractandis locis communibus & in disputationibus fuerit. 739
Augustini consilium de legendis sacris libris 94
Augustini cōsiliū. 108. regula de allegorijs. 144. sentētia de mente authoris eliciēda. 151. de pœnitentia Dei. 193. regula de factis patrum. 236. de feruore disputandi 518
Augustini libri qui lectu iucundi 429
Augustini querela de ceremonijs. 665. clementia in hæreticos 307
Augustini laus. 737. stylus qualis 740
Augustinum ipsum correxisse suos errores. 685. ipsius dogmata quæ ab Ecclesia explosa 686
Aurelianensis concilij pronunciata de uiduis 611
authoris scopus inquirendus. 102. mens inspicienda 152
ad Authoris mentem explorandam quid requiratur 405
authoris mentem explicare necessarium 407
authorem quemlibet dicendi uirtutem peculiarem habere 73
authorum pronunciata expendenda 438
authores sacros de se ceu alio loqui 269
